ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XXII - VOLUMEN XXII

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M • DCCCC • XXX

ANNUS XXII - VOL. XXII 27 IANUARII 1980 NUM. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE PARAGUAY SEU SS. ASSUMPTIONIS DIOECESIS DISMEMBRATIONE ET ERECTIONE NOVAE PROVINCIAE ECCLESIASTICAE ET NOVARUM DIOECESIUM DE CONCEPCIÓN ET DE VILLARICA AC CHACO.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universi Dominici gregis regimen, Bomanis Pontificibus divinitus commissum, postulat ut Ecclesiarum circumscriptiones earumque hierarchicus ordo aliquando immutentur, quoties sive animarum gubernationis ratio, sive locorum temporumque adiuncta id in Domino exigere videantur. Cum itaque dioecesis de Paraguay seu SS. Assumptionis, quae universam rempublicam de Paraguay complectitur, et fidelium numero et territorii extensione latissime pateat, opportunum visum est illam a metropolitico iure Bonaërensis archidioecesis subtrahere, ac in tres distinctas dioeceses eam dividere novamque ex istis ecclesiasticam provinciam constituere. Quare* habito favorabili voto venerabilium fratrum Philippi Cortesi, Archiepiscopi Siracensis, et in Eepublica de Paraguay Nuntii Apostolici et Symphoriani Bogarin, Episcopi de Paraguay seu SS. Assumptionis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit aut eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, Apostolicae potestatis plenitudine, quae sequuntur decernere statuimus: In primis dioecesim de Paraguay seu SS. Assumptionis a metropolitico iure archidioecesis Bonaërensis in Argentina Eepublica, cui hucusque ipsa tamquam suffraganea subiecta erat, subtrahimus et eximimus, eamque exemptam declaramus. Deinde universum territorium ad eamdem dioecesim hucusque spectans in tres dividimus

distinctas partes, in quarum una ipsam dioecesim SS. Assumptionis, titulo de Paraguay omisso, circumscribimus et coaretamus; e ceteris vero duabus partibus novas erigimus dioeceses, quarum unam de *Villarica,* alteram vero de *Concepción et Chaco* nuncupari volumus. Dioecesis igitur SS. Assumptionis limitibus ita circumscripta erit, ut viginti septem dumtaxat paroecias complectatur, quae vulgo ita veniunt, scilicet: *Assunción, Limpio, Luque, S. Lorenzo del G. Grande, S. Lorenzo de la Front, 8. Antonio, Areguá, Capiate, Villetta, Ypané, Guarambaré, Ita, Itauguá, Ypacaray, Pirayú, Yagua-, rón, Par aguari, Emboscada, Altos, S. Bernardino, Atyrá, Tobati, Caacupé, Piribebuy, Franca, Oliva, Alberai.* Eamdem dioecesim SS. Assumptionis, novis bisce finibus coarctatam et, ut supra diximus, a metropolitico iure Bonaërensis archidioecesis exemptam, ad metropolitanae Ecclesiae fastigium et dignitatem una simul cum eius canonicorum Capitulo, idcirco metropolitano denominando, evehimus et extollimus cum omnibus iuribus, privilegiis et praerogativis quibus metropolitanae Ecclesiae earumque Capitula iure communi vel legitima consuetudine pollent. Eiusdem praeterea archidioecesis SS. Assumptionis eiusque ipro tempore Archiepiscoporum metropolitico iuri tamquam suffraganeas subiicimus quas supra diximus novas dioeceses *de Villarica* et *de Concepción et Chaco.* Item SS. Assumptionis pro tempore Archiepiscopis omnia concedimus iura, insignia, privilegia et honores, quibus ceteri Archiepiscopi in America Latina ad normam iuris et iuxta legitimas consuetudines fruuntur et gaudent, praecipue vero ius intra fines suae provinciae Crucem ante se ferendi et Pallium adhibendi, quo tamen uti poteiunt postquam illud in Sacro Consistorio rite postulatum et obtentum fuerit. Quare venerabilem fratrem Symphorianum Bogarin, qui modo SS. Assumptionis sedem obtinet, Archiepiscopi titulo, dignitate, iuribus et privilegiis ut supra augemus, ac talem ab omnibus haberi volumus.

Fines autem I novarum dioecesium de Villarica atque de Concepción et de Chaco iidem erunt ac fines paroeciarum, quas utrique Nos ut infra assignamus et attribuimus. Nova ergo dioecesis de Villarica has complectetur paroecias: *Villarica, Escobar, Supacai, Caballero, Ybytyni, Coronel Martines, Eyaty, Itapé, Yatayty, Mocayaty, Yhacaguazú, Iturbe, Caazapá, San Juan Nepomuceno, Maciél, Yegros, Yuty, San Pedro del Paraná, Cangó-Bobi, Coronel Bogado, Carmen, San Cosme, Jesús y Trinidad, Encarnación, Carapeguá, Tabati Acahay, Quiindy, Ybycuí, Mouyapey, Quyquyó, Coapucú, Florida, San Migel, San Juan Bautista, Santa María, San Ignacio, Santa Bosa, Santiago, San José-mi (Ayolas) Yabebyry, Laureles, Bemoschados, Pedro Gonzalez, Paso de la Patria, Hamaitá, Islahumbú, Pilar, Cuazucuá, Tacuaras, San Juan de Neebecú, Ajos, Carayaó, San Joaquín, Yhú, Caaguazú.* Altera autem dioecesis de Concepción et de Chaco

infra ambitum continebitur paroeciarum quae sequuntur, quaeque in civili provincia de Concepción exstant: *Concepción, Bella Vista, Pedro J. Caballero, Capitan Bado, Sorieta, Belén, Tacuatí, Loreto, San Pedro, Lima, Rosario, ItacumM del Rosario, San Estanislao, Unión, Curuguaty, Igatimi, Arroyos y Estros, Caraguatay, Barrero Grande, Itaeurubi de la Cordillera, Valenzuela, San José, Tacurupucú* itemque paroeciam *Villa Mayes,* necnon fideles ac praedia in territorio de *Chaco* inclusa, politicae ditioni de Paraguay subiecto. Fines vero huius dioecesis versus rempublicam Bolivianam iidem erunt ac illi qui inter eamdem rempublicam et rempublicam de Paraguay concorditer praefinientur. Praeterea duarum novarum dioecesium de Villarica et de Concepción et Chaco sedem episcopalem respective in urbibus vulgo *Villarica* et *Concepción* perpetuo constituimus, quas idcirco ad civitatum episcopalium fastigium evehimus eisque omnia iura et privilegia tribuimus, quibus ceterae civitates episcopales in America Latina fruuntur et gaudent. Ecclesiam autem matricem S. Antonio Abbati in urbe *Villarica,* et ecclesiam B. Mariae Virginis Immaculatae Conceptioni in urbe *Concepción* dicatas, sub iisdem invocationibus et titulis ad cathedralium dignitatem extollimus, simulque eis earumque nro tempore Episcopis iura, insignia, privilegia et honores tribuimus, quibus ceterae cathedrales ecclesiae ac ipsarum praesules in America Latina iure communi pollent. Capitulum vero canonicorum in utraque dioecesi ad praescriptum sacrorum canonum erigi volumus ac statuimus: si tamen praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in novis hisce dioecesibus statim illud erigatur, indulgemus ut interim pro canonicis dioecesani Consultores ad tramitem iuris eligantur. Mandamus insuper ut quamprimum fieri poterit saltem parvum Seminarium dioecesanum in utraque dioecesi erigatur iuxta Codicis praescripta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis traditas, itemque ut ab utraque dioecesi earumque sumptibus bini delecti iuvenes aut saltem modo unus in Pontificium Seminarium Pium Latinum Americanum de Urbe instituendi non intermissa vice mittantur. Quod vero attinet ad harum dioecesium regimen et administrationem, ad Vicarii capitularis, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones decernunt. Quod autem ad clerum praecipue spectat statuimus ut, simulac dioecesium istarum erectio ad exsecutionem mandata fuerit, eo ipso clerici censeantur adscripti dioecesi illi in cuius territorio legitime exstant. Statuimus insuper ut episcopalem mensam harum novarum dioecesium constituant reditus, oblationes, bona, quae hunc in finem collecta sunt vel colligentur. Omnia vero documenta et acta praefatas novas dioeceses earumque clericos ac fideles respicientia, quamprimum fieri poterit, a cancellaria SS. Assumptionis respective tradantur novarum dioecesium de Vüjarica et de *Çon-*

eepcion et de Chaco cancellariis, ut in propriis archivis reponantur ac religiose serventur.

Hisce itaque omnibus ut supra dispositis, ad eadem omnia exsequenda deputamus quem supra diximus venerabilem fratrem Philippum Cortesi, in Republica de Paraguay Nuntium Apostolicum, eidemque necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, tribuimus eique onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses, ab his Litteris receptis computandos, authenticum exemplar peractae executionis transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tanquam ex certa scientia et potestatis plenitudine factas vel emanatas perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibus que Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Eomanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Yolumus autem et mandamus ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur si originaliter exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem has Litteras Nostras dismembrationis, evectionis, erectionis, subiectionis, mandati, statuti, derogationis et voluntatis Nostrae infringere aut iis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo nono, die prima mensis Maii, Pontificatus Nostri anno octavo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *S. B. E. Cancellarius.*

CAROLUS CARD. PEROSI, *S. C. Consistorialis a Secretis.*

Ioseph Wilpert, *Becanus Collegii Protonotarium Apost.*
Ioannes Zani Capretti, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Eeg. in Cane Ap., voj,. XL, n, 60* - M. JRiggi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I -

VENERABILES SERVI DEI THOMAS HEMERFORD, SACERDOS SAECULARIS; IOANNES ROBERTS, SACERDOS ORDINIS S. BENEDICTI; IOANNES JONES, SACERDOS ORDINIS FRATRUM MINORUM; ROBERTUS SOUTHWELL, SACERDOS E SOCIETATE IESU ; PHILIPPUS HOWARD, COMES DE ARUNDEL EORUMQUE SOCn OMNES IN ANGLIA IN ODIUM FIDEI INTEREMPTI BEATI RENUNTIANTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Atrocissima tormenta passi pro tuenda Fidei veritate ab incunabulis Ecclesiae Christi continenter martyres sanguinem suum fuderunt ipsamque vitam ultro libenterque dedere, omnium temporum christifidelibus conspicua relinquentes exempla fidelitatis atque amoris, quibus Dominum Nostrum Iesum Christum prae rebus omnibus huius mundi prosecuti sunt. In terris enim cum pro regno Christi iugiter dimicandum sit, martyres praelia praeliarunt ut boni milites divini Regis, qui, verbis illis: *si me persecuti sunt et vos persequentur,* iam asseclis suis bellum praenunciavit et odium, quibus hostes Ecclesiae usque ad consummationem temporum regnum Regis sempiterni, aeternasque Fidei veritates oppugnabunt; fortiter quidem púgiles Christi in bello restiterunt triumphalia ornamenta tantum exspectantes a divino Rege certa spe freti, providentissima Dei auxiliis per saecula indeficientibus, Ecclesiam Christi victoriam tandem fore consecuturam. Singuli quandoque ac per tenues manipulos, quandoque vero catervatim martyres procedunt, magnum spectaculum facti ad nostra usque tempora huic mundo et nobis, ingens multitudo heroum, qui e variis diversisque historiae aetatibus admirationem nostram obsequiumque excitanti Quos inter milites et fortes púgiles Christi procul dubio omnes quoque censendi sunt, qui per centum quinquaginta circiter annos, in Anglia, iam curis Romani Pontificis Gregorii Magni ad Christum conversa eiusque lege educata ac postea in Apostolicam Sedem ob fidelitatem conspicua, contemptis omne genus minis, mendicitatem, exilia, vincula, cruciatus et mortem perferre maluerunt quam a Catholica Romana Ecclesia discedere, quum ob lugendum schisma a rege Henrico octavo excitatum Anglicae gentes ab Ecclesiae unitate divulsae ac tabe protestantica perturbatae sunt. Huiusmodi Christi milites, qui pro catholica romana religione ac successorum Beati Petri Apostoli primatu tunc fortiter occu-

buere, multi quidem exstiterunt, quorum nomina in libro vitae tantum inscripta, sunt nobis ignota; documenta enim historica circa eorumdem martyrium ob varias temporum vicissitudines plane deperdita sunt.; at confertum aliorum Christi pugilum tunc temporis agmen habetur, quorum gesta Nobis veridicae historiae mandarunt. Eos inter B. Thomas More, B. Ioannes Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Roffensium Episcopus, ceterique unus supra sexaginta iam Romani Pontificis Leonis XIII actis Beatorum honoribus honestati; Archiepiscopus Armachanus Oliverius Plunkett, quem Decessor Noster Benedictus XV Beatum an. MCMXX nuncupavit, Venerabilis quoque Dei servus Ioannes Ogilvie, atque alii etiam bis centum quinquaginta duo Dei Famuli numerantur, quorum causa de martyrio rite pertractanda iam apud Sacrorum Rituum Congregationem suscepta est. Hi enim ducenti et quinquaginta duo Servi Dei atrocissima morte perierunt in Anglia regis Henrici octavi, reginae Elisabethae, regumque Iacobi I et Caroli I temporibus et postea usque ad regnum fere expletum Caroli secundi; iuxta illius tempestatis saevos mores laqueo suspensi sunt fere omnes atque adhuc vivi exenterati, eorumque postea corpora plures in partes scissa; quamvis in variis diversisque saeculi decimi sexti ac decimi septimi periodis persecutio immanis non eodem modo neque eadem saevitate efferbuerit. Iidem quidem Dei Servi fuerunt ex quocumque ordine condicioneve tum e nobili genere tum e popularibus familiis, tum e clero saeculari tum e regularibus coetibus, laici ac sacerdotes, iuvenes et senes; ac praesertim inter eos memorandi sunt alumni Conlegiorum, quae Duaci, Rhemis, Vallisoleti, Hispalensi in civitate, hac Alma in Urbe constituta sunt, Anglicis presbyteris efformandis, vel potius tunc temporis martyribus procreandos, ut verbis utamur ipsius Servi Dei Thomae Maxfield, e conlegio Duacensi, qui e carcere scripsit moderatoribus iam suis amplissime suum Conlegium *Martyrum fontem* commendans. Continuo igitur praeclarissimi hi Fidei catholicae apostolicae romanae adsertores coepti sunt martyres appellari a coëvis itemque a posteris; quos inter plures etiam Romani Pontifices decessores Nostri adnumerantur: Gregorius nempe XIII, Romani Anglorum Conlegii fundator, Clemens VIII, Sixtus V, Urbanus VIII atque Innocentius XI; proindeque fama in dies percrebrescente sanctitatis et martyrii, regularis causa est inchoata de Beatorum Martyrum honoribus ipsis Dei Famulis tribuendis. Iudicialibus itaque confectis tabulis tam Ordinaria quam Apostolica auctoritate in curia ecclesiastica Westmonasteriensi, Congregatio antepraeparatoria die xiv Aprilis anno MOMXXIX habita est in aedibus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Alexii Henrici M. Lépicier, Causae Relatoris. Praeparatorio autem coetu in Vaticana Congregationum aula

die trigesima Iulii vertentis anni congregato aliisque dein ad rem amplius elaborandam accuratissime inquisitionibus peractis, cum die vicesima sexta Novembris ac denuo die ni huius mensis Decembris proposita sit quaestio de martyrio martyriique causa nec non de signis seu miraculis eorundem bis centum et quinquaginta duorum Servorum Dei, et profecto constiterit centum triginta sex ex praefatis Famulorum Dei internecionem in odium catholicae Fidei evenisse, et solam Fidem fuisse illius causam: Nos, sollemni decreto sexto Idus Decembris anni vertentis dato, de martyrio martyriique causa centum triginta sex venerabilium Servorum Dei, quorum nomina inferius recensentur, constare declaravimus. Super signis seu miraculis dispensatum est. Cum igitur esset de martyrio eorumdem centum triginta sex Dei Famulorum prolatum iudicium, illud supererai discutiendum nimirum ut Sacrorum Rituum Cardinales et Consultores rogarentur an, stante approbatione martyrii martyriique causa nec non dispensatione a signis, tuto procedi posse censerent ad sollemnem ipsorum centum triginta sex Dei Servorum Beatificationem. Hoc praestitit dilectus filius Noster Alexius Henricus M. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Lépicier, Causae Relator, in generalibus comitiis coram Nobis in Vaticanis aedibus die x mensis Decembris huius anni habitis, omnesque tam Cardi* nales quam qui aderant patres Consultores unanimi consensu affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distuhmus, donec a Patre luminum caeleste auxilium impetraremus. Quod cum impensis precibus fecissemus, tandem die xiv huius mensis atque anni, Eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque dilectis filiis Nostris Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Laurenti, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, et Alexio Henrico M. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Lépicier, Relatore Causae, nec non dilecto filio Carolo Salotti Fidei Promotore generali, sollemniter ediximus *tuto* procedi posse ad sollemnem Beatificationem centum triginta sex Venerabilium Dei Servorum, qui infra nominantur. Quae cum ita sint, precibus permoti, quas clerus tam saecularis quam regularis popularesque nationis Anglicae ad centesimum quoque annum perennandum redditae sibi religiosae libertatis, Nobis, occasione anni quinquagesimi Nostro ab inito sacerdotio adhibuerunt, auctoritate apostolica Nostra, praesentium Litterarum vi, facultatem facimus ut in posterum BEATI appellentur centum triginta sex Servi Dei in Anglia ab anno MDXXXXI ad annum MDCLXXX pro catholica, apostolica, romana Fide ac Romani Pontificis primatu, necati, nempe: I. Thomas Hemerford, sacerdos saecularis, iam Oxonii iuris doctor, Romae in Conlegio Anglico educatus; die xn Februarii an. MDLXXXiv Tyburni laqueo suspensus, exenteratus et dissectus est. - II. Da-

vid Gunston, e nobili genere natus atque eques S. Ioannis Hierosolymitani, qui temporibus Henrici VIII mense Iulio anno MDXLI ad S. Thomae Wateringi passus est. - III. Ioannes Ireland, sacerdos saecularis, qui iam cappellanus B. Thomae More, Tyburni, sub Henrico VIII martyrio obiit an. MDXLIV die vn martii. - IV. Ioannes Slade, qui, idem ac sequentes octoginta tres Dei Famuli, martyrium fecit, reginae Elisabethae temporibus; laicus e Dorsettiensi provincia obiit Wintoniae die xxx Octobris an. MDLXXXHI. - V. Ioannes Bodey, qui eodem anno die n Novembris Annoveri martyrium subiit: laicus erat Welsiae natus in Sommersettiensi provincia et ludi magister. - VI. Iacobus Fenn, sacerdos saecularis, iam Oxonii educatus ac paterfamilias in exemplum adducendus; uxore viduatus presbyteratum sumpsit; interemptus est die xn Februarii an. MDLXXXIV simul ac duo sequentes. - VII. Ioannes Nutter, sacerdos saecularis, qui Cantabrigae educatus, catholicam fidem amplexus, in Oonlegio Anglico Ehemensi sacros Ordines suscepit. - VIII. Ioannes Munden, sacerdos saecularis ex Urbis Oonlegio Anglico: Mapertonii in Dorsettiensi provincia ludi magister sed ex Oxoniensi Athenaeo, in quo iam fuerat adscriptus ob suam catholicam fidem expulsus. - IX. Iacobus Bell, sacerdos saecularis, Warringtonii in Lancastria natus atque Oxonii educatus; interfectus est Lancastriae die XX Aprilis an. MDLXXXIV. Eodem die ac loco passus est: X. Ioannes Finch, laicus ludi magister Ecclestonii natus, qui multos etiam annos carcerem pertulit. - XI. Bichardus Gwyn seu White, laicus litterarum magister, Blandelorae in Magumbria natus, die xvn Octobris an. MDLXXXIV martyris coronam adeptus est. - XII. Thomas Alfield e Gloucesteriensi dioecesi magister artium, sacerdos in Oonlegio Anglico Ehemensi factus, obiit die vi Iulii an. MDLXXXV. - XIII. Eduardus Stransham, Oxonii natus, doctor artium; sacerdotio initiatus in Anglico Oonlegio Ehemensi; consueto supplicio Tyburni occubuit die xxi Ianuarii an. MDLXXXVI. Eodem vero anno die XXV Martii Eboraci est interfecta: XIV. Margarita Olitherow, piissima foemina e nobili familia Middleton Eboraci nata, mat erf amili as. - XV. Robertus Anderton, presbyter saecularis et : XVI. Gulielmus Marsden item sacerdos saecularis : ambo Conlegii Rhemensis alumni, in insula Vecti uno eodemque die xxv Aprilis an. MDLXXXVI caesi sunt. - XVII. Richardus Langley laicus e nobili genere provinciae Eboracensis; an* MDLXXXVI obiit Eboraci Kalendis Decembris. - XVIII. Gulielmus Dean, sacerdos saecularis e provincia Eboracensi; haeresi relicta, Rhemis in Oonlegio Anglico sacerdotium iniit. Die xxvni Augusti an. MDCXXXVHI martyrium fecit eadem die atque anno ac: XIX. Gulielmus Gunter e provincia Monmouthensi, pariter sacerdos e Oonlegio Anglico Rhemensi, et: XX. Robertus Morton eboracensis, iam Romani Conlegii Anglici alumnus sed Rhemis sacerdotio initia-

tus. - XXI. Hugo More, sacerdos saecularis e Rhemensi Cordegio in Lincolniensi provincia natus, obiit Londini die xxvni Augusti an. MDLXXXVHI. Eodem die atque anno: XXII. Thomas Holford. ad Clerkenwell passus est; e Cestriensi provincia, Rhemis sacerdos factus est, idem ac: XXIII. Iacobus Claxton, presbyter saecularis e provincia Eboracensi, qui ad Isleworth martyrium fecit. - XXIV. Thomas Pelton, ex Ordine Minimorum, qui filius Beati martyris Ioannis Felton constantiam genitoris aemulatus vicennis die xxvm Augusti an. MDLXXXVIII ad Isleworth laqueo obiit suspensus. Die vero tricésima memorati mensis eodem anno omnes Tyburni martyrium fecerunt quinque sequentes Dèi Famuli: XXV. Richardum Leigh, londinensis, alumnus Conlegii Urbani Anglici ibique sacerdotio auctus; XXVI. Eduardus Shelley, laicus e nobili genere prov. Sussexiae; ¿XXVI.I. Richardus Martin, laicus; XXVIII. Ioannes Roche, laicus; XXIX. Margarita Ward, virgo. Item anno praefato MDLXXXVIII, die xxm Septembris: XXX. Gulielmus Flower (Way), sacerdos saec. e Cornubia, in Conlegio Rhemensi educatus, Kingstoniae martyrium fecit. Eodem adhuc anno Canterburgi die I^ Octobris suspensi, exenterati ac secti de more sunt: XXXI. Robertus Wilcox, sacerdos e Conlegio Rhemensi Cestriae natus; XXXII. Eduardus Campion, sacerdotio in eodem Conlegio initiatus, e familia natus provinciae Salopiensis; XXXIII. Christophorus Buxton, presbyter e dioecesi Lichfieldensi, Conlegii Romani Anglici alumnus; XXXIV. Robertus Widmerpool, laicus e provincia Nottinghamiensi. - XXXV. Radulphus Crockett, presbyter; XXXVI. Eduardus James, presbyter; quorum primus Rhemensis Conlegii alter vero Romani Conlegii Anglici alumnus fuit; ambo Cicestriae eodem die atque anno de quibus supra suspensi et caesi sunt. XXXVII. Ioannes Robinson, e provincia Eboracensi sacerdos, Rhemis inunctus, qui in Suffolcia interemptus est eodem anno ac die. - XXXVIII. Gulielmus Hartley, qui Oxonii educatus, abiurato schismate, sacerdos in Conlegio Duacensi ordinatus, Londini martyrium fecit die v Octobris ann. MDLXXXVIII, eodem die atque anno ac: XXXIX. Robertus Sutton, laicus, in *Kegwell* natus. - XXXX. Ioannes Hewett, sacerdos e provincia Eboracensi, Rhemis consecratus, laqueo suspensus obiit an. MDLXXXVIII die v Octobris. - XXXXI. Ioannes Amias, e provincia Eboracensi sacerdos, Conlegii Rhemensis alumnus, qui die xvi Martii an. MDLXXXIX, elisis f urca faueibus atque avulsis de more visceribus et artibus dissectis, obiit Eboraci; item ac: XXXX.ÏÏ. Robertus Dalby e provincia Eboracensi, sacerdos pariter in Conlegio Rhemensi ordinatus. - XXXXIII. Christophorus Bales, provinciae Dunelmensis sacerdos, qui Conlegii Romani alumnus atque in Rhemensi ordinatus, solito atroci supplicio die iv Martii an. MDXO Londini diem clausit

extremum. - X X X X I V . Franciscus Dickenson, e provincia Eboracensi presbyter, et: X X X X V . Milo Gerard, presbyter, e nobili genere Laneastriae; ambo Rhemis sacerdotio aucti, ambo die xxx Aprilis an. MDXO Roffae laqueo suspensi ceterisque de more cruciati bus affecti sunt. - X X X X V I . Eduardus Jones, ex Assaphensi dioecesi sacerdos; ac: X X X X V I I . Antonius Middleton, pariter sacerdos e conspicuo genere provinciae Eboracensis; ambo, Rhemis presbyterali munere suscepto, die vi Maii an. MDXC Londini vitam finierunt, ad ianuas suspensi domorum quas incoluerant. - X X X X Y I I I . Robertus Dickenson, lincolnensis, sacerdos e Oonlegio Rhemensi, qui captus simul ac: X X X X I X . Radulphus Milner, laicus Slaksteadii natus, cum eodem, die VII Iulii an. MDXCI fero more solito Vintoniaè necatus est. - L. Laurentius Humphrey, e provincia Hamptoniae, laicus, qui, haeresi relicta, catholicus factus, anno MDXCI suspensus et cultro petitus est. - LV. Edmundus Genings, e provincia Staftordiensi, sacerdotio auctus Rhemis, qui Tyburni interfectus est die x Decembris an. MDXCI. LU. Swithunus Wells, nobilis vir laicus e provincia Hantonicensi; LUI. Eustatius White, e lincolniensi provincia presbyter, Romae ordinatus; LIV. Polidorus Plasden, londinensis sacerdos item Romae ordinatus; LV. Brianus Lacey, laicus; LVI. Ioannes Mason, laicus; LVII. Sydneyus Hodgson, sacerdos: omnes Tyburni de more laqueo suspensi, simul die x Decembris, an. MDXCI passi sunt. - LVIII. Gulielmus Patenson, sacerdos Dunelmensis, Conlegii Rhemensis alumnus, die xxii Ianuarii an. MDXCii Tyburni laqueo suspensus et cultro petitus est. - LIX. Eduardus Waterson, londinensis, sacerdos Rhemis factus, Novocastri die vii Ianuarii an. MDXCIII est more consueto suspensus laqueo, exenteratus et sectus. - LX. Iacobus Bird, laicus Vintoniensis e nobili genere natus, qui, vix decimum nonum annum agens aetatis suae, die xxm Martii anno praedicto martyrium fecit. - LXI. Ioannes Speed, laicus, Dunelmi die iv Februarii an. MDXCiv laqueo praef ocatus est. - LXII. Gulielmus Harrington, e nobili genere natus provinciae Eboracensis, qui Rhemis sacerdotio honestatus Tyburni die xviii Februarii an. MDXCIV martyrium subiit. - LXIII. Ioannes Cornelius, e parentibus hibernicis ortus, qui iam Oxoniensis alumnus, relicta haeresi, Romae sacerdotio auctus est, et, Societatem Iesu ingressus, IV Nonas Iulii an. MDXCIV martyrum coronam adeptus est Dorcestriae uno eodemque die ac tres sequentes Dei Servi: LXIV. Thomas Bosgrave nobilis laicus e Cornubia; LXV. Ioannes Carey, laicus Dublinensis; LXVI. Patricius Salmón, laicus Dublinensis. - LXVII. Ioannes Boste, e Westmorelandia, Oxoniensis magister artium, sacerdos Rhemensis Conlegii, obiit Dunelmi an. MDXCIV die xxiv Iulii. - LXVIII. Ioannes Ingram, sacerdos in Romano Oonlegio Anglico ordinatus, e nobili Herefordiensi genere ortus,, eodem anno, die xxvi Iulii obiit Novocastri. - L X I X . Georgius Swallowell^

laicus e Dunelmensi dioecesi, solito feroci supplicio diem clausit extremum Darlingtonensi in civitate die atque anno de quibus supra. - LXX, Robertus Southwell, sacerdos Societatis Iesu, e nobili genere Norfolciae natus, ac studiis Conlegii Anglici Urbani praefectus, die xxv Februarii an. MDXCV laqueo suspensus, exenteratus et dissectus Tyburni obiit. - LXXI. Alexander Rawlins, sacerdos e Conlegio Rhemensi, e nobili provinciae Oxoniensis ortus familia, septimo Idus Aprilis an. MDXCV martyrium fecit. - LXXII. Henricus Walpole, presbyter Societatis Iesu, e Norfolciae provinciae nobili genere, Rhemis sacerdos factus ac postea Romae Societatem Iesu ingressus: die atque anno de quibus supra suspensus laqueo et sectus Eboraci fortiter occubuit. - LXXIII. Gulielmus Freeman, e provincia Eboracensi, sacerdotio auctus in Conlegio Rhemensi, Warwicae laqueo suspensus et more solito exenteratus et sectus, Idibus Augusti an. MDXCV obiit. - LXXIV. Philippus Howard, comes de Arundel, Norfolciae ducis filius, malis laboribusque carceris confectus die xix Octobris an. MDXCV in Turri Londinensi e vita discessit. - LXXV. Henricus Abbot, laicus; LXXVI. Gulielmus Andleby, e familia conspicua dioecesis Eboracensis, sacerdos factus in Duacensi Conlegio; LXXVII. Thomas Warcop, nobilis laicus Eboracensis; LXXVIII. Eduardus Fulthrop, laicus e provincia Eboracensi: omnes isti quattuor Dei Famuli iv Nonas Iulii an. MDXCVII Eboraci martyrium fecerunt. - LXXIX. Ioannes Jones, e nobili familia Arvoniae, sacerdos regularis ex Ordine Fratrum Minorum, ad S. Thomae, Southwarci, laqueo suspensus ac iam mortuus laniatus, die XII Iulii an. MDXCViii martyrio coronatur. - LXXX. Ioannes Rigby, laicus, qui, eo quidem in loco ubi duo ante annos martyrium fecerat Ioannes Jones, laqueo suspensus, adhuc vivus exenteratus et dein sectus, invicte mortem oppetiit. - LXXXI. Ioannes Pibush, e provincia Eboracensi, sacerdos factus in Anglico Conlegio Rhemensi, sex annos iii carcere servatus, tandem die xvin Februarii an. MDCI ad S. Thomae, Southwarci, laqueo suspensus cultroque laniatus est. - LXXXII. Marcus Barkworth, e provincia Lincolnensi, abiurata haeresi, Vallisoletano in Conlegio sacerdotio auctus est, ac postea Ordinem S. Benedicti ingressus; die xxvi Februarii an. MDCI Tyburni laqueo suspensus ac de more sectus est. - LXXXIII. Anna Line, vidua viro pro Fide mortuo, eodem die atque anno de quibus supra Tyburni laqueo est suspensa. - LXXXIV. Iacobus Duckett, laicus e Gilfortrigs in Westmorelandia, qui an. MDCH die xix Aprilis Tyburni interfectus est. - LXXXV. Robertus Watkinson e provincia Eboracensi, Duaci sacerdos factus, die xx Aprilis an. MDCII Eboraci martyrium fecit. - LXXXVI. Franciscus Page, presbyter e Societate Iesu, in Middiesexia provincia ortus, eodem die atque anno de quibus supra Tyburni suspensus

ac laniatus est. - LXXXVII. Gulielmus Richardson e provincia Eboracensi, sacerdotio auctus in Hispalensi Oonlegio, die xvn Februarii anni MDCm Tyburni laqueo -suspensus et dein frustatila sectus. - LXXXVIII. Thomas Welbourne, qui cum sequentibus sex supra decem Dei Famulis regis Iacobi I temporibus passus est, e provincia Eboracensi laicus et ludi magister, anno MDCV obiit Eboraei kalendis Augusti. LXXXIX. Gulielmus Browne, laicus e provincia Eboracensi, eodem anno die v Septembris Biponiae, eliso laqueo gutture, martyrium adeptus est. - XC. Nicolaus Owen, coadiutor Societatis Iesu temporalis, qui anno MDGVI immanibus equulei tormentis e vita in carcere discessit. - XCI. Eduardus „Oldcorne ex Eboracensi provincia, Romano in Oonlegio sacerdotium iniit, ac Romae Societatem Iesu ingressus est; eidem adfuit in vita: XCII. Radulphus Ashley, qui in Societate Iesu coadiutor fuit temporalis; ambo Vorcestriae die VII Aprilis an. MDCVI passi sunt, exenterati ac dissecti. - XCIIL Georgius Gervase, e nobili genere Boschani in Sussexia natus, qui Duaci sacerdotio suscepto, Ordinis Sancti Benedicti postea alumnus, die xi Aprilis an. MDCVIII Tyburni obiit. - XCIV. Thomas Garnet, londinensis, qui Vallisoletano in Oonlegio presbyter factus ac dein Societatem Iesu ingressus, Tyburni die xxin Iunii an. MDCVIII consueta morte occubuit. - XCV. Georgius Napier, oxoniensis qui, Duaci presbyterali ordine ornatus, Oxonii, die ix Novembris an. MDCX more solito laqueo suspensus, exenteratus ac dissectus est. - XCV.L Thomas Somers, e Westmorelandiae provincia sacerdos saecularis, qui a sedulo animorum ministerio, quo functus est « parochus Londinensis» vocatus die, x Decembris an. MDCX Tyburni martyr diem clausit extremum. - XCVII. Ioannes Roberts, sacerdos regularis, qui e nobili genere Merviniae in Vallia Septentrionali ortus, Vallisoleti Ordinem S. Benedicti ingressus est; in patriam vero reversus, primus monachorum in Anglia post monasteriorum eversionem, ministerium gessit, ac die x Decembris an. MDCX Tyburni laqueo suspensus, exenteratus ac de more est sectus. - XCVIIL Gulielmus Scott, eiusdem Ordinis S. Benedicti sacerdos, qui claro genere provinciae Essexiae natus, die xxx Maii an. MDCXII Tyburni obiit. - XCIX. Richardus Newport, ex optima familia provinciae Northantoniensis, Romae in Oonlegio Anglico sacerdotio auctus, qui solito atroci supplicio eodem die et anno de quibus supra Tyburni interemptus est. - C. Ioannes Almond, sacerdos saecularis e provincia Lancastrensi, qui eodem anno, loco et modo die v Decembris martyr fuit: sacerdotium quidem Romae in Oonlegio Anglico susceperat. - 01. Thomas Maxfield e nobili Staffordiae genere, in Oonlegio Duacensi presbyter factus, Kalendis Iulii an. MDCXVI martyrio, quod ob insignem adstantium fidelium erga eum pietatem est trium-

pho simile censendum, Tyburni cessit e vita. - GII. Thomas Tunstal e Lancastria, Duacensi in Conlegio sacerdos ordinatus, die sin Iulii an. 3IDCXVI ÎTorwicensi in civitate laqueo suspensus est, defixo postea eiusdem capite obtruncato in porta civitatis quam a S. Benedicto nuncupabant. - CUI. Edmundus Arrowsmith lancastrensis, e Duacensi Conlegio sacerdos Societatem Iesu ingressus, laqueo suspensus Lancastriae, die XXVIII Augusti an. MDCXXVIII exenteratus dein ac sectus est. - CIV. Richardus Herst, qui eodem anno eademque civitate die xxix Augusti pependit e furca: agricola erat. - CV. Gulielmus Ward westmorelandiensis, e Duacensi Conlegio sacerdos primus quattuordecim martyrum, qui in persecutione a puritanis concitata passi sunt, die xxvi Iulii an. MDCXLi Tyburni laqueo suspensus est. - GVL Eduardus Ambrosius Barlow, e nobili genere Manchestriae, antea Duacensis ac Yallisoletanus alumnus ac. postea Ordinis S. Benedicti sacerdos, die x Septembris an. MDCXLI Lancastriae interfectus est. - OTII. Thomas Eeynolds oxoniensis, Conlegii Vallisoletani sacerdos, elisis e reste faucibus Tyburni die xxi Ianuam an. MDOXLii obiit. - CVIII. Bartholomaei Albanus Eoe e Suffolcia, iam in universitate Cantabrigensi alumnus, romanam fidem, amplexus, post Duacense Conlegium, S. Benedicti Ordinem ingressus et sacerdos factus, die* anno et loco supra dictis laqueo suspensus est. - CIX. Ioannes Lockwood e nobilissima gente Eboracensi, in Conlegio Urbano Anglico sacerdotio auctus, Idibus Aprilibus an. MDCXLH Eboraci de furca suspensus Deo spiritum reddidit. - CX. Edmundus Catherick e nobili genere Eboracensi, sacerdos Duaci in Conlegio ordinatus, die, loco atque anno praedictis, laqueo suspensus, adhuc vivus exenteratus consuetumque in modum barbare dissectus est. - CXI. Hugo Green, londinensis, iam magister artium Cantabrigensis, postea ad catholicam fidem conversus in Duacensi Conlegio presbyteratum suscepit; die xix Augusti an. MDCXLII solito saevissimo supplicio periit. - CXII. Thomas Holland e Lancastriae provincia, sacerdos Societatis Iesu, die xn Decembris anno praedicto Tyburni laqueo suspensus, exenteratus et sectus est. - CXIII. Ioannes Duckett, e provincia Eboracensi, sacerdos Duaci in Conlegio ordinatus, die vn Septembris an. MDOXLiv de furca suspensus Tyburni obiit. - CXTV. Eadulphus Corby, e parentibus anglis Dublini natus, Vallisoletano in Conlegio sacerdotio auctus est, et postea Societatem Iesu ingressus Tyburni strangulatus die atque anno praedictis invictum Deo spiritum reddidit. - CXV. Henricus Morse e nobili genere Suffolciae, iam Duacensis Conlegii alumnus, Eomae sacerdos factus Societatem Iesu ingressus est: ob suam in proximum caritatem *sanctus pater* nuncupatus, Kalendis Februariis an. MDCXLV Tyburni laqueo suspensus obiit corpusque eiusdem

iuxta morem disseetus est. - CXYI. Philippus Powel, e principum sanguine ortus, sacerdos Ordinis S. Benedicti, tertio Kalendas Augusti an. MDXLVI Tyburni laqueo suspensus est. - CXYII. Petrus Wright, northantoniensis, Societatis Iesu sacerdos, die xix Maii an. MDCLI Tyburni suspensus, exenteratus ac disseetus est. - CXVIII. Ioannes Southworth, sacerdos saecularis e nobili familia Lancastriae, Duacensi in Conlegio educatus, Tyburni die xxvni Iunii an. MDCLIV miranda constantia solitum feram martyrium subiit. - CXIX. Eduardus Coleman, laicus e Sufíolcia, martyrum palmam adeptus est Tyburni III Nonas Decembris an. MDCLXXVIII, primus inter decem et octo Dei Servos qui regis Caroli II temporibus martyrium perpessi sunt. - CXX. Gulielmus Ireland, e nobili familia Lincolniensi, Societatis Iesu sacerdos, die xxiv Ianuarii an. MDCLXXIX suspensus, exenteratus ac disseetus est Tyburni, simul ac: CXXI. Ioannes (Henricus) Grove, qui praedicti Gulielmi Ireland famulatui addictus erat. - CXXII. Thomas Pickering, laicus Ordinis S. Benedicti, gloriosa martyrum palma Tyburni an. MDCLXXIX die ix Maii potitus est. - CXXIII. Thomas Whitbread essexiensis, sacerdos Societatis Iesu atque eiusdem Ordinis in Anglia provincialis; consueta horribili morte die XX Iunii an. MDCLXXIX Tyburni obiit, una cum quattuor sequentibus ex eadem Societate Iesu patribus, scilicet: CXXIY. Gulielmus Harcourt e Lancastria, sacerdos ac procurator Societatis in provincia Londinensi; CXXY. Ioannes Fenwick dunelmensis, sacerdos Societatis Iesu ; CXXYI. Ioannes Gavan londinensis, pariter sacerdos Societatis Iesu ; CXXYII. Antonius Turner, Leicestriae natus et baccalaureus artium Athenaei Cantabrigensis, qui Urbani Conlegii Anglici alumnus postea Societatem Iesu ingressus est et eiusdem Ordinis sacerdos exstitit. - CXXYIII. Richardus Langhorne, laicus bèdfordiensis, iurisperitus celeberrimus, Tyburni pridie Idus Iulii an. MDCLXXIX martyrium fecit. - CXXIX. Gulielmus Plessington e Lancastria, sacerdos saecularis Yallisoletani Conlegii, anno praedicto die xix Iulii Cestriae laqueo suspensus est. - CXXX. Philippus Evans, in Monmuthia natus, Societatis Iesu presbyter, eodem anno die xx Iulii laqueo'suspensus est Cardiffae ac disseetus. - OXXXI. Ioannes Lloyd, sacerdos saecularis e Wallia, eodem die atque anno et loco praedictis laqueo suspensus atque adhuc vivus exenteratus est. - CXXXII. Ioannes Wall e Lancastria, qui, Duacensis Conlegii alumnus atque in Urbani Conlegii Anglici sacerdotio decoratus, Ordinem Fratrum Minorum ingressus est, die XXII Augusti an. MDCXXIX Yorcestriae laqueo suspensus ferroque laniatus occubuit. - CXXXIII. Ioannes Kemble herefordiensis, sacerdos saecularis e Conlegio Duacensi, laqueo suspensus est anno praedicto Wigmarchi in Herefordia die xxn Augusti. - CXXXÏY. David Lewis monumutiensis,

Romae presbyter factus ac dein Iesu Societatem ingressus, *pater pauperum* vulgo vocatus, consueta crudelissima morte die xxvi Augusti an. MDCLXXIX ad *U sic* in Domino obdormivit. - CXXXV. Thomas Thwing e nobili familia eboracensi, Duaci in Conlegio Anglico sacerdos factus, Eboraci die xxm Octobris, an, MDCLXXX consueto more laqueo suspensus, exenteratus ac sectus obiit. - CXXXVI. Gulielmus Howard, vice comes de Stafford ac Philippi comitis de Arundel nepos, qui die xxix Decembris an. MDCLXXX securi percussus, Londini in Turre, martyrii palmam consecutus est.

Horum omnium centum triginta sex Beatorum corpora ac relliquiae, si quae supersint, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferenda, concedimus ac largimur ut publicae fidelium venerationi proponantur; atque imagines radiis decorentur. Eadem praeterea auctoritate Nostra ut de illis recitetur Officium ac Missa celebretur de Communi plurimorum Martyrum iuxta rubricas Missalis et Breviarii Romani facultatem facimus. Eiusmodi vero Officii recitationem et Missae celebrationem fieri dumtaxat mandamus in dioecesibus ubi ipsi centum triginta sex Famuli Dei martyrium fecerunt atque etiam in dioecesibus ubi unusquisque eorum natus est et vixit, et quod ad venerabiles Dei Famulos in religiosas congregationes vel ordines regulares adlectos, in omnibus templis, vel sacellis ac piis domibus ubique terrarum sitis, quae pertineant respective ad congregationes vel ordines, quorum ipsi Servi Dei fuerunt alumni, ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam regularibus, qui horas canonicas recitare teneantur; et quod ad Missas attinet a sacerdotibus continentibus ad tempia in quibus Beatorum eorundem festum celebretur. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis eorundem Dei Famulorum peragantur in praedictis dioecesibus atque in templis, seu sacellis quae memoravimus, die per respectivum Ordinarium vel Ordinis moderatorem designando infra annum postquam eadem sollemnia in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana celebrata fuerint. - Non obstantibus constitutionibus atque ordinationibus Apostolicis, nec non decretis de non cultu editis, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretam Sacrorum Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Sacrae Congregationis sigillo munita, in disceptationibus etiam iudicialibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, his ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XV mensis Decembris anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CAED. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

VENERABILIS DEI FAMULUS IOANNES OGILVTE, SACERDOS PROFESSUS SOCIETATIS IESU, BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Pro tuenda veritate, ut iam discipulis suis divinus Magister predixerat, est Ecclesia Christi ab initiis ad nostra usque tempora persecutionem continenter passa; unde factum est ut ingenti numero martyres ex omni aetate, sexu atque ordine, eloquens clarumque, sanguine effuso, pro integritate dogmatum catholicorum servanda testimonium ediderint. Eos autem omnium temporum Ínclitos heroas in odium Fidei necatos devote christifideles venerantur, eorundem memorias pie studioseque conligendas, posterisque nomina tradenda curant; Ecclesia vero Romamque Pontifices honoribus eosdem sollemnibus cohonestant, atque ad altarium fastigia, christifidelibus omnibus in exemplum fidelitatis propositos, iuste ac tempestive evehunt. Contigit profecto ex auspicato ut hoc anno, quo Angliae, Hiberniae Scotiaèque catholici a reddita sibi religiosa libertate primum exeuntem saeculum commemorant, ad Beatorum Martyrum honores sollemni ritu in Patriarchali Basifica Vaticana promoveremus centum triginta sex Christi púgiles, qui pro catholica Fide asserenda, primatuque Romani Pontificis vindicando suum sanguinem fortiter invicteque effuderunt, lugenda illa aetate, qua ob schisma, ab octavo Henrico Angliae rege excitatum, a successoribus eiusdem f otum, atque adhuc quidem exsistens, Britanniae incolae, regum prorsus arbitrio ab hac Romana Cathedra Beati Petri Apostoli seiuncti, tabe protestantica perturbati sunt. Qua prima tristi tiae dolorisque tempestate, se ceteris martyribus memoratis adiungit, tum studiosa veritatis cura morumque sanctitate, tum martyrio fortiter facto, Venerabilis quoque Dei Famulus Ioannes Ogilvie, e Societate Iesu sacerdos, qui Scotorum nationi illuxit. Natus, ut fertur, anno reparatae salutis millesimo quingentésimo septuagesimo nono in civitate quam *JDrum* **nuncupant e clara Scotiae familia, adhuc plane iuvenis, relicta suorum parentum protestantica religione, catholicam romanam fidem toto firmoque animo amplexus est. E patria inde egressus, in celeberrimo antea Conlegio Duacensi, dein in conlegio Gradecensi, quod patres Societatis Iesu moderabantur, studiis vacavit; omnibusque iam virtutibus ornatus, insignia pietatis tunc**

temporis exempla edidit. Postquam vero operam dedisset theologiae adipiscendae in Olomucensi a praefatis quoque patribus recto conlegio, Societatem Iesus ingressus est, ac tandem, studiorum expleto curriculo absolutoque novitiatu, sacerdotium suscepit. Legibus autem tunc temporis in Scotia vigentibus Dei Famulus impediebatur quominus in patriam ad sacerdotalia officia gerenda reverteretur; sed, spretis ob huiusmodi leges instantibus periculis, ardenti tantum animorum salutis studio permotus, plusquam semel moderatores suos enixe rogavit ut in patriam redire sibi liceret; spe fretus, Deo opitulante, concives suos ad veram religionem reducendi vel iam catho^-licos in romana Fide firmandi. Sui ardentissimi voti tandem compos factus, statim ac a moderatoribus patriam petendi licentiam accepit, Rothomagensi ab urbe, quam tum incolebat, in Scoti am profectus est, quo clam, uti scriptores dòcumentaque narrant, anno MDCxm pervenit. Plura igitur ibi Dei Servus, bono animorum procurando, exercuit; at quia in sacerdotali munere obeundo nec laboribus pepercit nec pericula metuit, nil mirum, si, Glasguam profectus, ad haereticos quosdam ibidem catholicae Fidei reconciliandos, fraudulenter captus, in carcerem coniectus sit. Iudicialis eiusdem causa plures menses producitur; eaque perdurante Dei Famulus tormenta, in ipsum inlata ad eius in Fide constantiam labefactandam, sereno constantique animo sustinuit; sed, iura Romanae Cathedrae iugiter tuitus, cum nunquam regem habere voluisset dominum in rebus quoque Fidei, ob suam religionis catholicae firmissimam professionem, quam ceterum fictione tantum iuris Anglicam proditionem vocabant, qua reus laesae maiestatis morte damnatus est. Glasguae itaque patíbulo suspensus, Venerabilis Dei Servus Ioannes Ogilvie die decima mensis Martii anno MDCXV gloriosam martyrii palmam accepit. Continuo Ioannis Ogilvie necem Scoti memoria custodierunt; at cum veneratio erga Dei Servum, post eius mortem, temporis decursu magis magisque percrebresceret, de eiusdem martyrio Ordinare. Inquisitio Romae anno millesimo sexcentésimo vicesimo octavo atque Herbipoli insequenti anno peracta fuit. Hisce vero nostris modernis temporibus Venerabilis Dei Servus ceteris antea Angliae Martyribus, quos memoravimus, adiunctus est; sed anno MDCCCCXXIV, precibus, quas Nobis suppliciter Scoti adhibuere, concedentes, eiusdem causam seorsum pertractandam mandavimus. Confectis igitur auctoritate Apostolica processibus de more riteque probatis, de Servi Dei martyrio et causa martyrii disceptari coeptum est. Antepraeparatorio itaque coetu apud Franciscum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Ehrle, Causae Ponentem, habito, praeparatorius antea ac novissime generalis Conventus coram Nobis coacti sunt, et cum profecto constiterit eiusdem Servi Dei internecionem apprime evenisse in odium catholicae religionis et solam Fidem fuisse causam illius:

Nos, soUemni decreto, pridie Kalendas Decembris anno nnllesimo nongentesimo vicesimo nono, de martyrio et causa martyrii Ioannis Ogilvie constare declaravimus. Super signis sive miraculis de more dispensatum est. Cum igitur de martyrio martyriique causa constaret, illud supererai ut Sacrorum Rituum Cardinales et Consultores rogarentur an tuto procedi posse censerent ad sollemnem eiusdem Dei Famuli Beatificationem. Hoc praestitit dilectus filius Noster Franciscus S. R. B. Cardinalis Ehrle, Causae Relator, in generali Sacrorum Rituum coetu coram Nobis in Vaticanis aedibus habito tertia die Decembris volventis anni, omnesque tum Cardinales tum qui aderant Patres Consultores unanimi consensu affirmative responderunt. Nos vero die tantum xiv huius mensis, Eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Laurenti Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto et praedicto Francisco S. R. E. Cardinali Ehrle, Causae Relatore, una cum dilecto filio Carolo Salotti Sanctae Fidei Promotore generali, sollemniter ediximus *tuto* procedi posse ad eiusdem Dei Servi Beatificationem. Quae cum ita sint, precibus permoti cleri populique Scotorum, apostolica Nostra auctoritate, / praesentium Litterarum, tenore facultatem facimus ut idem Venerabilis Dei Famulus Ioannes Ogilvie, Sacerdos professus e Societate Iesu *Beati* nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus seu relliquiae, si quae supersint, publicae venerationi proponantur, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferenda; itemque permittimus ut imagines eiusdem Servi Dei radiis decorentur. Praeterea, eadem auctoritate Nostra, concedimus ut de eo quotannis recitetur officium de Communi unius Martyris cum lectionibus propriis per Nos adprobatis ac Missa pariter celebretur per Nos adprobata, servatis rubricis, dumtaxat tamen in dioecesibus Scotiae, in ecclesia seu oratoriis Conlegii Scotorum in hac Alma Urbe exsistentis, nec non in templis seu sacellis ac domibus ubique terrarum sitis Iesu Societatis, cuius ipse Dei Famulus fuit alumnus, ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam regularibus, qui horas canonicas recitare teneantur; et quod ad Missas attinet a sacerdotibus confluentibus ad templa sive sacella in quibus Beati eiusdem festum celebretur. Denique largimur ut solemnia Beatificationis eiusdem Dei Famuli, servatis servandis, peragantur in praedictis dioecesibus atque in templis seu sacellis, quae memoravimus, die per respectivum Ordinarium vel Ordinis praefati moderatorem designando, infra annum postquam eadem sollemnia in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana celebrata fuerint. Non obstantibus constitutionibus atque ordinationibus Apostolicis, nec non decretis de non cultu editis, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrorum Rituum Congregationis subscripta

sint et eiusdem Congregationis sigillo munita, in disceptationibus etiam iudicialibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Decembris anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CAE,». GASPAEEI, ***a Secretis Status.***

ACTA SS. CONGREGATIONUM
ACTA

SUPREMA SACEA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DAMNANTUR LIBRI: «MARIO MISSLROLI : DATE A CESARE - LA POLITICA RELIGIOSA DI MUSSOLINI CON DOCUMENTI INEDITI; IGNOTUS: STATO FASCISTA, CHIESA E SCUOLA - LIBRERIA DEL LITTORIO».

Feria V, loco IV, die 23 Ianuarii 1930

Delati ad hanc Supremam Sacram Congregationem Sancti Officii, cui — praeter alia — munus incumbit in perniciosa scripta animadvertere, libri, quorum tituli:

« MARIO MISSIROLI, *Date a Cesare* - **La politica religiosa di Mussolini con documenti inediti;**

IGNOTUS, *Stato Fascista, Chiesa e Scuola»,*

typis vulgo «del Littorio» superiore anno editi, gravissimis contra doctrinam catholicam erroribus scatentes inventi sunt, praesertim quod attinet ad divina Ecclesiae iura et ad supremam Romani Pontificis potestatem eiusque exercitium. ^

Emi ac Rmi Domini.Cardinales, rebus fidei ac morum tutandis praepositi, in plenario conventu supradictae feriae et diei, audito DD. Consultorum voto, duos supra memoratos libros habendos esse censuerunt tamquam praedamnatos ad normam canonis 1399 Codicis iuris canonici, mandantes ut in Indicem librorum prohibitorum iidem inserantur.

Et in eadem feria V, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Assessori concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit ac publicandam iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 25 Ianuarii 1930.

A. Subrizi, ***Supremae S. C. S. Officii Subst. Notarim,***

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

***2 Ianuarii 1930.* — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Cyrrhensi praefecit R. P. D. Ianuarium Cosenza, hactenus Archiepiscopum Capuanum.**

***9 Ianuarii.* — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Sardianae, Arcturum Hinsley, hactenus Episcopum Sebastopolitanum, deputatum Delegatum Apostolicum ad Missiones Africanas.**

***10 Ianuarii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Epiphaniensi, R. P. Aemilianum a Brixia, O. F. M. Capuccinorum •— in saeculo Iosephum Lonati — quem deputavit Praelatum nullius Sancti Iosephi de Grajahu.**

***16 Ianuarii.* — Cathedrali Ecclesiae Tucumanensi, R. D. Augustinum Barreré, Consultorem generalem Piae Presbyterorum Societatis ab Immaculata V. M. Conceptione.**

***20 Ianuarii.* Cathedrali Ecclesiae Pineroliensi, R. D. Gaudentium Binaschi, Praepositum ad S. Victoris, loci *Intra*, dioecesis Novariensis.**

II

DE FINIUM DIOECESIUM MUTATIONE

Sanctissimus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, decreto Sacrae Congregationis Consistorialis, sequentem finium dioecesium mutationem benigne statuere dignatus est:

***14 Septembris 1929.* —** PATAVINA ET TARVISTNA **— Vicus *Battutilo* a paroecia S. Michaelis Archangeli, in loco *Arino*, et a dioecesi Patavina necnon parvum territorium ad septentrionem proximae viae ferreae a paroecia S. Martini, in loco *Cazzago*, et ab eadem dioecesi separata sunt et cum paroecia S. Bartholomaei Apostoli, in loco *Ballò*, et cum dioecesi Tarvisina perpetuo coniuncta.**

SACRA CONGREGATIO CONCILII

INSTRUCTIO

AD ORDINARIOS DIOECESANOS: DE INHONESTO FEMINARUM VESTIENDI MORE

Vi supremi apostolatus, quo in universa Ecclesia divinitus fungitur, Ssmus Dominus Noster Pius Papa XI verbis et scriptis nunquam destitit illud S. Pauli (I *ad Tim.*, II, 9,10) inculcare, videlicet: « mulieres in habitu ornato cum verecundia et sobrietate ornantes se, et... quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona ».

Ac saepenumero, occasione data, idem Summus Pontifex improbavit acerrimeque damnavit inhonestum vestiendi morem in catholicarum quoque mulierum ac puellarum usum hodie passim inductum, qui non modo femineum decus atque ornamentum graviter offendit, sed nedum in temporalem earumdem feminarum perniciem verum etiam, quod peius est, in sempiternam, itemque in aliorum ruinam miserrime vertit.

Nihil igitur mirum, si Episcopi ceterique locorum Ordinarii, sicut decet ministros Christi, in sua quisque dioecesi pravae huiusmodi licentiae ac procacitati modis omnibus unaque voce obstiterunt, derisiones nonnumquam ac ludibria ob hanc causam sibi a malevolis illata aequo fortique animo tolerantes.

Itaque hoc Sacrum Consilium cleri populique disciplinae provehendae cum eiusmodi Sacrorum Antistitum vigilantiam et actionem merita probatione ac laude prosequatur, tum eosdem vehementer hortatur ut consilia atque incepta opportune inita insistant et alacrius pro viribus urgeant, quoadusque hic pestíferas morbus ex honesta hominum consortione penitus extirpetur.

Quod ut facilius ac tutius ad effectum deducatur, haec Sacra Congregatio, de mandato Sanctissimi Domini, ea quae sequuntur ad rem statuere decrevit:

I. Parochi praesertim et concionatores, data occasione, secundum illud Apostoli Pauli (*II ad Tim.*, IV, 2) instent, arguant, obsecrent, increpent ut feminae vestes gestent, quae verecundiam sapiant quaeque sint ornamentum et praesidium virtutis; moneantque parentes ne filiae indecoras vestes gestare sinant.

II. Parentes, memores gravissimae obligationis qua tenentur prolis educationem in primis religiosam et moralem curandi, peculiarem adhibeant diligentiam, ut puellae a primis annis in doctrina christiana solide instituantur atque in earum animo ipsi, verbis et exemplo, amorem virtutum modestiae et castitatis impense foveant; fairiiliam vero, Sacrae Familiae exempla imitati, ita constituere atque gubernare satagant, ut singuli verecundiae amandae atque servandae inter domesticos parietes habeant causam et invitamentum.

III. Parentes iidem filias a publicis exercitationibus et concursibus gymmcis arceant; si vero eisdem filiae interesse cogantur, curent ut vestes adhibeant quae honestatem plene praeseferant; inhonestas vero vestes illas gestare nunquam sinant.

IY. Collegiorum moderatrices et scholarum magistrae modestiae amore puellarum animos ita imbuere enitantur, ut eaedem ad honeste vestiendum efficaciter inducantur.

Y. Eaedem moderatrices ac magistrae puellas, ne ipsarum quidem matribus exceptis, quae vestes minus honestas gestent, in collegia et scholas ne admittant, admissasque, nisi resipiscant* dimittant.

VI. Religiosae, iuxta litteras die xxiii mensis Augusti, a. MDCCCCXXVIH, datas a Sacrae Congregatione de Religiosis, in sua collegia, scholas, oratoria, recreatoria puellas ne admittant, admissas ne tolèrent, quae christianum vestiendi morem non servent: ipsae vero in alumnis educandis peculiare adhibeant studium, ut in earum animo sancti pudoris et verecundiae christianae amor altas radices agat.

VII. Piae instituantur et foveantur feminarum Associationes, quae consilio, exemplo et opere finem sibi praestituant cohibendi abusus in vestibus gestandis christianae modestiae haud congruentibus et promovendi morum puritatem ac vestiendi honestatem.

VIII. In pias Associationes feminarum ne illae admittantur, quae inhonestas vestes induant; admissae vero, si quid postea hac in re peccent et monitae non resipiscant, expellantur.

IX. Puellae et mulieres, quae inhonestas vestes induunt, a Sancta Communione et a munere matrinae in sacramentis Baptismi et Confirmationis arceantur, atque, si casus ferat, ab ipso ecclesiae ingressu prohibeantur.

X. Cum incidunt per annum festa, quae modestiae christianae inculcandam peculiarem exhibeant opportunitatem, praesertim, vero.festa B. M. Virginis, parochi et sacerdotes piarum Unionum et Catholicarum Consociationum moderatores feminas ad christianum vestiendi morem, opportuno sermone revocare atque excitare ne praetermittant. In festo autem Beatae Mariae Virginis sine labe conceptae peculiares preces in omnibus cathedra-

libus et paroecialibus ecclesiis quovis anno peragantur, habitis, ubi fieri potest, opportunis cohortationibus in soHemni ad populum concione.

XI. Consilium dioecesanum a vigilantia, de quo in declaratione Sancti Officii die xxn mensis Martii, a. MDCCCCX VIII data, semel saltem in anno de aptioribus modis ac rationibus ad feminarum modestiae efficaciter consulendum ex professo agat.

XII. Quo vero haec salutaris actio efficaciter et tutior succédât, Episcopi aliique locorum Ordinarii, tertio quoque anno, una simul cum relatione de religiosa, institutione, de qua in Litteris *Orbem catholicum* die xxix mensis Iunii, a. MDCCCCXXin Motu proprio datis, etiam de rerum conditione ac statu circa feminarum vestiendi morem deque operibus ad normam huius Instructionis praestitis, hanc Sacram Congregationem certiorem reddant.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Concilii, die XH mensis Ianuarii in festo Sacrae Familiae, anno MDCCCCXXX.

£B D. CAED. SBARBETTI, Episc. Sabinen, et Mandelen., *Praefectus.*

L. $ S.

f Iulius, Ep. Lampsacen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

INSTRUCTIO

AD SUPREMOS MODERATORES ET MODERATRICES RELIGIOSARUM LAICARUM. FAMILIARUM, DE OBLIGATIONE SUBDITOS IN DOCTRINA CHRISTIANA RITE IMBUENDI.

Quantum homini necessaria sit accurata ac seria christianae doctrinae institutio, ex hoc manifeste apparet, quod ex ea recta fides nutritur ac roboratur, sine qua vita christiano more traduci nequit. Quae quidem necessitas hodie praesertim persentitur, cum graves de Deo, de religione, de anima rationali, de societate, atque de aeterna hominis destinatione errores ubique circumferuntur. Munus vero hanc doctrinam penitiore modo addiscendi eos potissimum tangit, qui Deo se in religiosis Congregationibus afèvoverunt: praetermissa enim illa christianae doctrinae cognitione, nec

spiritualem vitam in se, ut debent, fovere possunt, nec in aliorum salutem procurandam, ut eorum munus est, incumbere.

Cum autem, ultimis praesertim temporibus, multae ac variae religiosae familiae virorum ac mulierum exortae sint, ex quarum opera, dummodo rite instituantur, plurimum sibi bonum Ecclesia iure meritoque repromittere potest, hinc ad has Sacra haec Congregatio peculiari modo sollicitudinem suam dirigit, eo scilicet fine, ut praedicti utriusque sexus Sodales ipsimet in sacra doctrina probe erudiantur, et pueros vel puellas, quorum cura eis fuerit demandata, in eadem, omni qua par est diligentia, instruant.

Ad quem finem sequentia decernenda proposuit ac, approbante Summo Pontifice, praesentibus litteris decernit:

1. Probandatus ac novitiatus tempore ita tyrones utriusque sexu» christianam doctrinam recolant atque penitius edoceantur, ut unusquisque frater et unaquaeque soror eam non solum memoriter teneat, sed etiam rite explicare queat, nec ad vota nuncupanda sine sufficienti eiusdem cognitione admittatur, praevio examine.

2. Anno tyrocinii elapso, omnes religiosi alumni, qui in scholis primariis publicis et privatis doctrinam christianam pueris ac puellis explanatur! sint, tum in ipsa catechesi, tum in ratione eam pueris proponendi ita instituantur, ut examen coram Ordinario vel iudicibus ad eodem delegatis, sustinere valeant.

3. Quoad programma ad huiusmodi examen praeparandum adhiberi potest quod apud Vicariatum Urbis in usu est pro decernenda idoneitate ad catechesim in scholis elementariis edocendam.

4. Si vero non in scholis, sed in paroecia, religiosis viris vel foemini» munus committatur pueros puellasve doctrinam christianam docendi, hi sibi ab Ordinarii Curia comparare curent idoneitatis documentum.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, die 25 Novembris 1929.

A. H. M. CARD. LÉPICIER, *Praefectus.*

L. © S.

V. La Puma, *Secretarius.*

SACHA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Provid. Pp. XI, successivis decretis ^acri Consilii Christiano Nomini propagando, dignatus est Ecclesiis quae sequuntur praeficere:

15 Maii 1929. — **Archiepiscopali Ecclesiae Dyrrhachiensi, R. D. Petrum Gjura.**

28 Maii. — **Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Toowoombaensi in Australasia, R. D. Iacobum Byrne.**

1 Iunii. ^— **Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Nellorensi in Indiis orientalibus, R. D. Gulielmum Bouter, e Societate Missionariorum S. Ioseph de Mill-Hill.**

26 Novembris. — **Metropolitanae Ecclesiae Smyrnensi, R. D. Eduardum Tonna.**

II

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

6 Ianuarii 1930. — **R. P. Eduardus Leys, Episcopus electus titularis Uzalensis,** *Vicarius Apostolicus de Kivu in Africa.*

25 Ianuarii. — **R. P. Hermannus Meysing, Episcopus titularis electus Minensis,** *Vicarius Apostolicus de Kimberley.*

Insuper successivis decretis ut infra Sacra Congregatio de Propaganda Fide renunciavit ad. suum beneplacitum:

9 Aprilis 1929. — **R. D. Ioannem Tchang,** *Praefectum Apostolicum de Ghaoshien.*

16 Aprilis. — **R. D. Iosephum M. Chang,** *Praefectum Ap. de Buchi.*

— **R. D. Franciscum Vogel, e Pia Societate Missionum ven. sac. Vincentii Pallotti,** *Superiorem ecclesiasticum Missionis de Queenstown.*

28 Aprilis. — **R. D. Franciscum Xav. Ford, e Societate Missionum ad exteros de Maryknoll,** *Praefectum Ap. de Kay ing.*

— B. D. Eugenium Imhof, e Societate Missionum ad exteros loci Bethléem, dioecesis Curiensis, *Superiorem ecclesiasticum Missionis de Tsitsikar.*

Ii Maii. — E. D. Franciscum O'Eourke, e Societate Lugdunensi pro missionibus ad Afros, *Praefectum Ap. Nigeriae orientalis.*

28 Iunii. — E. P. Franciscum Cuvelier, e Congregatione Ssmi Eedemptoris, *Praefectum Apost, de Matad).*

2 Iulii. —- E. P. Vaìerianum Guëmes Eodriguez, e Congregatione Missionis, *Superiorem ecclesiasticum Missionis de Cuttack.*

III

DESIGNATIONES

Ad normam can. 1594 § 2 Codicis iuris canonicis, Praefectus Apostolicus Sinus de Hudson designavit pro appellationibus a suo tribunali, Ordinarium S. Bonifacii, approbante Ssmo per rescriptum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, diei 21 Martii 1929.

Item Vicarius Apostolicus de Swatow, designavit ad eumdem effectum tribunal Vicarii Apostolici de Hongkong, approbante Ssmo per rescriptum diei 8 Aprilis.

Praefectus Apostolicus de Yenki designavit pro appellationibus ut supra, tribunal Vicarii Apostolici de Wonsan, quam designationem Ssmus approbare dignatus est per rescriptum ex Audientia diei 6 Iunii 1929.

Vicarius Apostolicus de Cameron, designavit tribunal Vicarii Apostolici de Gabon, approbante Sanctissimo per rescriptum ex Audientia diei 4 Iulii 1929.

IV

ADPEOBATIONES

Sanctissimus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI definitive dignatus est approbare Constitutiones Sororum Missionalium a Spiritu Sancto per decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 22 Iulii 1929; et Societatis Quebecensis Missionum exterarum, per decretum diei 25 Iulii 1929.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

GLASGUEN.

BEATIFICATIONIS SETI DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIS SERVI DEI IOANNIS OGILBAEI, SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU, IN SCOTIA IN ODIUM FIDEI, INTEREMPTI.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio et causa martyrii, necnon de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur?

In praeclarissimo Martyrum agmine, qui in infausto anglicano schismate, catholicae fidei veritatem invicto animo testati sunt, ideoque poenas, exsilium, ipsamque mortem libenter subierunt, nobilem locum obtinet Ioannes Ogilbaeus, Sacerdos professus ex inclyta Societate Iesu, natione Scotus, cuius nobilissima Causa apud Sacram Eituum Congregationem, enixe instantibus Episcopis et universo clero praefatae nationis, pertractari meruit. Ioannes in civitate vulgo *Drum,* anno millesimo quingentésimo septuagesimo nono, clarum ortum duxit, eiusque pater, nomine Gualterus, domus Eeginae Mariae Stuart moderator exstitit. Primis aetatis annis protestanticam suorum parentum religionem secutus est. Haeresi repudiata, catholicae religioni firmiter adhaesit, ac deinde statum clericalem in sodalitate Ignatiana amplexus fuit, donec in urbe Eothomagensi sacerdotali dignitate insignitus, ferventique animarum zelo impulsus, in patriam redire exoptavit, ut inibi fidem Iesu Christi propagaret, rectamque salutis semitam devios edoceret. "Voti compos factus, mense Novembri, anno millesimo sexcentésimo decimotertio, in Scotiam clam pervenit, ubi pro catholica Eide tuenda tamquam strenuus ac indefessus miles, nullis incommodis ac laboribus pepercit. Glasguam profectus ad quosdam haereticos catholicae Ecclesiae reconciliandos, fraudulenter pseudo-archiepiscopo illius civitatis traditus die decima quarta Octobris, anno millesimo sexcentésimo decimo quarto, in carcerem coniectus est, ibique crudeliter tortus. Tunc penes Glasguense tribunal, ac postea coram Edimburgensibus iudicibus, qui nullam definitivam sententiam tulerunt, iudicium subiit.

In memoratam civitatem Glasguensem iterum translatus, post plurimas interrogationes, quibus fuerat subiectus, firmiter adserta Summi Pontificis

in universam Ecclesiam suprema potestate, morte damnatus est et suspendió necatus, die decima Martii anno millesimo sexcentésimo decimo quinto, imperante Rege Scotiae Iacobo VI, Mariae Stuart filio, qui sub nomine Iacobi I in totam Angliam dominatum habebat. Praeclari huius Martyris memoria, una cum aliis eiusdem persecutionis Sociis, adversis licet temporibus, diu apud fideles religiose permansit; ac in dies magis ac magis percrescens, ad eorumdem Servorum Dei Beatificationis Causam pertractandam animos movit. Scotici autem cives, ut propriam suae gentis gloriam adsererent, et ad religionis profectum in patria provehendum, a Sanctissimo Domino Nostro supplicibus votis impetrarunt ut haec Causa seorsum expediretur; praesertim cum iampridem de eius martyrio peracta fuisset Inquisitio Ordinaria Romae anno millesimo sexcentésimo vigesimo octavo et Herbipoli sequenti anno. Confectis autem auctoritate Apostolica processibus riteque probatis, de Servi Dei martyrio et causa martyrii disceptari coeptum est; primum in Antepraeparatorio coetu apud Reverendissimum Cardinalem Franciscum Ehrle, Causae Ponentem; deinde in Praeparatorio, ac novissime in Generali conventu coram Sanctissimo Domino Nostro Pio Pp. XI coacto, die decima nona Novembris volventis anni; in eoque Revmus Causae Relator sequens dubium ad discutiendum proposuit: «An constet de martyrio et causa martyrii, necnon de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur? » Quoquot convenerunt tum Reverendissimi Cardinales, tum Patres Consultores, sua tulerunt suffragia, quae laeto prosecutus est animo Beatissimus Pater, Apostolicum tamen pronuntiare iudicium distulit, ut interim in tanta re decernenda, maiora sibi a Patre luminum auxilia compararet. Hodiernam autem diem, festivitatis S. Andreae Apostoli, Scotiae caelestis Patroni, quum designasset, divina Hostia ferventer litata, ad se accitis Reverendissimo Cardinali Camillo Laurenti, Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, necnon Reverendissimo Cardinali Francisco Ehrle, Causae Relatore, simulque infrascripto huius Sacrae Congregationis Secretario, et R. P. Carolo Salotti, Sanctae Fidei Promotore Generali, iisque convenientibus in nobiliorem Vaticani aulam, solemniter pronunciavit: *Ita constare de martyrio et causa martyrii Venerabilis Servi Dei Ioannis Ogilbaei, sacerdotis professi Societatis Iesu, ut, indulta benigna dispensatione super signis seu miraculis, ad ulteriora procedi possit.* Hoc vero Decretum evulgari et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit, pridie Kalendas Decembris anno millesimo nongentesimo vicesimo nono.

C. CARD. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Mariani, *Secretarius.*

n

WESTMONASTERIEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI THOMAE HEMERFOSD, SAC. SAEC.; IOANNIS ROBERTS, SAC. O. S. B.; IOANNIS JONES, SAC. O. F. MINORUM; ROBERTI SOUTHWELL, SAC. SOCIETATIS IESU; PHILIPPI HOWARD, COMITIS DE ARUNDEL ET SOCIORUM, IN ODIUM FIDEI, IN ANGLIA INTERFECTORUM.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio, de causa martyrii nec non de signis seu miraculis praedictorum Venerabilium .Dei Servorum in casu et ad effectum de quo agitur?

Lugendum schisma, quod saeculo xvi ab Henrico VIII inchoatum, Angliam ab Ecclesiae unitate divulsit, eamque, foecundam ohm Sanctorum altricem, in haeresim miserabiliter coniecit, illud quidem reliquit spei, ut martyrum sanguis in ea temporum asperitate diu copioseque profusus resurrecturae fidei, apud nobilem illam gentem, semen evaderet. Nec sine divinae providentiae consilio contingere videtur ut hoc potissimum anno, dum catholici Anglici centesimum anniversarium redditae sibi religiosae libertatis solemniter celebrant, et dum Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI feliciter regnanti quinquagesimum sacerdotii sui expletum annum totus catholicus orbis gratulatur, eique uti supremo Ecclesiae Pastori singulare obedientiae et amoris testimonium praebet, veluti concors laetitiae occurrat invictum heroum agmen, qui olim in Anglia, data pro catholica religione et Primatu Pontificis vita, martyrii gloria ab Ecclesia decorantur. Sacerdotes, regulares ex variis Ordinibus, laici, principes viri ac populares pretiosam in conspectu Domini mortem oppetierunt, adeo ut antiquorum martyrum gesta visi fuerint plane exaequasse.

Contemptus enim omne genus minis, exilia, vincula, cruciatus, mendicitatem, necem acerbissimum perferre maluerunt, quam a sanctissima religione discedere. Eorum constantiam Summi Pontifices singulari laudum praeconio non semel extulerunt.

Porro ex ingenti eorum multitudine qui per ea tempora variis succedentibus persecutionibus in fidei testimonium interierunt, bis centum quinquaginta duo famuli Dei, ex omni ordine et coetu, quorum clarior apud suos videbatur exstare memoria, multis ante annis propositi sunt ut causa de eorum martjTio **rite tractanda susciperetur, praeter alios iam Beatos**

nuncupatos, et quosdam iam tum dilatos, iuxta catalogum in Actis Sacrae Rituum Congregationis descriptam.

Iudicialibus confectis tabulis, tum Ordinaria tum Apostolica auctoritate, in Curia ecclesiastica Westmonasteriensi, super martyrio et causa martyrii signis seu miraculis, ipsarumque legitima forma expensa et agnita, Congregatio antepraeparatoria die decima quarta Aprilis, anno millesimo nongentesimo vicesimo nono habita est in aedibus Revmi Cardinalis Alexii Henrici M. Lépicier, qui, tamquam Causae Relator, suffectus fuit desideratissimo Cardinali Ioanni Ronzano, vita functo. Ibidem de omnium praefatorum Servorum Dei martyrio, causa martyrii seu miraculis disceptatum est. Praeparatorius autem Coetus in Vaticana Congregationum aula, eodem relatore Revmo Cardinali Lépicier, die trigesima Iulii, anno millesimo nongentesimo vicesimo nono habitus fuit. Alia subinde studia accuratissime peracta sunt, ut res maiore etiam luce claresceret. Quapropter die vicesima sexta Novembris eiusdem anni coram Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI celebrata sunt generalia comitia, in quibus idem Cardinalis Lépicier sequens dubium discutiendum proposuit: *An constet de martyrio, cansa martyrii et signis seu miraculis praefatorum bis centum ac quinquaginta duorum Dei Servorum?* Quae porro generalia comitia, coram Sanctissimo Domino Nostro continuata sunt die 3 vertentis Decembris.

Revmi Cardinales, sacris Ritibus tuendis praepositi et Patres Consultores, votum suum protulerunt. Sanctissimus Dominus tamen supremum suum iudicium distulit in alium diem, spatio sibi aliisque relicto ad caeleste lumen, in re tam gravi exposcendum. Hodierna vero die in festivitate Immaculatae Conceptionis B. M. V., cuius festum iampridem in Anglia Monachi Benedictini de Winchester, auctore S. Ethelwaldo, coluere, et cuius excelsum privilegium Oxoniensis Universitatis Doctor tam valide propugnavit, Sacro pientissime litato in domestico sacello, nobiliori aulae Vaticanae succedens ac Pontificio Solio assidens, ad se acciti iussit Reverendissimum Cardinalem Camillum Laurenti Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum, et Alexium Lépicier Causae Ponentem, necnon infrascriptum Sacrae Rituum Congregationis Secretarium, et R. P. Carolum Salotti, sanctae Fidei Promotorem Generalem, eisque adstantibus solemniter edixit: *Ita constare de martyrio, et càusa martyrii centum triginta sex Venerabilium Servorum Dei infra recensitorum, ut, indulta benigna dispensatione super signis seu miraculis, procedi possit ad ulteriora in casu et ad effectum de quo agitur.* Nomina autem eorum sunt:

I. Hemerford Thomas, sacerdos. - II. Gunston David, eques Ordinis S. Ioannis. - III. Ireland Ioannes, sacerdos. - IV. Slade Ioannes, laicus. - V. Bodey Ioannes, laicus. - VI. Fenn Iacobus, sacerdos. - VII. Nutter

Ioannes, sacerdos. - VIII. Munden Ioannes, sacerdos. - IX. Bell Iacobus, sacerdos. - X. Finch Ioannes, laicus. - XI. White Richardus, laicus. - XII. Alfield Thomas, sacerdos. - XIII. Stransham Eduardus, sacerdos. - XIV. Clitherow Margarita, materfamilias. - XV. Anderton Robertus, sacereos. - XVI, Marsden Guglielmus, sacerdos. - XVII. Langley Richardus, laicus. - XVIII. Dean Gulielmus, sacerdos. - XIX. Gunter Gulielmus, sacerdos. - XX. Morton Robertus, sacerdos. - XXI. More Hugo, laicus. - XXII. Holford Thomas, sacerdos. - XXIII. Claxton Iacobus, sacerdos. - XXIV. Felton Thomas, Ord. Mnim. - XXV. Leigh Richardus, sacerdos. - XXVI. Shelley Eduardus, laicus. - XXVII. Martin Richardus, laicus. - XXVIII. Roche Ioannes, laicus. - XXIX. Ward Margarita, virgo. - XXX. Fio wer (Way) Gulielmus, sacerdos.-XXXI. Wilcox Robertus, sacerdos. - XXXII. Campion Eduardus, sacerdos. - XXXIII. Buxton Christophorus, sacerdos. - XXXIV. Widmerpool Robertus, laicus. - XXXV. Crockett Radulphus, sacerdos. - XXXVI. James Eduardus, sacerdos. - XXXVII, Robinson Ioannes, sacerdos. - XXXVIII. Hartley Gulielmus, sacerdos. - XXXIX. Sutton Robertus, laicus. - XL. Hewett Ioannes, sacerdos. - XLI. Amias Ioannes, sacerdos. - XLII. Dalby Robertus, sacerdos. - XLIII. Bales Christophorus, sacerdos. - XLIV. Dickenson Franciscus, sacerdos. - XLV. Gerard Miles, sacerdos. - XL VI. Jones Eduardus, sacerdos. - XL VII. Middleton Antonius, sacerdos. - XL VIII. Dickenson Rogerius, sacerdos. - XLIX. Milner Radulphus, laicus. - L. Humphrey Laurentius, laicus. - LI. Gerlings Edmundus, sacerdos. - LU. Wells Swithin, laicus. - LUI. White Eustatius, sacerdos. - LIV. Plasden Polydorus, sacerdos. - LV. Lacey Brianus, laicus. - LVI. Mason Ioannes, laicus. - LVII. Hodgson Sydney, laicus. - LVIII. Patenson Gulielmus, sacerdos. - LIX. Waterson Eduardus, sacerdos. - LX. Bird Iacobus, laicus. - LXI. Speed Ioannes, laicus. - LXII. Harrington Gulielmus, sacerdos. - LXIII. Cornelius Ioannes, sacerdos, S. I. - LXIV. Bosgrave Thomas, laicus. - LXV. Carey Ioannes, laicus. - LXVI. Salmón Patricius, laicus. - LXVII. Boste Ioannes, sacerdos. - LXVIII. Ingram Ioannes sacerdos. - LXIX. Swallowell Georgius, laicus. - LXX. Southwell Robertus, sacerdos S. I. - LXXI. Rawlins Alexander, sacerdis. - LXXII. Walpole Henricus, sacerdos S. I. - LXXIII. Freeman Gulielmus, sacerdos. - LXXIV. Howard Philippus, comes de Arundel. - LXXV. Abbot Henricus, laicus. - LXXVI. Andleby Gulielmus, sacerdos. - LXXVII. Warcop Thomas, laicus. - LXXVIII. - Fulthrop Eduardus, laicus. - LXXIX. Jones Ioannes, sacerdos O. F. M. - LXXX. Rigby Ioannes, laicus. - LXXXI, Pibush Ioannes, sacerdos. - LXXXII. Barkworth Marcus, Ord. S. B. - LXXXIII. Line Anna, vidua. - LXXXIV. Duckett Iacobus, lai-

cus. - LXXXV. Watkinson Robertus, sacerdos. - LXXXYI. Page Franciscus, sacerdos S. I. - LXXXYII. Richardson Gulielmus, sacerdos. - LXXXYIII. Welbourne Thomas, laicus. - LXXXIX. Browne Gulielmus, laicus. - XC. Owen Nicolaus, coadiutor Soc. Iesu. - XCI. Oldcorne Eduardus, sacerdos S. I. - XCII. Ashley Radulphus, coadiutor S. I. - XCIII. Gervase Georgius, sacerdos O. S. B. - XCIV. Garnet, Soc. I. - XCY. Napier Georgius, sacerdos. - XCVI. Somers Thomas, sacerdos. - XCVII. Roberts Ioannes, Ord. S. B. - XCYIII. Scott Gulielmus, sacerdos O. S. B. - XCIX. Newport Richardus, sacerdos. - C. ALMONA Ioannes, sacerdos. - - CI. Maxfield. Thomas, sacerdos. - CIL Tunstal ThomaSj sacerdos, - CUI. Arrowsmith Edmundus, sacerdos S. I. - CIV. Herst Richardus, laicus. - CV. Ward Gulielmus, sacerdos. - CYI. Barlow Eduardus Ambrosius, sac. O. S. B. - CVII. Reynolds Thomas, sacerdos. - CYIII. Roe Bartholomaei Albanus, sacerdos O. S. B. - CIX. Lockwood Ioannes, sacerdos. - CX. Catherick Edmundus, sacerdos. - CXI. Green Hugo, sacerdos. - CXII. Holland Thomas, sacerdos S. I. - CXIII. Duckett Ioannes, sacerdos. - CXIV. Corby Radulphus, sacerdos S. I. - CXY. Morse Henricus, sacerdos S. I. - CXYI. Powel Philippus, sacerdos O. S. B. - CXYII. Wright Petrus, sacerdos S. I. - CXYIII. Southworth Ioannes, sacerdos. - CXÏX. Coleman Eduardus, laicus. - CXX. Ireland Gulielmus, sacerdos S. I. - CXXI. Grove Ioannes (Henricus), laicus. - CXXII. Pickering Thomas, Ord. S. B. - CXXIII. Whitbread Thomas, sacerdos S. I. - CXXIY. Harcourt Gulielmus, sacerdos S. I. - CXXY. Fenwick Ioannes, sacerdos S. I. - CXXYI. Gavan Ioannes, sacerdos S. I. - CXXVII, Turner Antonius, sacerdos S. I. - CXXYIII. Langhorne Richardus, laicus. - CXXIX. Plessington Guhelmus, sacerdos. - CXXX. Evans Philippus, sacerdos S. I. - CXXXI. Lloyd Ioannes, sacerdos. - CXXXII. Wall Ioannes, sacerdos O. F. M. - CXXXIII. Kemble Ioannes, sacerdos. - CXXXIY. Lewis David, sacerdos S. I. - CXXXY. Thwing Thomas, sacerdos. - CXXXYI. Howard Gulielmus, vice-comes de Stafford.

Quoad ceteros vero Ssmus Dnus ulteriores inquisitiones quantocius esse peragendas decrevit, ut fulgidiore luce eorum martyrium splendeat.

Hoc decretum publici iuris fieri, et in acta Sacrae Rituum Congregationis inseri iussit, vi Idus Decembris, anno millesimo nongentesimo vicesimo nono.

C CARD. LATJRENTI, *S. B. G. Praefectus.*

L. $ s.

A. Mariani, *Secretarius.*

III

WESTMONASTERIEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI THOMAE HEMERFORD, SAC. SAEC.; IOANNIS ROBERTS, SAC. O. S. BENEDICTI; IOANNIS JONES, SAC. O. F. MINORUM; ROBERTI SOUTHWELL, SAC. SOCIETATIS IESU; PHILIPPI HOWARD, COMITIS DE ARUNDEL, ET SOCIORUM, IN ODIUM FIDEI IN ANGLIA INTERFECTORUM.

SUPER DUBIO

An stante approbatione martyrii, necnon dispensatione a signis seu miraculis ad tramitem ean. 2116 § 2 Cod. iuris canonici, tuto *procedi possit ad solemnem centum triginta sex Servorum Dei Beatificationem?*

Ea est militantis Ecclesiae in terris condicio, ut, inter aspera rerum, adversante mundo, testimonium perhibeat veritati, hominesque per arduam Crucis semitam ad supernaturalem finem adducat, praemonente Christo Domino: *Si me persequuti sunt et vos persequentur* (Io., 15, 20). Hoc maxime elucet in ea fere incredibili martyrum multitudine, qui inde ab Ecclesiae primordiis et in tanta postea accurrentium saeculorum vicissitudine, fidem sanguine obsignarunt. Quo quidem generoso martyrum cruore, veluti regali purpura, fulgens Ecclesia veram Iesu Christi sponsam se mundo manifestat. Porro triumphali martyrum agmiiii iure meritoque accensentur centum triginta sex venerabiles Servi Dei, in Anglia passi, quorum elenchus descriptus est in Decreto nuper edito, die festo Immaculatae Conceptionis B. M. V., pro eorum declaratione martyrii. Hi omnes, in ea acerrima persecutione, quae ineunte saeculo xvi ab Henrico VIII excitata, per solidum fere saeculum decimum septimum insaeviit, gloriosam pro fide catholica et Romani Pontificis primatu mortem oppetiere. Ex plurimis aliis qui per ea tempora fidei causa interierunt, iam nonnulli Beati nuncupati alias fuere, inter quos ex Anglis honoris caussa nominantur Ioannes Fisher S. Romanae Ecclesiae Cardinalis et Thomas More, Britanniae Regni Cancellarius.

Praeclarum sane tot martyrum pro avita Anglorum fide testimonium, plena spei promissio pro futuris Ecclesiae in Anglia incrementis!

Praefatorum autem Martyrum fama, publicis etiam historiae documentis consignata, semper viguit et adhuc viget. Processus Ordinaria auctoritate instructi fuerunt: quibus confectis et Romam delatis, mense Decembri anno 1880, apud Sacram Rituum Congregationem causa plurium Venera-

bilium Martyrum fuit introducta. Eodem tempore quinquaginta et quatuor Martyrum cultum Apostolica auctoritas confirmavit, quibus addendi sunt alii novem, Beatificationis aequipollentis gloriam assecuti per decretum diei 13 Maii 1895, casu excepto prae oculis pariter habito. Postea, die 18 Iulii 1922 de biscentum quinquaginta ac duorum Dei Famulorum martyrio et causa martyrii ad Archiepiscopum Westmonasteriensem litterae remissoriales expeditae sunt pro construendo respectivo Apostolico processu. Quo absoluto et Romam delato, peractae rite fuerunt apud hanc Sacram Congregationem praescriptae disceptationes. Quibus expletis, ita evidenter de supradictorum centum triginta sex famulorum martyrio constare visum est, ut benigne a Sanctissimo Domino Nostro dispensatio data fuerit super signis seu miraculis.

Edito proinde decreto super eorum martyrio, adhuc reliquum erat, iuxta iuris nostri disciplinam, inquirere num tandem altarium honores tuto animo hisce Venerabilibus fidei assertoribus decerni valerent. In generalibus proinde Sacrae huius Congregationis comitiis, quae die decima vertentis mensis coram Sanctissimo Domino Nostro celebrata sunt, proposito dubio per Reverendissimum Cardinalem Alexium ;Lépicier, Causae Relatorem: *An stante approbatione martyrii, necnon dispensatione a signis seu miraculis ad tramitem can. 2116 § 2 Cod. iuris canonici* tuto *procedi possit ad solemnem centum triginta seco servorum Dei Beatificationem?* omnes qui convenerunt, tum Reverendissimi Cardinales, tum Patres Consultores, *tuto* fieri posse unanimi] suffragio responderunt. Nihüominus idem Sanctissimus Dominus Noster divinae sapientiae praesidium ac lumen impensius exoraturus, decretoriam sententiam, congruo tempore in re tanti momenti, sibi adhuc differendam duxit.

Hodierna autem die, septima infra octavam Immaculatae Conceptionis Beatae Virginis Mariae, divina Hostia f erventer oblata, ad Vaticanas aedes advocari iussit Reverendissimum Cardinalem Camillum Lamenti, Sacrae Rituum Congregationi Praefectum et Reverendissimum Cardinalem Alexium Lépicier Causae Relatorem una cum R. P. Carolo Salotti, Fidei Promotore generali, eisque adstantibus solemniter edixit: «Tuto *procedi posse* ».

Hoc decretum in vulgus edi, in acta Sacrae Rituum Congregationis inseri, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, . ubi primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis expediri iussit, decimonono Kalendas Ianuarii anno MCMXXIX.

C. CARD. LATJRENTI, *8. B. C. Praefectus.*

L. £g S.

Ph. di Fava, *Substitutus.*

IV

GLASGUEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIS SERVI DEI IOANNIS OGILBAEI, SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU, IN SCOTIA IN ODIUM FIDEI INTEREMPTI.

SUPER DUBIO

An stante approbatione martyrii, necnon dispensatione a signis seu miraculis** ad **tramitem can. 2116 § 2 Cod. iuris canonici,** **tuto** **procedi possit ad solemnem eiusdem Venerabilis Servi Dei Beatificationem?

Maiorem Dei gloriam quam S. Ignatius Loyolaeus velut suae Societatis tesseram esse voluit, non modo ipse totis viribus, sed et eius per orbem filii, in tanta decurrentium temporum varietate, enixe semper quaerere studuerunt. Haereticos ad unitatem ecclesiae reducere, ethnicis christianum nomen inferre, fideles ad virtutem excitare et omnia pietatis opera pro animabus Deo lucrandis promovere, numquam cessarunt. Inter hosce strenuos Christi milites singulare laudis testimonium meretur "Venerabilis Dei famulus Ioannes Ogilbaeus, natione Scotus, quem nobilem genere, nobiliorem effecerunt virtus et martyrium. Is primae aetatis annis protestanticam suorum parentum religionem professus est; verum, nondum exacta iuvenili aetate, dum acriter saeviret persecutio, quae, erompente anglicano schismate, contra Ecclesiam sequuta est, Ioannes, repudiata haeresi et catholicam religionem amplexus, Societati Iesu nomen dedit. Postea sacerdotio auctus et apostolico zelo inflammatus, nullis pepercit laboribus ut populares suos ab haeresi retraheret vel in christiana fide firmius sustentaret. Die 14 Octobris anni 1614 fraudulenter traditus, in carcerem coniectus est, et post varias iudicii vicissitudines morte damnatus est. Oblectamenta quibus turpiter alliciebatur, fortiter sprevit, dira tormenta in ipsum illata ad eius constantiam in fide labefactandam invicto animo sustinuit, fidem coram iudicibus impavide asseruit, donec die decima mensis Maii, anno 1615, gloriosam martyrii palmam Glasguae in Scotia adeptus, ad Christum evolavit.

Huiusce praeclari Martyris fama, non solum apud Scotos, sed etiam ad plures nationes usque in praesens indesinenter perseverat. Unum autem desiderium exstitit ut eius Causa Beatificationis seu Declarationis Martyrii apud Sacram Eituum Congregationem introduceretur. Itaque annis 1628,

1629 tam Romae, quam Herbipoli, Ordinariae inquisitiones informativae peractae sunt, quarum vi, anno 1629, signata fuit Causae introductio. Tum ad Apostolicum processum instituendum datae sunt litterae remissoriales, quae tamen, pro rerum ac temporum adiunctis, exsecutioni demandari nequiverint. Post diuturnum ac saeculare silentium, huiusmodi Causa, quae anno 1922 alteri plurimorum Angliae Martyrum Causae fuerat sociata, ex benigna Pontificis concessione, instantibus Scotiae Episcopis et clero ac populo, mense Maio anni 1924, seorsim pertractari meruit; et anno subsequenti, scilicet die 22 Maii 1925, ad Archiepiscopum Glasguen. remissoriales litterae expeditae sunt pro constiti endo Apostolico processu super martyrio in specie et super non cultu. Feliciter idem absolutus in curia Glasguensi, et Romam missus, die decima quarta Novembris anni 1927 exhibitus et apertus fuit. Priusquam de martyrio in specie fieret disceptatio, in particulari Congregatione, sub die 14 Novembris anni 1928, super validitate processus et super oboedientia decretis de non cultu praestita, favorabile decretum datum est.

Pariter Sanctissimus Dominus noster, audita relatione S. Fidei Promotoris generalis, attenta vi probationum magni ponderis, benigne statuit ac decrevit, die 9 Augusti 1929, ut uterque picccssus Ordinarius, tum Romanus tum Herbipolensis, in linea aequalis probationis ac processus Apostolicus haberetur. Omnibus vero expletis quae oportebat, ac triplici instituta de Venerabilis Servi Dei martyrio iudiciali actione, latum est die festo S. Andreae Apostoli, superiore mense Novembri, solemne decretum. Adeo-vero luculenta et explorata martyrii veritas ex habitis disceptationibus apparuit, ut Sanctissimus Dominus Noster, Actorum petitioni indulgens, a signis seu miraculis benigne dispensa v ei it.

Veruntamen nondum huic nobilissimae Causae finis impositus censendus erat. Ad legitimam et iuridicam singulorum actorum seriem perficiendam, dubium solvendum supererai, num idem Venerabilis Dei Famulus inter Beatos Caelites *tuto* foret recensendus.

In generali Coetu sub die tertia vertentis Decembris coram Sanctissimo Patre, per Reverendissimum Causae Relatorem Franciscum Cardinalem Ehrle, praesens dubium discutiendum propositum fuit, videlicet: ***An stante approbatione martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis ad tramitem canonis 2116 § 2 Cod. iuris canonici,*** **tuto** ***procedi possit ad solemnem eiusdem Venerabilis Servi Dei Beatificationem?***

Tunc Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores huius Sacrae Congregationis singuli suum suffragium unanimiter protulere. Sanctitas vero Sua, attenta rei gravitate, lumen a Deo implorandum esse voluit antequam supremum suum iudicium congruo tempore proferret.

Hodierna vero die, septima infra octavam Conceptionis, peracto incruento sacrificio, atque in hac Vaticana aula pontificio solio assidens, ad se arcessitis Revmis Cardinalibus Camillo Laurenti, Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, et Francisco Ehrle, Causae Relatore, una cum R. P. Carolo Salotti Sanctae Fidei Promotore generali, iisque adstantibus, solemniter edixit: « Tuto *procedi posse ad solemnem Venerabilis Servi Dei Ioannis Ogilbaei Sacerdotis professi Societatis Iesu Beatificationem»*. Atque hoc decretum publici iuris fieri et in acta Sacrorum Rituum Congregationis referri, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus quamprimum in Patriarchali Basilica Vaticana celebrandis expediri mandavit decimonono Kalendas Ianuarii, anno millesimo nongentesimo vicesimo nono.

C. CARD. LAURENTI, *S. R. G. Praefectus.*

L. © S.

Ph. **di Fava,** ***Substitutus.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITMTIAKIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

I

DUBIA

CIRCA INDULGENTIAM PORTIUNCULAE

Sacrae Poenitentiariae Apostolicae sequentia dubia pro opportuna solutione exhibita fuerunt: •

I. An christifideles Indulgentiam Portiunculae die secundo mensis Augusti in una ecclesia et die dominico proxime insequenti, qui ad normam decreti Sacrae Poenitentiariae Apostolicae, diei 10 Iulii 1924, n. VII, substitutus fuerit, in alia ecclesia consequi valeant?

II. An verba eiusdem decreti sub n. IX « saltem sexies Pater, Ave et Gloria » ita intelligenda sint ut hae ipsae preces modo praeceptivo solvi debeant, vel integrum sit christifidelibus alias aequivalentes recitare?

Sacra Poenitentiaria Apostolica ad proposita dubia sic respondendum censuit: Ad I. *Affirmative;* ad II. *Affirmative* ad primam partem, *Negative* ad secundam.

Datum Eomae, ex Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 13 Ianuarii 1930.

S. Luzio, *Begens.*

L. © S.

S. de Angelis, *Substitutus.*

H

CIRCA SPIRITUALIUM GRATIARUM IN CONSTITUTIONE « AUSPICANTIBUS » CONCESSARUM PROROGATIONEM.

Sacrae Poenitentiariae Apostolicae sequens dubium pluries exhibitum fuit pro opportuna solutione:

« Utrum in Litteris Encyclicis *Quinquagesimo ante anno* die 23 Decembris 1929 datis, quibus Summus Pontifex Indulgentiam Iubilarem iam

impertitam in Constitutione Apostolica *Auspieantibus Nobis* ad alios sex menses, nempe usque ad diem 30 Iunii 1930, prorogare dignatus est, prorogatae etiam censeantur aliae gratiae spirituales in memorata Constitutione concessae et praesertim Indulgentia plenaria quam Sacerdotes, Sacrum litantes, in quolibet Missae Sacrificio acquirere et applicare possint, independenter a Missae applicatione, uni animae in Purgatorio detentae ab ipsis ad libitum designatae ».

Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 14 Ianuarii 1930, re mature considerata, respondendum censuit:

Affirmative.

Facta autem de praemissis relatione Ssmo D. N. Pio divina Providentia Papae XI ab infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiore in audientia diei 17 Ianuarii .1930, idem Ssmus Dominus responsum Sacrae Poenitentiariae benigne approbavit et confirmavit.

Datum Eomae, ex Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 23 Ianuarii 1930.

L. CARD. LAURI, *Poenitentiarius Maior.*

L. © S.

I. Teodori, *S. P. Secretarius**

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, 7 Gennaio 1930, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza le Loro Maestà il Re **ALBERTO** e la Regina **ELISABETTA**, Sovrani del Belgio, e le Loro Altezze Reali il Duca e la Duchessa di Brabante, il Conte di Fiandra, la Principessa **MARIA JOSÉ.**

Mercoledì, 8 Gennaio, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza le Loro Altezze Reali il Principe e la Principessa di Piemonte, **UMBERTO** di Savoia e **MARIA JOSÉ** del Belgio, Principi Ereditari d'Italia, poco dopo avvenuta la celebrazione del loro Matrimonio.

Giovedì, 9 Gennaio, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza Sua Altezza Reale la Granduchessa **CARLOTTA** di Lussemburgo, e S. A. R. il Principe **FELICE**, di Lei Consorte.

Venerdì, 10 Gennaio, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza Sua Altezza Serenissima **LUIGI** II, Principe Sovrano di Monaco, accompagnato da S. A. S. il Principe **PIETRO.**

Martedì, 14 Gennaio, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Signor Barone **PAOLO ADOLFO DE GROÓTE**, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario dell'Honduras, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 7 Gennaio 1930, nel Palazzo della Cancelleria Apostolica, si è tenuta la Congregazione Ordinaria dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Filiberto Vrau, secolare.

% Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Camillo Feron Vrau, secolare.

3. Conferma di culto prestato da tempo immemorabile al Servo di Dio Baldassare Ravaschieri, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori, detto Beato. •

4. Intorno alla concessione ed approvazione delle lezioni del secondo Notturno per la festa di S. Alessio Falconieri, Confessore dell'Ordine dei Servi di Maria, nonché delle Orazioni proprie per le Messe di alcuni Beati del medesimo Ordine, e delle Antifone per la commemorazione dei Sette Santi Fondatori dello stesso Ordine.

5. Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propria in onore del Beato Giovanni Bosco, Sacerdote Fondatore della Pia Società Salesiana e dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice.

6. Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propria in onore delia festa del Beato Claudio de la Colombière, sacerdote professo della Compagnia di Gesù.

7. Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propria e dell'Elogio per il Martirologio in onore del Beato Francesco Maria da Camporosso, Confessore dell'Ordine dei Minori Cappuccini.

8. Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propria per la festa della Beata Vergine Maria, Regina di Polonia.

9. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Maria Giuseppa P. Coudrin, Fondatrice dell'Istituto dei Sacri Cuori Gesù e Maria (de Picpus).

10. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Maria di Gesù, al secolo Emilia d'Oultremont, Fondatrice della Società delle Suore di Maria Riparatrice.

11. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Francesca Saveria Cabrini, Fondatrice e prima Superiora Generale delle Suore Missionarie del S. Cuore di Gesù.

12. E finalmente intorno alla revisione degli scritti dei Servi di Dio Nimatallah Kassab Al-Hardiny et Charbel Maklouf a Beqa-Kafra, Monaci, e Rifqa Ar-Rayes a Himlaya-Bikfaia, Monaca dell'Ordine di S. Antonio dei Maroniti.

NOTA DELLE CONGREGAZIONI DEI SACRI RITI

DA TENERSI NELL'ANNO 1930

i. - *7 Gennaio.*	**Congregazione ordinaria.**
2.-21 »	**Congregazione antipreparatoria sopra i miracoli dei Beati martiri del Canada, Giovanni de Brebeuf e compagni.**
3. - *28* »	**Congregazione preparatoria sopra i miracoli del Beato Roberto Bellarmino.**
4. - *11 Febbraio.*	**Congregazione antipreparatoria sopra i miracoli del Ven. Servo di Dio Corrado da Parzham.**
5. - *18* »	**Congregazione preparatoria sopra i miracoli della Ven. Serva di Dio Paola Frassinetti.**

6. 25 *Febbraio.* **Congregazione generale sopra i miracoli della Beata Caterina Thomas.**

7. *4 Marzo.* **Congregazione preparatoria sopra i miracoli della Beata Lucia Filippini.**

8. *11 »* CONGREGAZIONE GENERALE.

9. *18 »* **Congregazione preparatoria.**

10. *1 Aprile.* CONGREGAZIONE GENERALE.

11. *8 »* **Congregazione preparatoria.**

12. *29 »* CONGREGAZIONE GENERALE.

13. **6** *Maggio* CONGREGAZIONE GENERALE.

14. *13 »* CONGREGAZIONE GENERALE.

15. *20 »* CONGREGAZIONE GENERALE.

16. *3 Giugno.* CONGREGAZIONE GENERALE.

17. *17 »* **Congregazione ordinaria.**

18. *1 Luglio.* **Congregazione antipreparatoria sulle virtù del Servo di Dio Domenico Savio.**

19. *15 »* **Congregazione nuova preparatoria sulle virtù del Servo di Dio Contardo Ferrini.**

20. *29 »* **Congregazione antipreparatoria sulle virtù della Serva di Dio Suor Assunta Pallotta.**

21. *28 Ottobre.* **Congregazione antipreparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio sac. Domenico Lentini.**

22. ***11*** *Novembre.* **Congregazione ordinaria particolare.**

25 » **Congregazione antipreparatoria sulle virtù della Ven. Serva di Dio Anna Maria Javouhey.**

24. - *9 Dicembre.* **Congregazione ordinaria.**

25. - *23 »* **Congregazione preparatoria.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Cameriere Segreto di Spada e Cappa di numero :

***26** Novembre 1929.* **Comm. Camillo Beccari (Città del Vaticano).**

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

13 Agosto 1929. **Monsig. Alessandro Zychliñski, dell'archidiocesi di Gnesen.**

» » » **Monsig. Ignazio Czechowski, della medesima archidiocesi.**

7 Settembre 1929.	Monsig.	**Giovanni Tirinzoni, della diocesi di Como.**
23 » »	Monsig.	**Otto Enrico Schurmann dell'archid. di Tegucigalpa.**
» » »	Monsig.	**Francesco Valverde, della diocesi di Scranton.**
2 Ottobre »	Monsig.	**Guglielmo E. Mackessy, dell'archid. di Baltimora.**
» » »	Monsig.	**Enrico A. Quin, della medesima archidiocesi.**
4 » »	Monsig.	**Michele Varga, della diocesi di Vácz,**
11 » »	Monsig.	**Enrico Rossi, della diocesi di S. Angelo dei Lombardi.**
	Monsig.	**Raffaele Procaccini, della diocesi di Lacedonia.**
12	Monsig.	**Paolo Lang, della diocesi di Oradea Mare.**
	Monsig.	**Lodovico Fehér, della medesima diocesi.**
	Monsig.	**Michele Glacz, della medesima diocesi.**
29 »	Monsig.	**Generoso Novia, della diocesi di S. Angelo dei Lombardi.**
5 Novembre	Monsig.	**Bernardi Birkenfield, della diocesi di Münster.**
» »	Monsig.	**Beniamino Mignogna, dell'archidiocesi di Taranto.**
5 »	Monsig.	**Giovanni Vigliero, della diocesi di Lafayette,**
29	Monsig.	**Francesco Papa, della diocesi di And ria.**
30 »	Monsig.	**Andrea Kobierski, della diocesi di Luceoria.**
2 Dicembre	Monsig.	**Emanuele Maria Soto, della diocesi di Cajamarca.**

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

21 Febbraio 1929.	**Al sig. Sdzislao Skrzydlewski, dell'archidiocesi di Posen.**
18 Agosto »	**Al sig. Stanislao Wessel, della diocesi di Lublino.**

NECROLOGIO

22 Maggio 1929.	**Monsig. Francesco Ruiz de Azua Ortiz de Larate, Vescovo titolare di Cardica.**
18 Luglio »	**Monsig. Aurelio Brian te, Arcivescovo titolare di Cirene.**
4 Agosto »	**Monsig. Ferdinando Terrien, Vescovo titolare di Gordo.**
17 Ottobre »	**Monsig. Giuseppe Leray, Vescovo titolare di Remesiana.**
9 Dicembre »	**Monsig. Enrico Guglielmo Cleary, Vescovo di Auckland.**
30 » »	**Monsig. Alessandro Berlioz, Vescovo titolare di Ostracine.**
3 Gennaio 1930.	**Monsig. Giuseppe Antonio «Caruso, Vescovo titolare di Geriso.**
23 » »	**Monsig. Emilio Ferrais, Arcivescovo di Catania.**

Annus XXII ^ Vol. XXII 22 Februarii 1930 Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES, PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES ITEMQUE AD CHRISTIFIDELES CATHOLICI ORBIS UNIVERSOS: DE CHRISTIANA IUVENTUTIS EDUCATIONE.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Divini illius Magistri vices in terris gerentes, qui, etsi universam hominum familiam, vel ob commissa immerentium, infinita caritate sua complectebatur, teneriore tamen animo pueros prosecutus est atque in verba illa erupit amoris plena: « Sinite parvulos venire ad me »,[1] Nos quoque ullam, quae Nobis obversaretur, opportunitatem non praetermisimus, ut paternam voluntatem, qua in eos ferimur, data occasione, ostenderemus eo potissimum intendentes animum, ut sedulae iisdem tribuantur curae opportunaque tradantur praecepta, quae ad christianam pertineant iuventutis educationem. Itaque, Divini ipsius Magistri veluti vocem referentes, pluries, admonendo, cohortando, dirigendo, salutaria verba habuimus cum coram iuvenibus eorumque praeceptoribus,

[1] Marc., X, 14.

tum coram matribus patribusque familias, de iis rebus quae christianam attingunt educationem, ea quidem sollerti cura, quae communem omnium Patrem decet, eaque opportuna vel importuna, quae pastoralis est muneris, sedulitate, secundum illud Apostoli: «Insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina»;[1] quod profecto haec nostra postulant tempora quibus nimium saepe dolendum est perspicua ratione recteque iudicio de rebus etiam maximi ponderis carere multos.

At ipsa nostrae huius aetatis conditio, ipsa quae variis in regionibus scholastica agitatur ac paedagogica controversia, ipsa, quae bene multi e vobis, venerabiles fratres, atque e vestratibus, hac de re optata non semel Nobis fidenti animo aperuerunt, itemque Nostra, ut diximus, erga iuventutem actuosa voluntas, Nos impellunt ad causam iterum ac consultius pertractandam, non quasi eius doctrinae eiusque usus amplitudinem paene infinitam velimus funditus perscrutari, at quia praecipua saltem, quibus nititur principia ac rationes, breviter explanare cupimus, et ea omnia, quae inde consequuntur atque ad usum pertinent, in sua luce ponere. Idque habeat iuventus, habeantque omnes qui, pro suo officio, eius praesunt educationi, veluti donum a Nobis singulari prorsus studio monumenti caussa datum, quinquagesimo exeunte anno ex quo sacerdotale munus suscepimus.

Iamvero, nunquam, ut nostris hisce temporibus, de educatione tantopere disceptatum est; quam ob rem plurimi novarum de paedagogia doctrinarum magistri ubique exstant, qui novas de hae re effingunt ac disserendo proponunt rationes ac vias, quibus eam iactant se posse educationem assequi, faciliorem scilicet atque efficaciorem, qua futurae aetatis homines ad optatam in terris felicitatem adipiscendam satius conformentur.

Cuius rei haec caussa est, quod videlicet homines, qui, a Deo creati, eius ref erunt similitudinem eodemque, perfectissimo bono, aliquando fruituri sunt, ut ex hodierna ipsa terrenarum rerum copia ac progressione facilius animadvertunt non posse bona externa neque privatam afierre neque publicam veri nominis felicitatem, ita, naturae suae ab ipso Creatore insiturñ, acriorem expe-

[1] *II Tim.,* IV, 2.

riuntur stimulum ad nobiliorem cotidie capiendam perfectioris vitae formam, quam quidem educationis ope potissimum suscipere contendunt. At nonnulli, quasi in nativa verbi significatione nimium insistentes, eiusmodi vitae perfectionem ex ipsa nominum natura expromere enituntur eiusque viribus tantum ad effectum adducere. In quo facile ii quidem errant, quandoquidem non ad Deum, universitatis rerum- principium atque finem, oculos animosque intendunt sed in se ipsos inflectunt, terrenis fluxisque rebus liaerentes toti: unde profecto fiet, ut iidem perpetua animorum fluctuatione ac perturbatione fatigentur, usque dum ad Deum, virtutum omnium unam veluti metam, mentem operamque suam convertant, secundum grandem illam Augustini sententiam: « Fecisti nos, Domine, ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te ».[1]

Ees igitur maximi momenti est, in iis quae ad educationem attinent non falli, haud aliter quam ab ipso supremo fine non aberrare, ad quem quidem quaelibet educationis opera necessario dirigitur. Etenim, quoniam omnis educandi ratio ad eam spectat hominis conformationem, quam is in hac mortali vita adipiscatur oportet, ut destinatum sibi a Creatore finem supremum contingat, liquido patet, ut nulla veri nominis educatio esse potest, quae ad finem ultimum non ordinetur tota, ita, praesenti hoc rerum ordine Dei providentia constituto, postquam scilicet se ipse in Unigenito suo revelavit qui unus « via, veritas et vita » est, plenam perfectamque educationem dari non posse, nisi eam, quae christiana vocatur. Quapropter manifesto apparet, christianam educationem caussam esse sane gravissimam, quod attinet non modo ad singulos homines, sed ad domesticam etiam civilemque consortionem, cuius quidem summa vis atque virtus ex ipsa vi atque virtute eorum profecto oritur ex quibus eadem tamquam elementis constat. Itemque ex hisce principiis, quae adhuc attigimus, dilucidum est quam praestabilis sit, prae ceteris omnibus, christianae educationis opera, quippe quae eo potissimum spectet, ut summi boni, nempe Dei, possessionem adolescentibus educandis comparet, et humanae societati maxima, quoad in terris fieri

[1] *Confess.*, I, 1.

potest, emolumenta ac commoda pariat. Idque efficaciore prorsus modo ea assequi nititur, quandoquidem homines, eiusmodi inceptum provehentes, ipsi Deo navant operam, ut auctiori civium profectui privatim publice prospiciant; educatores enim iuvenum animos ita effingunt ac movent, ut eorum vitae cursum vel in posterum quodammodo dirigant, divina testante Sapientia: « Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea ».[1] Merito igitur hac de re scripsit S. Ioannes Chrysostomus: « Quid maius quam animis moderari, quam adolescentulorum fingere mores? »[2]

At nihil profecto christianae educationis amplitudinem dignitatemque, nihil supernaturalem eius praestantiam magis ostendit, quam amantissima illa verba, quibus Christus Dominus, quasi suam pueri gererent personam, asseveravit: « Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit ».[3]

Iamvero ut in hac maximae gravitatis opera non modo errores praecaveantur, sed etiam ut, divina suffragante gratia, ad prosperiorem successum muniatur via, omnino • necesse est ut hoc plane exploratum sit, scilicet quid sibi velit christiana educatio quibusque nitatur principiis: id est, ad quem educandi munus pertineat et quisnam educatione indigeat, quae praeterea opus est intercedere rerum adiuncta, ac denique quae sit, ex rerum ordine a providentissimo Deo constituto, propria christianae educationis ratio eiusdemque propositum.

Educandi munus non singulorum hominum, sed necessario societatis est. Tres vero numerantur societates necessariae, inter se distinctae at, Deo volente, congruenter copulatae, quibus quidem homo ab ortu suo adscribitur: harum duae, domestica nempe ac civilis consortio, naturalis ordinis; ac tertia, Ecclesia nimirum, supernaturalis. Primum obtinet locum domesticus convictus, qui, cum ab ipso Deo ad eiusmodi propositum constitutus ac comparatus sit, ut sobolis procreandae educandaeque curam habeat, idcirco natura sua, adeoque iuribus sibi propriis, civili societati

[1] *Prov.,* XXII, 6.

[2] *Hom. 60, in* c. 18 Matth.

[3] Marc., IX, 36.

antecedit. Mhilo setius familia ideo imperfecta est societas, quia non omnibus iis rebus est praedita, quibus nobilissimum propositum suum perfecte assequatur; civilis autem congregatio, cum omnia in sua facultate sint ad destinatum sibi finem, videlicet ad commune terrestris huius vitae bonum, necessaria, societas est numeris omnibus absoluta ac perfecta; hac igitur de caussa domestico convictui eadem praestat, qui quidem in civili solummodo consortione institutum suum tuto riteque absolvere potest. Tertia denique societas, in qua homines, per baptismatis lavacrum, divinae gratiae vitam ingrediuntur, Ecclesia est, supernaturalis quidem societas universum humanum genus complectens, atque in se perfecta, cum sibi omnia suppetant ad finem suum, sempiternam nempe hominum salutem, consequendum, ideoque in suo ordine suprema.

Consequens est, educationem, quae ad totum respicit hominem, qua hominem singillatim quaque societatis humanae participem, sive in naturae sive in divinae gratiae ordine constitutum, ad necessarias has societates tres, fini cuiusque proprio congruenter, pro praesenti ordine divinitus constituto aequabiliter pertinere.

Ac primo loco, praestantiore quodam modo ea ad Ecclesiam pertinet, duplici scilicet titulo ordinis supernaturalis, quem Deus ipsi tantummodo contulit, adeoque potiore omnino ac validiore quam quilibet alius naturalis ordinis titulus.

Prima iuris huiuscemodi ratio in suprema magisterii auctoritate ac munere nititur, quod divinus Ecclesiae Conditor eidem tradidit hisce verbis: « Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi J).[1] Huic magisterio Christus Dominus erroris immunitatem impertivit, una cum mandatis docendi omnes doctrinam suam; quapropter Ecclesia « columna et firmamentum veritatis a Divino suo Auctore fuit constituta, ut omnes homines divinam edoceat fidem, eiusque depositum sibi traditum integrum inviolatumque custodiat, ac homines eorumque consortia et actio-

I MATTH., XXVIII, 18-20.

nes ad morum honestatem vitaeque integritatem, iuxta revelatae doctrinae normam, dirigat et fingat ».[1]

Altera iuris ratio e supernaturali illo oritur matris munere, quo Ecclesia, purissima Christi sponsa, divinae gratiae vitam hominibus largitur, eamque sacramentis praeceptisque suis alit ac provehit. Merito igitur S. Augustinus ait: « Non habebit Deum patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem ».[2]

Iamvero in iis omnibus rebus, IN quibus eius educandi MUNUS versatur, hoc est «in fide atque in institutione morum, divini magisterii Ecclesiam fecit Deus ipse participem, eamdemque divino eius beneficio falli nesciam: quare magistra mortalium est maxima ac tutissima, in eaque inest non violabile ius ad magisterii libertatem ».[3] Unde necessario consequitur Ecclesiam, ut in sui educandi muneris causa, ita in eiusdem exercitatione, nulli terrenae potestati subiici, cum in iis rebus ad quas suum proprium munus spectat, tum in iis quae sunt eidem exsequendo necessaria vel consentanea. Quam ob rem quod ad ceteras attinet disciplinas humanas que institutiones, quae per se communis omnium iuris sunt, singulorum civium nimirum ipsiusque societatis, facultatem habet Ecclesia, nulli sane potestati obnoxiam, hisce quoque disciplinis utendi de iisdemque praecipue iudicandi, quatenus eaedem ipsae christianae educationi aut conducere aut obstare videantur. Idque potest Ecclesia, sive quod, ut societas est perfecta, sui iuris est in praesidiis adiumentisque deligendis sibique comparandis, quae ad FINEM conferant suum; sive quod quaelibet doctrina atque institutio, perinde ut omnis hominum actio, ex ultimo fine necessario pendet, adeoque divinae legis praeceptis non subiici nequit, cuius quidem Ecclesia est erroribus omnino immunis custos, interpres ac magistra.

Quod idem decessor Noster f, r. Pius X dilucida hac sententia declaravit: «Quidquid homo christianus agat, etiam in ordine rerum terrenarum, non ei licet bona negligere quae sunt supra naturam, immo oportet ad summum bonum, tamquam ad ultimum finem,

[1] **Pius IX, Ep. enc. *Quum non sine,* 14 Iul. 1864.**

[2] ***De Symbolo ad catecù.,* XIII.**

[3] **Ep. enc. *Libertas,* 20 Iun. 1888.**

ex christianae sapientiae praescriptis omnia dirigat: omnes autem actiones eius, quatenus bonae aut malae sunt in genere morum, id est cum iure naturali et divino congruunt aut discrepant, iudicio et iurisdictioni Ecclesiae subsunt ».[1]

Atque notatu dignum est quam perspicue gravissimum hoc eatholicae doctrinae caput intellexerit ac declaraverit e laicorum ordine vir, tam in scribendo mirabilis quam in speculanda veritate subtilis ac rectus: « De moribus doctrinam non ad se tantummodo, sed ad se totam pertinere asseverat Ecclesia. Ac nunquam eadem profiteri ausa est, qui a materno gremio suo descivissent homines, nullam posse eos de recta vivendi ratione veritatem agnoscere; quin immo eiusmodi sententiam, quam non una f ligatam veri specie quidam in medium protulissent, iterum atque iterum reprobavit. At profitetur utique, quemadmodum et ante actis temporibus professa est et in posterum est professura, sese unam, utpote quae a Christo Iesu condita sit et Spiritum Sanctum eius nomine missum a Patre acceperit, directo perpetuoque ***omnem*** in morum genere ***veritatem*** possidere, qua quidem singula hac de re peculiaria vera continentur, sive ea quae homines, naturali solummodo ratione ducti, assequi possunt, sive ea, quae vel doctrinam divinitus revelatam constituunt, vel ex eadem colligi queunt ».[2]

Litteras igitur, scientias et artes, quatenus ad christianam educationem ad omnemque suam de animarum salute operam sunt necessariae vel utiles, Ecclesia promovet, suas etiam scholas, instituta sua condendo sustentandoque, ubi quaevis disciplina tradatur et ad quemlibet eruditionis gradum fiat aditus.[3] Nec putanda est ab materno eius magisterio aliena ipsa, quam vocant, physica educatio, cum ea quoque id habeat ut christianae educationi aut prodesse aut nocere possit.

Atque haec in quovis animorum culturae genere Ecclesiae actio, quemadmodum summo est familiis nationibusque adiumento, quae, Christo sublato, in interitum ruunt, - ut recte

[1] **Ep. enc. *Singulari quadam,* 24 Sept. 1912.**

[2] **A. Manzoni, *Osservazioni sulla Morale Gattolica,* e. III.**

[3] **Codex iuris canonici, c. 1375.**

Hilarius: «Quid mundo tam periculosum quam non recepisse Christum? »[1] - ita civili harum rerum temperationi nullum affert incommodum; Ecclesia enim, mater ut est prudentissima, cum minime obsistat quominus scholae et instituta laicis educandis sua, in unaquaque natione, se ad legitima gubernatorum praescripta conforment, tum parata quoquo modo est cum ipsis gubernatoribus concordiam inire, et, si quae forte difficultates oriantur, eas communi consilio dirimere.

Est praeterea Ecclesiae et ius, quod abdicare, et officium, quod deserere nequit, pro tota vigilandi educatione, qualiscumque filiis suis, scilicet fidelibus, in institutis vel publicis vel privatis impertitur, non modo quod attinet ad religiosam, quae ibidem tradatur, doctrinam, sed etiam quod ad quamlibet aliam disciplinam rerumve ordinationem, quatenus cum religione morumque praeceptis aliquid habeant necessitudinis.[2]

Atque Ecclesia, ius eiusmodi exercendo, non se in aliena perperam immiscere videatur, immo potius materna quadam, eademque insigni, providentia consulere, ut filios suos ab gravi tueatur incolumes periculo omne virus imbibendi, quod doctrinae integritatem morumque sanctitudinem inficiat. Quae quidem Ecclesiae vigilantia, ut nullum potest verum parere incommodum, sic nequit ad familiarum et Civitatis ordinem prosperitatemque non efficaciter conducere, cum ab adolescentibus illam arceat pestem, quae in aetatulam imperitam ac mobilem facilius ingruere et celerius in ipsum vivendi morem permanare solet. Quotiescumque enim recta deest religiosa ac moralis institutio - ut Leo XIII sapienter monet - « male sana omnis futura est animorum cultura: insueti ad verecundiam Dei adolescentes nullam ferre poterunt honeste vivendi disciplinam, suisque cupiditatibus nihil unquam negare ausi, facile ad miscendas civitates pertrahentur ».[3]

Munus autem educandi, quod in Ecclesia insidet, ad omnes populos, nullis locorum temporumque finibus, pertinet, ex Christi

[1] *Commentar, in Matth.,* cap. 18.

[2] Cod. iuris can., ce. 1381, 1382.

* Ep. enc. *Nobilissima Gallorum gens,* 8 Felbr. 1884.

mandato: « docete omnes gentes » ,[1] nullaque in terris potestate legitime oppugnati, ae praepediri potest. Atque primum omnes christifideles attingit, quorum ipsa magnam, uti amantissima mater, curam habet ac sollicitudinem. Proptereaque in eorum utilitatem, saeculorum decursu, ingentem scholarum institutorumque numerum quibusvis disciplinis tradendis excitavit ac provexit; etenim - quemadmodum, data haud ita pridem occasione, locuti sumus - «per remotiorem illam mediam aetatem, cum tam frequentia erant (fuit qui ea vel nimium multa diceret) monasteria, coenobia, templa, conlegiatae ecclesiae, capitula aut cathedralia aut cathedralibus inferiora, apud haec singula domicilium scholasticum, domicilium alumnis instituendis educandisque non deerat. Ad haec omnes studiorum Universitates adiicito, ubique, Apostolica Sede atque Ecclesia auspice, conditas in eius^demque praesidio collocatas. Pulcherrimo enim eiusmodi spectaculo - quod hodie multo adspicimus melius, cum ante oculos sit et sit idem, ut tempora ferunt, magnificentius - nullae aetates caruerunt; quotquot autem eventa recolunt et inter se comparant, ii mirari non desinunt quantum Ecclesia hoc in genere egerit et quomodo commissum sibi divinitus munus expleverit conformandae ad christianam vitam societatis humanae, tot tamque laetos adipiscendo fructus atque exitus. At vero si facere nemo potest quin demiretur, Ecclesiam nullo non tempore alumnos, quos pro officio educaret, ad centena, ad milia, ad decies centena milia, circum se collegisse, haud minorem profecto admirationem habet quidquid ipsa egit non modo in adolescentium educatione, sed etiam in eorumdem, quae vere ac proprie dicitur, institutione ac doctrina. Si tot enim civilis cultus, humanitatis litterarumque thesauros servari licuit, habitui ac proposito Ecclesiae tribuendum est, quae, vel per remotissimas barbarasque aetates, effecit, ut litteris, philosophiae, arti, architecturae potissimum, tantum lucis affulgeret ».[2]

Atque id omne agere idcirco potuit egitque Ecclesia, quia creditum sibi educandi munus infideles quoque complectitur, cum is

1 Matth., XXVIII, 19.

2 Oratio habita ad alumnos Tusculani Conlegii, vulgo *di Mondragone,* 14 Maii 1929.

sit hominibus universis constitutus finis, ut, Begnum Dei ingressi, aeternam salutem assequantur. Quemadmodum enim, temporibus hisce nostris, ludorum milia catholici missionales per omnes regiones disséminant Fidei adhuc exsortes, ab utraque Gangis ripa ad Flumen Flavum amplissimasque Oceani insulas, ab continenti Africo ad Patagoniam inferiorem ad gelidamque Alaskam, sic, superioribus saeculis, Ecclesia per suos evangelii praecones ad christianam vitam atque humanitatem varias illas gentes informavit, ex quibus christianae civilis orbis nationes in praesenti constant.

Itaque pro explorato est, tam iure quam re ipsa educationis munus praecipua quadam ratione esse Ecclesiae proprium, et neminem posse, qui animum habeat ab praeiudicatis opinionibus vacuum, iustam aliquam cogitare causam cur ea ipsa Ecclesiae oppugnetur impediaturque opera, cuius hodie beneficiis societas humana perfruitur.

Idque eo magis, quod cum praecipuo eiusmodi Ecclesiae iure non modo non discrepant, sed etiam iura omnino congruunt et familiae et Civitatis, immo vel ipsa quae in singulis civibus insunt ad iustam quod attinet cum scientiae, tum rationis ac disciplinae in ea pervestiganda, tum denique cuiusvis culturae animorum profanae libertatem. Etenim, ut talis concordiae causam atque originem, nulla mora, declaremus, supernaturalis ordo, in quo iura Ecclesiae nituntur, tantum abest ut naturalem ordinem, ad quem alia pertinent, quae memoravimus, iura, destruat atque extenuet, ut, contra, eundem extollat ac perficiat: quorum quidem ordinum alter auxilium et quasi complementum alteri praestat, suae cuiusque naturae ac dignitati consentaneum, cum ambo a Deo profluant, qui non constare sibi non potest: « Dei perfecta sunt opera, et omnes viae eius iudicia ».[1]

Quae quidem res clarius apparebit, si educandi munus, quod ad familiam et Civitatem pertinet, seorsum propiusque consideremus.

Atque primum cum Ecclesiae munere familiae munus mirifice concordat, cum utraque a Deo simillime proficiscatur. Namque

[1] *Beut,* XXXII, 4.

eum familia, in naturali ordine, Deus proxime fecunditatem communicat, principium vitae ideoque principium educationis ad vitam, una simul cum auctoritate, quae est ordinis principium.

Ad rem, qua solet perspicuitate sententiae dicendique subtilitate, Angelicus Doctor: « Carnalis pater particulariter participat rationem principii, quae universaliter invenitur in Deo... Pater est principium et generationis et educationis et disciplinae, et omnium quae ad perfectionem humanae vitae pertinent ».[1]

Habet igitur familia proxime a Creatore munus proptereaque ius prolis educandae; quod quidem ius cum abiici nequeat, quia cum gravissimo officio coniunctum, tum cuivis societatis civilis et reipublicae iuri antecedit, eaque de causa nulli in terris potestati illud infringere licet.

Eiusmodi autem sanctitudinem iuris sic declarat Angelicus: « Filius enim naturaliter est aliquid patris...: ita de iure naturali est quod filius, antequam habeat usum rationis, sit sub cura patris. Unde contra iustitiam naturalem esset, si puer, antequam habeat usum rationis, a cura parentum subtrahatur, vel de eo aliquid ordinetur invitis parentibus ».[2] Cum vero ad hanc curam parentes teneantur, donec sibi ipsa consulere sobóles valeat, patet, idem parentum inviolatum ius sobolis educandae eo usque proferri. « Non enim, - docet Angelicus - intendit natura solum generationem prolis, sed etiam traductionem et promotionem usque ad perfectum statum hominis in quantum homo est, qui est virtutis status ».[3]

Qua de re Ecclesia, pro sua iuris sapientia, haec et subtiliter et perspicue et uno quodam complexu in Codice iuris canonici edicit: « Parentes gravissima obligatione tenentur prolis educationem tum religiosam et moralem, tum physicam et civilem pro viribus curandi, et etiam temporali eorum bono providendi ».[4]

In quo tam concors est communis humani generis sensus, ut cum eo aperte ii omnes pugnent, quotquot affirmare audent, pro-

[1] **S. Th., 2 - 2, Q. CII,** a. **1.**
[2] **S. Th., 2 - 2, Q. X, a. 12.**
[3] **Suppl. S. Th. 3. p. Q. 41, a. 1.**
[4] **Cod. iur. can., c. 1113.**

lem ante ad Civitatem quam ad familiam pertinere, et Civitati ius esse educandi absolutum. Pro nihilo autem est ratio, quam isti afferunt, hominem nasci civem ideoque ab initio ad Civitatem per^ tinere, cum neutiquam reputent, hominem, ante quam civis sit, vivere oportere, eundemque vitam non ab Civitate sed a parentibus accipere; ut sapienter Leo XIII: « Filii sunt aliquid patris, et velut paternae amplificatio quaedam personae, proprieque loqui si volumus, non ipsi per se, sed per communitatem domesticam, in qua generati sunt, civilem ineunt ac participant societatem ».[1] Itaque: « Patria potestas est eiusmodi, ut nec exstingui, neque absorberi a republica possit, quia idem et commune habet cum ipsa hominum vita principium »,[2] ut Leo XIII docet in iisdem Encyclicis Litteris. Unde tamen non sequitur, ius educandi, quo parentes fruuntur, absolutum esse atque imperiosum, utpote quod et fini supremo et legi naturali divinaeque coniunctissime subiiciatur, quemadmodum ipse Leo XIII in memorabilibus illis Encyclicis Litteris, ubi de praecipuis civium christianorum officiis, declarat, ita iurium et officiorum, quae parentes contingunt, summam complexus: « Natura parentes habent ius suum instituendi quos procrearint, hoc adiuncto officio, ut cum fine, cuius gratia sobolem Dei beneficio susceperunt, ipsa educatio conveniat et disciplina puerilis. Igitur parentibus est necessarium eniti et contendere, ut omnem in hoc genere propulsent iniuriam, omninoque pervincant ut sua in potestate sit educere liberos, ut par est, more christiano, maximeque prohibere scholis iis, a quibus periculum est ne malum venenum imbibant impietatis ».[3]

Animadvertendum autem est, officium educandi, quo familia obstringitur, non modo religiosam ac moralem educationem complecti, sed etiam physicam et civilem, pro ea potissimum ratione quam cum religione et morum doctrina habeant.[4]

Istud vero, quod nullam controversiam recipit, familiae ius haud semel est legitime agnitum apud quasdam nationes, ubi ius

[1] **Ep.enc.** ***Berum novarum,*** **15 Maii 1891.**

[2] **Ibidem.**

[3] **Ep. enc.** ***Sapientiae christianae,*** **10 Ian. 1890.**

[4] **Cod. iur. oan., c. 1113.**

naturae in civili servare regimine sollemne est. Etenim, ut exemplum ex recentioribus proferamus, Summum Foederatarum Americae Civitatum Tribunal, cum gravissimam quaestionem dirimerete edixit: « nullam generalem potestatem Civitati esse unius eiusdemque formae decernendae, ad quam iuventus educi debeat, huiusque cogendae ut in publicis tantummodo scholis instituatur », ob hanc scilicet rationem ex iure naturae depromptam: « Puer non est mera res a Civitate procreata; qui eum aiunt ac dirigunt, ius habent, cum nobilissimo officio coniunctum, ipsius educandi et ad officiorum perfunctionem comparandi ».[1]

Testis historia est, rerum publicarum gubernatores, recentiore praesertim aetate, iura violasse ac violare, quae humani generis Conditor familiae contulit; testis eadem invicta, Ecclesiam eiusmodi iura continenter tutatam esse ac défendisse; atque historiae testimonium hoc ipso aptius confirmatur, quod familiae peculiarem in modum Ecclesiae scholis confidunt, ut haud multo ante in Epistola ad Cardinalem a publicis Ecclesiae negotiis Nostra scribebamus: «Familia statim intellexit rem ita se habere, atque, inde a prioribus christiani nominis temporibus ad haec usque nostra, parentes, etsi manca nullave religione, suos mittunt et comitantur liberos ad ea educationis instituta quae condiderit ac regat Ecclesia ».[2]

Paternus enim sensus, qui a Deo est, ad Ecclesiam sese fidenter convertit, in qua familiarium iurium tutelam inventuram se novit eamque demum concordiam, quam Deus in ordine rerum collocavit. Ecclesia enim, quamvis - ut est conscia, cum muneris sui divini ad universos pertinentis, tum obligationis, qua universi tenentur, unius verae religionis amplectendae - nunquam desinat et sibi ius vindicare et in parentum catholicorum memoriam redi-

[1] **« The fundamental theory of liberty upon which ali governments in this union repose exeludes any general power of the State to standardizo its children by forcing them to accept instruction f rom public teachers only. The child is not the mere creature of the State; those who nurture him and direct his destiny have the right coupled with the high duty, to recognize, and prepare him for additiónal duties ». U. S. Supreme Court Décision in the Oregon School Cases, June 1, 1925.**

[8] **Epist, ad Card. a -publicis Ecclesiae negotiis, 30 Maii 1929.**

gere officium prolis suae baptismo eluendae christianeque educandae, iuris tamen naturalis educandi, quod familiae est, sanctitatem tam studiose veretur, ut nolit, nisi certae quaedam condiciones cautionesque adsint, infidelium filios baptizare aut aliquo pacto educendos curare, donec tales filii per se ipsimet deliberare et Fidem libere amplecti queant. [1]

Duae igitur, ut in memorata oratione Nostra animadvertimus, res sunt ante oculos propositae gravioris momenti, scilicet: « Ecclesiam praebere se in familiarum usum magistram atque educatri•-cem, familias ad utendum Ecclesiae magisterio convolare eidemque liberos suos, ad centena, ad milia, concredere: quae quidem duae res verum quoddam revocant ac praedicant, quod in ordine morali ac sociali plurimum habet ponderis, idest munus educandi imprimis ac potissimum Ecclesiae esse et familiae, iure quidem naturali ac divino, ideoque sic, ut nullam derogationem, nullam oppugnationem, subrogationem nullam patiatur ». [2]

Ex hoc educandi munere, quod imprimis ad Ecclesiam familiamque pertinet, cum maximae utilitates, uti vidimus, in societatem universam dimanant, tum nullum damnum veris propriisque reipublicae iuribus quod ad civium educationem attinet, secundum ordinem a Deo statutum, obvenire potest. Haec iura ab ipso naturae auctore societati civili tribuuntur, non paternitatis titulo, uti Ecclesiae ac familiae, sed propter auctoritatem quae in eadem inest ad commune bonum in terris promovendum, qui quidem est finis eius proprius. Ex his sequitur educationem non eodem modo ad societatem civilem, quo ad Ecclesiam familiamve, pertinere, sed alio plane, qui. scilicet fini eius proprio respondeat. Hic autem finis, idest commune bonum temporalis ordinis, in pace ac securitate consistit quibus famuiae singulique cives in suis exercendis iuribus fruantur, simulque in maxima, quae in mortali hac vita esse potest, spiritualium fluxarunque rerum copia, omnium quidem opera atque consensione assequenda.

* **Cod. iur. can., c. 750, § 2; S. TH., 2-2. Q. X, a. 12.**

[8] **Oratio habita ad alumnos Tuseulani Conlegii, vulgo *di Mondragone,* 14 Maii 1929.**

Duplex igitur est civilis auctoritatis munus quae est in republica: tuendi nempe atque provehendi, minime vero familiam singulosque cives quasi absorbendi vel se in eorum locum substituendi.

Quamobrem, quod ad educationem spectat, ius est vel, ut rectius loquamur, officium est reipublicae tutandi suis legibus antecedens familiae ius - quod supra memoravimus - christiano nempe more prolem educandi, adeoque supernaturali Ecclesiae iuri in christianam eiusmodi educationem obsequendi.

Itemque Civitatis est, hoc ius in prole ipsa tueri, si quando parentum opera - ob eorum vel inertiam vel imperitiam vel indignitatem - aut physice aut moraliter fortasse desit; .siquidem ipsorum ius educandi, ut supra diximus, non absolutum est atque imperiosum, sed a naturali et divina lege dependens, ob eamque rem non modo auctoritati et iudicio Ecclesiae subiectum, sed etiam vigilantiae ac tutelae, pro communi bono, Civitatis; neque enim familia perfecta est societas quae necessaria omnia in se habeat ad se cumulate planeque perficiendam. Quo in casu, ceteroquin perraro, Civitas non iam se in familiae locum substituit, sed, semper accommodate ad naturalia prolis et supernaturalia Ecclesiae iura, necessitati opportunis subsidiis consulit ac providet. Generatim, ius est munusque Civitatis, moralem ac religiosam iuventutis educationem, ad rectae rationis fideique normas, tuendi, publicas eas causas removendo quae eidem adversantur. Praecipue vero Civitatis est, ut commune bonum postulat, educationem ipsam iuventutis atque eruditionem pluribus modis promovere. Primum ac per se, operae ab Ecclesia familiisque susceptae favendo atque opitulando, quae quam sit efficax historia usuque rerum comprobatur; deinde operam ipsam perficiendo ubi ea deest vel haud sufficit; scholas quoque et instituta propria condendo; Civitas enim magis quam ceteri opibus pollet, quas sibi pro communibus omnium necessitatibus traditas, aequum omnino est et consentaneum ut in eorum utilitatem, a quibus accepit, impendat.[1] Praeterea praecipere Civitas potest ac proinde curare ut cives omnes cum civilia et nationalia iura perdiscant, tum a

[1] **Sermo habitus ad alumnos Tusculani Conlegii, vulgo *di Mondragone,* 14 Maii**

scientia, doctrina morum physicisque ludis instructi sint quantum decet atque hisce nostris temporibus commune bonum reapse postulat. Verumtamen plane liquet, eo Civitatem officio teneri, ut, in publica privataque educatione atque eruditione omnibus his modis provehenda, non solum nativa Ecclesiae et familiae iura christiane educandi vereatur, sed etiam iustitiae quae suum cuique tribuit parere. Itaque nefas est, Civitatem educationis institutionisque causam ita ad se redigere totam, ut familiae, contra christianae conscientiae officia vel contra quam legitime malint, physice aut moraliter ad Civitatis .ipsius scholas liberos suos mittere cogantur.

Attamen id non prohibet quominus, ob rectam rei publicae administrationem vel pacem domi forisque defendendi causa, quae quidem omnia, cum ad commune bonum tam sint necessaria, tum peculiarem postulant peritiam praecipuamque apparationem, scholas Civitas instituat quas dixeris praeparatorias ad quaedam sua officia, ad militiam praesertim, dummodo ab Ecclesiae et familiae iuribus laedendis, in iis quae ad eas pertinent, se abstineat. Nec immerito equidem id Nos iterum hic admonemus; hac enim aetate nostra - qua nationalismus quidam, cum immoderatus et fallax tum paci veri nominis prosperitatique infensus, gliscere coepit - modi omnes excedi solent in physica educatione, quam vocant, adolescentulorum (atque interdum puellarum, contra ipsam humanarum rerum naturam) militari more ordinanda; in qua saepe nimium eius temporis, ipso Domini die, teritur quod et religiosis officiis et domesticae vitae sanctitudini tribuendum esset. Quamquam non hoc loco rectum disciplinae habitum iustamque animi audaciam, sed quidquid immodicum est Nos reprehensum volumus, uti violentiae spiritum, qui quidem aliud omnino est atque animi fortitudo nobilis simus que militaris virtutis sensus pro patriae ac publici ordinis defensione; itemque nimiam athleticae laudationem aestimationemque hic improbamus, unde, ethnicorum quoque tempore, germanae educationis physicae depravatio ac deiectio profluxit.

Iamvero non solum iuventutis sed etiam aetatum omnium et condicionum ad civilem societatem Statumque educatio pertinet

quae civica appellari potest, quaeque, pro parte, ut ahmt, positiva, in eo consistit ut hominibus ad societatem eiusmodi pertinentibus res publice proponantur, quae, et mentes cognitionibus rerumque imaginibus imbuendo et sensus percellendo, voluntates ad honestum invitent et morali quadam necessitate perducant; pro negativa autem, ut ea praecaveat atque impediat quae sibi adversantur.[1] Quae quidem civica educatio, tam profecto ampla ac multiplex ut Status operam fere totam pro communi bono amplectatur, cum ad aequitatis leges conformare se debeat, tum doctrinae Ecclesiae, quae earum legum Magistra est divinitus constituta, refragari nequit.

Quae omnia hucusque de opera diximus, quam Civitas in educationem conferre debet, doctrina catholica *de Civitatum constitutione christiana,* tamquam fìrmissimo et immutabili fundamento, innituntur, quae tam egregie a Decessore Nostro Leone XIII, praesertim in Encyclicis Litteris *Immortale Dei* et *Sapientiae christianae* exposita est: «Deus - is ait - humani generis procurationem inter duas potestates partitus est, scilicet ecclesiasticam et civilem, alteram quidem divinis, alteram humanis rebus praepositam. Utraque est in suo genere maxima: habet utraque certos, quibus contineatur, terminos, eosque sua cuiusque natura caussaque proxime definitos; unde aliquis velut orbis circumscribitur, in quo sua cuiusque actio iure proprio versetur. Sed quia utriusque imperium est in eosdem, cum usuvenire possit, ut res una atque eadem quamquam aliter atque aliter, sed tamen eadem res, ad utriusque ius iudiciumque pertineat, debet providentissimus Deus, a quo sunt ambae constitutae, utriusque itinera recte atque ordine composuisse. " Quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt " *{Rom.,* XIII, 1) ».[2] Iamvero iuventutis educatio est quidem ex iis rebus quae ad Ecclesiam Statumque pertinent, «quamquam aliter atque aliter », uti supra retulimus. « Itaque - prosequitur

[1] P. L. TAPARELLI, *Saggio teoretico di Diritto naturale,* n. 922, opus quod numquam satis laudari potest vel iuvenibus commendari qui studiorum Universitates frequentant. (Cfr. sermonem Nostrum die 18 Decembris 1927 habitum).

[2] Ep. enc. *Immortale Dei,* 1 Nov. 1885.

Leo XIII - inter utramque potestatem quaedam intercedat necesse
f
est ordinata colligatio: quae quidem coniunctioni non rmmerito comparatur, per quam anima et corpus in homine copulantur. Qualis autem et quanta ea sit, aliter iudicari non potest, nisi respiciendo, uti diximus, ad utriusque naturam, habendaque ratione excellentiae et nobilitatis caussarum; cum alteri proxime maximeque propositum sit rerum mortalium curare commoda, alteri caelestia et sempiterna bona comparare. Quidquid igitur est in rebus humanis quoquo modo sacrum, quidquid ad salutem animorum cultumque Dei pertinet, sive tale illud sit natura sua, sive rursus tale intelligatur propter caussam ad quam refertur, id est omne in potestate arbitrioque Ecclesiae: cetera vero, quae civile et politicum genus complectitur, rectum est civili auctoritati esse subiecta, cum Iesus Christus iusserit, quae Caesaris sint, reddi Caesari, quae Dei, Deo».[1]

Quicumque haec principia recipere eademque proinde ad educationem applicare recusat, is necessario cum neget Christum ob sempiternam hominum salutem Ecclesiam suam condidisse, tum affirmat societatem civilem et Statum Deo eiusque naturali ac divinae legi non subiici. Quod quidem manifesto impium est, sanae rationi contrarium maximeque, quod ad educationem attinet, perniciosum omnino rectae iuvenum conformationi ac certe civili ipsi societati veraeque humani convictus prosperitati exitiosum. E contrario, haec principia in usum deducendo, esse non potest quin plurimum ad rectam civium conformationem conferatur. Id re factisque, omnibus aetatibus, luculenter comprobatum est; quare, ut Tertullianus, primis Christiani nominis temporibus, in *Apologetico,* ita, quo vixit tempore, S. Augustinus omnes Ecclesiae catholicae hostes provocare poterat - nosque ipsi in praesens? eius verba usurpare possumus: - « Proinde qui doctrinam Christi adversam dicunt esse reipublicae, dent exercitum talem, qualem doctrina Christi esse milites iussit; dent tales provinciales, tale» maritos, tales coniuges, tales parentes, tales filios, tales dominos,

[1] **Ep. enc. *Immortale Dei,* 1 Nov. 1885.**

tales servos, tales reges, tales indices, tales denique debitorum ipsius fìsci redditores et exactores, quales esse praecipit doctrina christiana, et audeant eam dicere adversam esse reipublicae; imo vero non dubitent eam confiteri magnam, si obtemperetur, salutem esse reipublicae ».[1] Quoniam vero de educatione agitur, opportune hic est admonendum quam egregie catholicam hanc veritatem, re quidem comprobatam, expresserit recentiore aetate, cum scilicet litterae renatae sunt, ecclesiasticus scriptor qui optime de christiana educatione meritus est, piissimus nempe doctusque Silvius Antonianus Cardinalis, mirabilis illius educatoris, S. Philippi Nerii, discipulus idemque magister atque ab epistulis latinis S. Caroli Borromaei, quo instante et suasore, aureum librum *B e christiana liberorum educatione* confecit, in quo haec habet: « Quo magis temporalis gubernatio cum spirituali conspirât eandemque iuvat ac promovet, eo magis ad servandam rempublicam confert. Dum enim Ecclesiae rector, auctoritate subsidiisque spiritualibus, pro suo fine, bonum christianum conformare studet, una simul, quod necessario consequitur, eundem bonum etiam civem efficit, qualis scilicet sub potestate politica esse debet. Idque accidit propterea quod in Sancta Ecclesia Catholica Romana, Civitate Dei, bonus civis unum idemque est ac vir probus. Quamobrem graviter errant qui res tam inter se coniunctas seiungunt atque opinantur bonos cives haberi posse aliis quidem legibus aliisque viis atque illis quae ad bonum christianum conformandum conferunt. Atque dictitet quidem ac sermocinetur quantum sibi libet humana prudentia; fieri enim non potest ut pacem temporalemque tranquillitatem veri nominis afferat quidquid a pace aetemaque beatitudine seiungitur eisdemque repugnat ».[2] Ut autem Civitati, ita scientiae eiusque viae et investigationi nihil est pertimescendum ex eo quod Ecclesia plenum habeat absolutumque educandi mandatum. Siquidem catholica instituta, quicumque gradus est eruditionis ac scientiae ad quem pertinent, nulla prorsus defensione indigent. Gratia qua ea ipsa apud omnes florent, laudes quas sibi comparant, ingenii monu-

[1] **Ep. 138.**

[2] ***DelVeducazione cristiana dei figliuoli,* lib. I, c. 43.**

menta quae magno numero gignunt iique maxime viri¿ quos, plena atque exquisita a doctrina instructo s magistratui praebent, artibus, disciplinis tradendis, vitae demum qua late ea patet, Satis superque ipsorum gloriam concelebrant.[1] Quae ceterum facta .nihil aliud sunt quam praeclara doctrinae catholicae confirmatio a Concilio Vaticano definitae: « Neque solum fides et ratio inte* se dissidere numquam possunt, sed opem quoque sibi mutuam ferunt, cum recta ratio fidei fundamenta demonstret eiusque lumine illustrata rerum divinarum scientiam excolat, fides vero rationem ab erroribus liberet ac tueatur eamque multiplici cognitione instruat. Quapropter tantum abest, ut Ecclesia humanarum artium et disciplinarum culturae obsistat, ut hanc multis modis iuvet ac promoveat. Non enim commoda ab iis ad hominum vitam dimanantia aut ignorat aut despicit; fatetur immo, eas, quemadmodum a Deo scientiarum Domino profectae sunt, ita, si rite pertractentur, ad Deum iuvante eius gratia perducere. Nec sane ipsa vetat, ne huiusmodi disciplinae in suo quaeque ambitu propriis utantur principiis et propria methodo; sed iustam hane libertatem agnoscens, id sedulo cavet, ne divinae doctrinae repugnando errores in se suscipiant, aut fines proprios transgressae ea, quae sunt fidei, occupent et perturbent ».[2] Quae quidem norma iustae libertatis scientiae provehendae simul est norma, quae violari nequit, iustae libertatis docendi probe intellectae; eaque servari debet quotiens aliis doctrina traditur, at ex graviore sane iustitiae officio cum traditur iuventuti, tum quia in ipsam praeceptor, publicus privatus, non absolutum sed participatum ius habet; tum quia omnis puer seu adolescens christianus sanctissimum ius habet ut secundum Ecclesiae doctrinam, veritatis quidem eólumen ac fundamentum, edoceatur; eidemque gravem quidem inferret iniuriam qui eius fidem turbaret, fiducia abutendo iuvenum erga magistros eorumque naturali rerum imperitia atque immodica ad libertatem absolutam fallacemque inclinatione.

[1] **Epist, ad Cardi a publicis Ecclesiae negotiis, 30 Maii 1929.**

[2] **Conc. Vat., Sess. 3, cap. 4.**

Neque enim oblivisci unquam Kcebit, christiane educandum totum esse hominem, quantus est, nimirum in unam naturam per spiritum et corpus coalescentem omnibusque animi et corporis partibus instructum quae vel a natura proficiscuntur vel ipsam excedunt, qualem demum ex recta ratione et ex divinis ©raculis cognoscimus; hominem scilicet, quem a pristina nobilitate delapsum, Christus redemit in eamque supernaturalem dignitatem restituit ut adoptivus filius Dei esset, minime tamen iis redditis praeter naturam privilegiis, ex quibus ante et corpus immortale et animus aequus fuerat atque integer. Unde factum, ut quae foeda in hominum naturam ab Adami culpa profluxere, praesertim voluntatis infirmitas effrenataeque animi cupiditates, in homine supersint.

Et profecto «stultitia colligata est in corde pueri et virga disciplinae fugabit eam ».[1] A pueritia igitur voluntatis inclinationes, si pravae, cohibendae, sin autem bonae, promovendae sunt, ac praesertim puerorum mens imbuatur doctrinis a Deo profectis et animus divinae gratiae auxiliis roboretur oportet, quae si defuerint, nec suis quisque moderari cupiditatibus poterit neque ad absolutionem perfectionemque disciplina atque informatio ab Ecclesia adduci, quam ideo Christus caelestibus doctrinis ac divinis Sacramentis instruxit ut efficax omnium hominum esset magistra.

Quam ob rem omnis disciplina puerilis, quaecumque, meris naturae viribus contenta, ea respuit aut negligit quae ad vitam christianam rite informandam divinitus conferunt, falsa plenaque erroris est; omnisque via et ratio educandae iuventutis, quae labis a protoparentibus ad omnem posteritatem transmissae divinaeque gratiae rationem nullam aut vix ullam habet, proptereaque in solis naturae viribus tota nititur, a veritate prorsus aberrat. Huc fere pertinent quae nostris temporibus palam proferuntur, variis quidem nominibus, doctrinae, quarum est, totum ferme cuiuslibet eruditionis fundamentum in eo ponere, ut pueris integrum sit sese informare ipsos ingenio atque arbitratu plane suo, vel

i *Prov.*, XXII, 15.

repudiatis maiorum praeceptorum^ consiliis omnique lege atque ope humana et divina prorsus posthabita. Quae tamen omnia si suis finibus ita circumscribantur, ut novi huiusmodi magistri velint, adolescentes in suam ipsorum eruditionem eo magis propriam quoque operam atque industriam conferre quo plus aetate et rerum cognitione progrediantur, itemque ut a puerorum educatione omnis vis atque asperitas removeatur, quam nihilominus iusta correctio non redolet, verum id quidem, at minime novum, cum id ipsum et Ecclesia docuerit et christiani praeceptores, more a maioribus tradito, retinuerint, Deum imitati, qui omnes creatas vult res praecipueque omnes homines navare sibi operam, secundum propriam ipsorum naturam, quia divina Sapientia « attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. »[1]

Ast, si communem verborum significationem, si res ipsas consideremus, haud alio spectant complures eiusmodi doctores, nisi ut puerorum educationem e divinis legibus eximant, quam ob rem novum quiddam ac mirum hodie conspicimus, institutores scilicet ac philosophos in eo desudantes ut codicem quaerant ac digérant de iuventute in universum educanda, quasi nulla sint divina oracula decalogo descripta, nulla sacra Evangeliorum praecepta, nulla naturae lex, quam Deus in animis hominum defixit ac paene insculpsit, per rectam rationem promulgavit ac per se ipse decalogo sancivit atque constituit. Unde etiam fit, ut novi id genus institutores disciplinam puerilem ab Ecclesia adhibitam, eo quod tota in auctoritate divina atque in sacris legibus innititur, tamquam non sui iuris, inertem atque obsoletam habere atque appellare contemptim soleant.

In quo profecto misere ipsi falluntur, cum, aventes puerum, ufc aiunt, in libertatem revocare, eum demum insanae superbiae ac pravis cupiditatibus mancipent, quae - ut ex eorum commentis consequitur - tamquam necessitates quaedam humanae naturae, quam exlegem perhibent, probandae essent.

Sed quod turpius est, huiuscemodi magistri, etsi incassum, per errorem tamen impie ac periculose id sibi vindicant ut profanis

[1] *Sap.*, VIII, i.

eómmunibusque inquisitionibus atque experimentis ea periclitentur quae in puerorum educationem facta incidunt supernaturalis ordinis, ut, exempli causa, divinum ad sacerdotalia munia et ad religiosam vitam impulsum atque generatim arcana ea omnia quae Gratia Dei in animis hominum operatur, quae, licet naturae vires extollat, eas tamen infinite praetergreditur et nullo pacto legibus physicis parere potest, quia « spiritus ubi vult spirat ».[1]

Multo autem perniciosiores sunt illae de natura duce omnino sequenda opiniones doctrinaeve, quae in educationis humanae certam quandam ingrediuntur partem salebrarum plenam, in eam scilicet quae ad morum integritatem et ad castimoniam pertinet. Passim enim bene multi et stulte et periculose eam tenent provehuntque educandi rationem, quae sexualis putide dicitur, cum iidem perperam sentiant, posse se, per artes mere naturales et quovis amoto religionis pietatisque praesidio, adolescentibus a voluptate et luxuria praecavere, scilicet hos omnes, nullo sexus discrimine, vel publice, lubricis initiando instruendoque doctrinis, immo, quod peius est, mature occasionibus obiiciendo, ut eorum animus, eiusmodi rebus - quemadmodum ipsi aiunt - assuetus, quasi ad pubertatis pericula obdurescat.

In eo autem isti homines graviter errant quod nativam humanae naturae fragilitatem non agnoscunt neque legem illam membris nostris insitam, quae, ut verbis utamur Pauli Apostoli, mentis legi repugnat,[2] idque praeterea temere infitiantur quod usu quotidiano didicimus, iuvenes nempe prae aliis in turpia saepius incidere non tam ob mancam mentis cognitionem quam ob infirmitatem voluntatis illecebris obnoxiae atque divinis auxiliis destitutae.

Qua de re prorsus difficili, si quidem, omnibus perpensis, adolescentem aliquem tempestive ab iis moneri oporteat, quibus Deus educandi pueros officium commisit cum gratiis opportunis coniunctum, illae profecto cautiones et artes sunt adhibendae, christianis

i Io., in, 8.
a *Boni.,* VII, 23.

institutoribus non ignotae, quas apte Antonianus hisce verbis describit: « Eo usque imbecillitas nostra atque in malum proclivitas misere procedit, ut, quae ad remedium peccati consilia adhibentur, ea ipsa ad peccandum fere ansam atque incitamentum praebeant. Quapropter magnopere interest, ut prudens pater, si quando de lubricis istiusmodi rebus cum filio colloquatur, bene attendat, neque ad hoc deveniat ut fere sub aspectum subiiciat artes singulas quibus horrenda eiusmodi pestis tam magnam orbis partem veneno suo iiificit, ne, dum libidinis ignes restinguere aggreditur, eos potius in tenerioribus puerorum animis aut sopitos suscitet aut plane incendat. Ut autem generatim loquamur, quamdiu pueri excolendi sunt, satis superque erit iis uti remediis quae castimoniam in animos inducant simulque ab iis vitia contraria prohibeant ». [1]

Aeque vero fallax atque christianae institutioni infensa illa adolescentes instruendi ratio habenda est, quam vulgo coëducationem appellant; eorum enim qui ipsam tuentur, bene multi idcirco tuentur quia aut non considerant aut negant, protoparentum labe vitiatum nasci hominem, plerique vero omnes, quia tali notionum perturbatione laborant ut legitimum hominum convictum •habeant quasi quendam virorum ac feminarum omnibus plane rationibus parium inconditum acervum. Divinus sane rerum omnium moderator perfectam utriusque sexus convictum in legitimo tantum coniugio vigere voluit,^ dein in familia inque humana consortione, certo ordine dispertitum. Accedit quod nihil est in ipsa natura-ex qua duo sexus, compage corporis, inclinationibus, ingenioque dissimiles procedunt - unde colligi possit, mares et feminas promiscua, nedum una eademque, educatione informandos esse. Alter autem et alter sexus a Dei sapientia ad hoc sunt constituti ut in familia et societate mutuo se compleant et in unum quid apte coalescant, ob illud ipsum corporis animique discrimen quo inter se differunt, quod idcirco in educatione atque institutione tenendum, imo fovendum est per aptam distinctionem ac separa-

[1] *DelVeducazione cristiana dei figliuoli,* **lib. II, c. 88.**

tionem, aetatibus ac conditionibus congruentem. Eiusmodi vero praecepta, ad christianae prudentiae praescriptum, tempestive atque opportune servanda sunt non modo in scholis omnibus, praesertim per trépidos adolescentiae annos, unde totius ferme futurae vitae ratio omnino pendet, sed etiam in gymnicis ludis atque exercitationibus, in quibus christianae peculiari modo modestiae puellarum cavendum, utpote quas ostentare sese atque ante omnium oculos proponere summopere dedeceat.

Memores itaque gravissimorum verborum Magistri divini: « Vae mundo a scandalis »[1] sollicitudinem ac sollertiam vestram, Venerabiles Fratres, vehementer excitamus adversus perniciosissimos huiusmodi errores qui in christiana plebe, maximo cum iuventutis detrimento, nimis late pervagantur.

Ad perfectam autem educationem assequendam curare opus est, ut quae omnia pueros, dum instituuntur, eircumsaepiunt, ea proposito apte respondeant.

Et profecto quod primum ex necessitate naturae puerum rite conformandum circumdat, ipsa eius familia habenda es b, ad hoc demum munus a Deo- constituta. Quapropter eam tandem institutionem constantem atque tutissimam iure existimabimus quae in recte composita ac bene morata familia recipitur, eoque efficaciorem et constantiorem quo magis parentes, potissimum, ac domestici pueris virtutis praeeant exemplo.

Verum non is Nobis est animus ut universam de institutione domestica materiam, ne per summa quidem capita, pertractemus, tam late ea patet; de qua, ceteroqui, non desunt, cum ex veteribus tum ex recentioribus, qui, catholicae doctrinae congruenter, optime scripserint, inter quos praeclaram prorsus meretur laudem Antonianus ille, quem superius loquentem induximus, qui disputationem *De christiana liberorum institutione* eâ quidem peritia adornavit ut sanctissimus vir Carolus Borromaeus eam parentibus christianis in templo congregatis publice legendam curaret.

* MATTH., XVIII, 7.

Volumus tamen, Venerabiles Fratres, animum huc intenditis restrum, quo res nostris temporibus misere deciderint quae ad domesticam institutionem spectant; cum enim ad artes liberales atque ad publica munera, quae sunt profecto minoris momenti, homines diutinis litterarum studiis, laboriosis exercitationibus ac producto tirocinio se comparent, contra, ad filiorum institutionem, quod profecto caput est officii patrisfamilias, plerique parentum temere accedunt nullaque fere adhibita praeparatione, quod rebus ac curis terrenis distineantur. Ad bonum praeterea minuendum, quod familiaris puerorum institutio pareret, accedit quod fere ubique gentium facilius in dies pueros a familia inde a teneris annis seiungendi consuetudo increbrescit, causis interpositis vel oeconomicis, ut industriae mercaturaeque serviendi, vel politicis; et natio quaedam est, ubi pueri e familiae gremio extorquentur, ut in coetus ludosque a Deo alienissimos, non tam recte conformandi quam, verius, deformando ac depravandi, inducantur - scilicet eo proposito, ut, ad eorum placita qui communia omnia esse omnibus somniant, impietatem ödiumque imbibant - veriorem ita horribilioremque Innocentium stragem renovando.

Itaque animarum Pastores per Iesu Christi divinam erga homines caritatem obsecramus atque obtestamur ut nihil reliqui faciant, sive per contiones sive per catecheses, sive verbis sive scriptis in populum late vulgatis, christiani ut parentes, non tam generatim quam singillatim, perdiscant, quae sibi incumbant officia ad religiosam quod attinet et moralem et civilem liberorum suorum educationem, et quae potissimum, praeter sanctioris vitae suae exempla, viae ac rationes ad eam efficacius consequendam conducant. Huiusmodi profecto monitiones hortationesque Paulus Apostolus haud fastidivit in suis epistulis frequentare, praesertim in ea, quam ad Ephesios scripsit, ubi, praeter alia, id monuit: « Patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros »;[1] quae quidem provocatio seu incitatio non ex eo tantum oritur quod parentes severiores atque asperiores se liberis praebeant, sed ex

i *Eph.*, VI, 4.

eo praecipue quod filiorum ingenium ac nativam alacritatem moléoste ferant et aptiores correctionis modos ignorent, ac praesertim ex molli illa atque veluti enervata, quae in familiis usu venit, disciplina, unde fit ut in puerorum ammis cupiditates efïrenatae dominentur. In hoc igitur parentes, itemque puerorum institutores, animum intendant ut dignitatem potestatemque quam habent a Deo, cuius revera vices gerunt, rite in bonum filiorum usurpent, non quidem ut sibi commodum pariant, sed ut filios informent atque instruant ad sanctum et suavem « Dei timorem, omnis sapientiae initium », in quo tantummodo superiorum reverentia solide innititur et quo dempto constans ordo, pax serena atque omne bonum neque in familia neque in universa humanae coniunctionis societate consistere potest.

Infirmis autem humanae naturae viribus, deterioris ob avitam culpam factae, Deus, qua est bonitate, uberibus suae Gratiae auxiliis consuluit eaque praeterea, quam animis expiandis atque ad sanctitatem evehendis multiplicem habet Ecclesia adminiculorum copiam: Ecclesia, inquimus, magna illa Christi familia, quae est idcirco educatrix cum singulis familiis ita congruens ac coniuncta quam quae maxime.

Qui profecto locus ad optimam institutionem aptissimus, quae est Ecclesia, non solum sacramenta complectitur ac praebet quae divinam gratiam continent atque animis inserant, neque sacros tantum ritus qui ad informandos ad virtutes adolescentes mirum in modum conferunt, neque tandem sola sacri templi saepta, in quo solemnes caerimoniae, sculpta signa, pictae tabulae, organorum vocumque concentus ad animos pietate ac bonis moribus imbuendos tam praeclaro adiumento sunt; verum etiam magnum ea numerum atque varietatem scholarum, coetuum, institutorumque omne genus fovet ac sustentat, quae eo spectant, ut ad pietatem, ad litteras doctrinasque, adhibitis quoque iucunditatis oblectamentis et ipsa corporis exercitatione, adolescentes instituantur. Haec porro tam perennis in eiusmodi operibus fovendis atque alendis fecunditas non modo patefacit atque ostendit, maternam Ecclesiae providentiam et superari non posse et omni esse admiratione

dignissimam, sed etiam illam comprobat, aeque mirabilem, concordiam, quam supra diximus Ecclesiae cum christiana familia intercedere, ut affirmari vere queat, Ecclesiam et familiam unum quoddam christianae educationis perfugium et quasi sacrarium habendas esse.

Quod autem novae progenies omnibus iis artibus ac disciplinis instruendae essent quibus civilis convictus proficit ac florescit, et sola ad id familia minime sufficeret, propterea publica gymnasia ortum habuerunt, primum tamen - diligenter attendite - Ecclesiae familiaeque in unum conspirantium opera, multo autem post, reipublicae. Quapropter litterarum sedes ac scholae, si, ad historiae fidem, earum originem inspiciamus, natura sua tamquam subsidium ac fere complementum Ecclesiae simul et familiae exstiterunt; consequens igitur est, publicas scholas non solum familiae atque Ecclesiae repugnare non posse, sed etiam cum utraque, quantum res patitur, congruere oportere, ita nempe ut tria haec - schola, familia, Ecclesia - unum fere christianae institutionis sacrarium efficere videantur, nisi velimus scholam a suo plane proposito aberrare et in adolescentium pestem atque perniciem converti,

Quod utique aperte professus est vel laicus vir ille, ob sua de iuventutis institutione scripta tantis ornatus laudibus - quamquam ea ipsa haud omnino commendari queunt, cum corruptam de libertate doctrinam redoleant -, qui illud protulit: « schola, nisi templum est, spelunca est »; idemque alio loco: «Quando in puerorum educationem cum litterarum studia, tum doctrinae, quae ad religionem et ad domesticam civilemque societatem spectant, non una conspirant, homines miseri atque inepti exsistunt ». [1]

Inde necessario consequitur, per scholas, quas *neutras* vel *laicas* nuncupant, omne fundamentum christianae educationis disiici atque everti, utpote a quibus religio omnino removeatur; quae ceterum scholae nullo modo nisi specie *neutrae* erunt, cum religioni plane infensae reapse aut sint aut futurae sint.

[1] **Nie. TOMMASEO, *Pensieri sull'educazione,* Parte I, 3, 6.**

Longum est neque vero oportet ea repetere quae decessores nostri, praesertim Pius IX et Leo XIII, aperte declararunt, quorum in tempora potissimum incidit, ut gravissima huiusmodi laicismi pestis in scholas publicas invaderet. Eorum Nos expostulationes [1] iteramus ac confirmamus, itemque sacrorum Canonum praescripta, quibus catholici adolescentes prohibentur ne scholas cum neutras tum mixtas, eas scilicet ad quas, nullo discrimine, catholici et acatholici instituendi conveniunt, quavis de causa frequentent; quas tamen adire licebit, prudenti dumtaxat Ordinarii iudicio, in certis quibusdam tantummodo locorum temporumque conditionibus, modo peculiares cautiones adhibeantur.[2] Neque illa tolerari potest schola (praesertim si ea « unica » sit ad eamque omnes pueri accedere teneantur), in qua, etsi sacrae praecepta doctrinae separatim catholicis traduntur, tamen catholici non sunt magistri, qui pueros catholicos acatholicosque communiter litteris atque artibus imbuant.

Neque enim quia doctrina religionis in aliqua schola (plerumque nimis parce) impertitur, idcirco haec iuribus Ecclesiae ac familiae satisfacit et digna fit quae ab alumnis catholicis celebretur; nam ut hoc quaevis schola revera praestet, omnino oportet ut tota institutio ac doctrina, scholae ordinatio tota, nempe magistri, studiorum ratio, libri, ad quamvis disciplinam quod pertinet, christiano spiritu, sub ductu maternaque Ecclesiae vigilantia, sic imbuti sint ac polleant, ut Eeligio ipsa totius instituendi rationis cum fundamentum tum fastigium constituat; neque hoc solum in scholis in quibus doctrinae elementa, sed in iis etiam ubi altiores disciplinae traduntur. «Necesse est », ut Leonis XIII verbis utamur, « non modo certis horis doceri iuvenes religionem, sed reliquam institutionem omnem pietatis sensus redolere. Id si desit, si sacer hic habitus non doctorum animos ac discentium per-

[1] **Pius IX, Ep. *Quum non sine,* 14 Jul. 1864. - Syllabus, Prop. 48. - Leo XIII, alloc. *Summi Pontificatus,* 20 Aug. 1880; Ep. enc. *Nobilissima,* 8 Febr. 1884; Ep. enc. *Quod multum,* 22 Aug. 1886; Ep. *Officio sanctissimo,* 22 Dec. 1887; Ep. enc. *Caritatis,* 19 Mart. 1894, etc. (cfr. Cod. iur. can. cum fontium annot., ad can. 1374).**

[2] **Cod. iur. can., c. 1374.**

vadat foveatque, exiguae capientur ex qualibet doctrina utilitates, damna saepe consequentur haud exigua ».[1]

Nemo tamen obiiciat, fieri omnino non posse, ut ea respublica, quae homines diversa quod ad religionem sentientes complectitur, puerorum institutioni aliter consulat quam per scholas quae neutrae ac mixtae vocantur, cum, contra, ipsa respublica civium eruditioni prospicere et prudentius debeat et facilius queat, si Ecclesiae familiarumque hac in re coepta operamque libere perfici atque adhiberi sinat, aequis praeterea alteram alteramque fovendo muniendoque subsidiis. Id autem, magno cum familiarum gaudio itemque profectu publicae sive eruditionis sive tranquillitatis, effici posse, ea plane demonstrant, quae videmus usu venire apud quasdam nationes, in quibus, etsi alii aliam religionem sectamve sequuntur, ordo dispertitioque scholarum nullo pacto iura familiarum offendunt, non solum quod pertinet ad doctrinas (praesertim cum illic catholici ludi catholicis adolescentibus praesto sint), sed etiam quod spectat ad aequam rectamque sumptuum compensationem a republica collatam scholis illis quas familiae iure suo postulant.

At vero in aliis, mixtae item religionis, nationibus res se longe aliter habent, haud exiguo cum catholicorum hominum detrimento; qui, auspicibus ducibusque Episcopis et sacerdotibus omnibus utriusque cleri opem ferentibus, pecunia dumtaxat **sua** scholas sustentant ad filios suos recte instituendos - memores ut sunt gravissimi quo obstringuntur officii - et, laudabili liberalitate ac constantia, in suo perstant proposito, illud tamquam insigne suae actionis praeferentes ut scilicet « omni catholicae iuventuti catholicam educationem in scholis catholicis » omnino provideant. Quod quidem coeptum, etsi sumptu publico minime fulcitur, ut lex iustitiae postularet, tamen a magistratibus praepediri ac vetari nullo modo potest, nisi ii velint sacra familiae iura conculcare et germanae libertatis ñervos infringere.

Ubi vero gentium primis hisce libertatis quasi elementis repu-

[1] **Ep. enc.** ***Militantis Ecclesiae,*** **1 Aug. 1897.**

gnatur vel multiplici ratione officitur, homines catholici nunquam satis, vel per maximas molestias, in eo elaborabunt ut scholas suas tueantur incolumes et iustae de libera adolescentium institutione leges auspicato condantur.

Quicquid autem ad scholam catholicam in filiorum suorum usum provehendam ac tuendam a christifidelibus agitur, opus religionis sine ulla dubitatione est, propter eaque potissimum « Actionis Catholicae » munus; ita ut paterno animo Nostro pergratae sint, sintque praecipuis laudibus dignae sodalitates illae omnes, quae multifariam in opus tam necessarium peculiari modo ac studiosissime incumbunt.

Quapropter alte denuntietur et bene ab omnibus animadvertatur atque agnoscatur, christifideles, catholicam scholam filiis quaerendo suis, nusquam gentium opus admittere politicae factionis, sed fungi religionis officio, quod sua ipsorum conscientia necessario postulat; iisdemque eam esse mentem non ut filios suos a reipublicae disciplina atque spiritu distrahant, immo ut ad id ipsum, perfectissimo modo atque nationis utilitati accommodatissimo, conforment, cum catholicus veri nominis, a catholica quidem doctrina instructus, hoc ipso optimus civis, cultor patriae, publicae auctoritati sincera fide obtemperans, sub quavis legitima regiminis forma, reperiatur.

In eiusmodi vero schola, quae cum Ecclesia et cum christiana familia concordat, eventurum profecto non est, ut, manifesto cum educationis detrimento, ea variis in disciplinis oppugnentur quae in religiosa institutione discipuli didicerint; quod si praeceptores, pro sua magisterii sollicitudine, ad eorum cognitionem, refutationis causa, libros erroribus inquinatos duxerint perferendos, talibus id quidem cautionibus talique sanae doctrinae remedio praestituri sunt, ut non iacturam, sed potius utilitatem christiana inde iuventutis educatio capiat.

Qua in instituendi ratione, itidem, non est cur patrii sermonis classicarumque, ut aiunt, litterarum studium ullum unquam morum sanctimoniae detrimentum afferat; christianus enim magister exemplum de apibus capiet, quae quicquid in floribus purissimum

est, sugunt reliquumque dimittunt, ut in sermone de classicorum scriptorum lectione[1] adolescentes sanptus Basilius docet.

Quae quidem necessaria cautio - ab ethnico quoque Quintiliano proposita[2] - minime impedit quominus christianus magister, quae .vere bona et utilia in disciplinas earumque tradendarum rationem tempora nostra intulerint atque inferant, ea adsciscat adhibeatque, secundum illud Apostoli: « Omnia probate; quod bonum est tenete ».[3] Quocirca, dum nova assumit, cavebit ipse, vetera ne facile deserat, quorum utilitatem et vim plurium saeculorum usus docuerit, litterarum latinarum in studio praesertim, quas cotidie magis prolabentes cernimus, ob neglectas, perperam sane, docendi rationes, ab eo, qui in Ecclesiae praecipue scholis magnopere floruit, sano humaniorum litterarum cultu tam utiliter usurpatas. Mos vero nobilissimus a maioribus traditus postulat ut iuvenes, catholicis scholis commissi, litteris utique et doctrinis plene pro temporum nostrorum conditione, sed simul etiam saniore philosophia solide ac penitus imbuantur, inordinata eorum levitate posthabita qui « invenissent forsitan necessaria nisi et superflua quaesiissent ».[4] Itaque ea magistro cuique christiano ante oculos habenda sunt, quae brevi sententia Leo XIII complectitur: «...alacrius adnitendum est, ut non solum-apta ac solida institutionis methodus, sed maxime institutio ipsa catholicae fidei omnino conformis in litteris et disciplinis vigeat, praesertim autem in philosophia, ex qua recta aliarum scientiarum ratio magna ex parte dependet ».[5]

Salutaris autem scholarum efficientia non tam rectis legibus quam magistris rectis tribuenda est, qui, egregie parati atque suam quisque callentes disciplinam, discipulis tradendam, mentis quidem animique laudibus ornati quas munus sane gravissimum postulat, casta et divina caritate erga iuvenes sibi commissos flagrent, per-

[1] **P. *G.*, t. 31, 570.**
[2] ***Inst. Or.*, I, 8.**
[8] **T *Thess.*, V, 21.**
[4] **SENECA, *Epist.* 45.**
[5] **Leo XIII, Ep. enc. *Inscrutabili,* 21 Apr. 1878.**

inde ac Iesum Christum eiusque Ecclesiam dfiigunt, - quorum illi sunt filii carissimi - atque hoc ipso sincere bonum verum familiarum ac patriae cordi habent. Praeclaris igitur afficimur solaciis gratoque divinam Bonitatem prosequimur animo, cum videamus ad sodales religiosos et religiosas virgines, quotquot docendis pueris adolescentumque se devovent, tot tamque probos accedere utriusque sexus praeceptores, eosdemque - ad animum sanctius excolendum in congregationes quoque et sodalitates pw prias coeuntes, quae tamquam nobihssimum validumque « Actionis Catholicae » praesidium laudandae ac promovendae sunt -, utilitatis immemores suae, enixe constanterque illi operam dare quam « artem artium et scientiam scientiarum »[1] Sanctus Gregorius Nazianzenus vocat, scilicet iuvenes regundi ac conformandi. Cum tamen in eos quoque illud divini Magistri quadret: « Messis quidem multa, operarii autem pauci »,[2] tales christianae educationis artifices - quorum institutio Pastoribus animarum summisque religiosorum ordinum moderatoribus magnopere curae esse debet - Dominum messis multos ut alios mittat supplicibus precibus exoramus.

Oportet praeterea, adolescentis educatio, quippe qui sit « cereus in vitium flecti »,[3] in quacumque consuetudine vitae ipse se habeat, dirigatur et custodiatur, malas removendo occasiones, bonas autem opportune sufficiendo, in animi remissionibus et in delectu sodalium, quia «corrumpunt mores bonos colloquia mala ».[4]

Nostris, ceteroqui, temporibus eo plenius ac diligentius evigilandum est, quo plures iuvenibus imperitis faciendi morum pietatisque naufragii occasiones increbrescunt, maxime ex impiis obscenisque libris, quorum satis multi nefarie parvo veneunt ac propagantur, ex « cinematographicis » ludis, nunc autem ex « radiophonicis » quoque auditionibus, quae cuiusvis generis lectio-

[1] Oratio II, P. *G.*, t. 35, 426.

[2] MATTH., IX, 37.

[3] HORAT., *Art. poêt.*, v. 163.

[4] *I Gor.*, XV, 33.

nem - sicut « cynematographa » quodlibet spectaculum - plerisque exhibent atque faciliorem reddunt. Validissima eiusmodi ad quidvis e vulgandum subsidia, quae, si ad sana principia apte regantur, eruditioni magnopere atque educationi prodesse queant, saepe - proh dolor - provehendis vitiorum illecebris sordidisque quaestibus serviunt. Sanctus Augustinus in ardore ingemiscebat, quo ad ludos circenses christifideles eius temporis complures rapiebantur, depravationemque Alipii, discipuli et amici sui, quae, feliciter, paulisper constitit, vividis verbis enarrat.[1] Quot iam adolescentes, ludis hodiernis et turpibus libris corruptos, parentes ac magistri nunc defleant oportet !

Quapropter omnia illa laudanda et adiuvanda sunt opera educationi dedita, quae, christiano prorsus spiritu studioque ducta iuvenum animis subveniendi, opportunis libris et ephemeridibus parentes potissimum et praeceptores de insidiis edocent, quae, subdole plerumque, moribus et religioni per libros et spectacula struuntur, itemque, praeterquam quod curant, ut saniores libri in vulgus propagentur et ludi scenici rectae institutioni fructuosi habeantur, magno quidem impendio theatra et « cinematographa » aliquando condunt, unde christianae virtuti non modo nihil discriminis incidat, verum etiam haud parum accedat utilitatis.

Eiusmodi tamen custodia ac vigilantia, quam adhiberi oportere diximus, minime postulat, ut iuvenes ab hominum commercio segregentur, quibuscum vita degenda animaeque saluti consulendum erit, sed tantum ut muniantur et christiane firmentur, hodie quam maxime, adversus illecebras erroresque mundi, qui, ad illud Ioannis, totus est « concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum et superbia vitae » ;[2] ita ut, quemadmodum de priscis christianis Tertullianus scripsit, tales nostri se habeant quales christianos esse nullo non tempore decet « compossessores mundi, non erroris ».[3]

Quibus Tertulliani verbis illud tetigimus, de quo, licet maximi

[1] *Conf.*, VI, 8.
2 *I Io.*, II, 16
[3] *De idololatria*, 14.

momenti esset, postremo agere constituimus: videlicet in quo, ut e proprio eius fine colligitur, christiana educatio praecipue posita sit; quod autem si sedulo animadvertatur, meridiana luce clarius apparebit, supremum educandi munus atque officium ad Ecclesiam pertinere.

Eo proprie ac proxime intendit christiana educatio, ut, divina cum gratia conspirando, germanum atque perfectum christianum efficiat hominem: ut Christum scilicet ipsum exprimat atque effingat in illis qui sint Baptismate renati, ad illud Apostoli vividum: « Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis». [1] Vitam enim supernaturalem germanus christianus vivere debet in Christo: « Christus, vita vestra », [2] eandemque in omnibus rebus gerendis manifestare « ut et vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali ». [3]

Quae cum ita sint, summam ipsam humanorum actuum, quod attinet ad efficientiam sensuum et spiritus, ad intellectum et ad mores, ad singulos et ad societatem domesticam atque civilem, christiana educatio totam complectitur, non autem ut vel minime extenuet, verum ut secundum Iesu Christi exempla et doctrinam extollat, regat, perficiat.

Itaque verus christianus, christiana educatione conformatus, alius non est ac supernaturalis homo, qui sentit, iudicat, constanter sibique congruenter operatur, ad rectam rationem, exemplis doctrinaque Iesu Christi supernaturaliter collustratam: scilicet, homo germana animi firmitate insignis. Neque enim quisquis sibi consentit et sui propriique tenax propositi agit, is solido ingenio est, sed unus ille qui aeternas iustitiae rationes sequitur, ut agnovit ethnicus ipse poeta, « iustum » una simul « et tenacem propositi virum »[4] extollens; quae, ceterum., iustitiae rationes integre servari nequeunt, nisi Deo tribuatur — ut fit a vero christiano — quidquid Deo debetur.

[1] ***Gal.*, IV, 19.**
[2] ***Col,* III, 4.**
[3] ***II Cor.*, IV, 11.**
[4] **HORAT., *Od.* 1. III, od. 3, v. 1.**

Hic sane christianae educationis finis profanis hominibus inanis quaedam cogitatio videtur vel potius tale propositum quod perfici nequeat quin non modo naturales vires deleantur vel saltem extenuentur, sed etiam huius vitae actio quodammodo repudietur: unde sequitur, ut sit illud a societate hominum terrenaque eorum prosperitate alienum et cuilibet in litteris, in doctrinis, in artibus, in cultu demum humano civilique profectui vehementer infestum. Cui vero dubitationi, quam ethnici olim, etsi eruditi, rerum tamen nostrarum ignari et praeiudicatis opinionibus imbuti, proposuerant - quaeque, recentiore aetate, proh dolor, crebrius ac pertinacius prolata est - Tertullianus occurrerat: « Non sumus exsules vitae. Meminimus gratiam nos debere Deo Domino Creatori; nullum fructum operum eius repudiamus; plane temperamus, ne ultra modum aut perperam utamur. Itaque non sine foro, non sine macello, non sine balneis, tabernis, officinis, stabulis, nundinis vestris, ceterisque commerciis cohabitamus in hoc saeculo. Navigamus et nos vobiscum et militamus, et rusticamur, et mercamur, proinde miscemus artes, operas nostras publicamus usui vestro. Quomodo infructuosi videamur negotiis vestris, cum quibus et de quibus vivimus, non scio ».[1] Idcirco sincerus christianus tantum abest ut res in hac vita gerendas abdicet et naturales vires comprimat, ut, contra, has alat ac perficiat cum vita supernaturali ita copulando, ut ipsam naturalem vivendi rationem exornet efficacioribusque foveat adiumentis, non modo ad spiritualia atque aeterna, sed etiam ad ipsius naturalis vitae necessitates congruentibus.

Id profecto tota comprobat christianae religionis eiusque institutorum historia - quacum historia germani civilis cultus humanarumque progressionum, ad nostros usque dies, omnino cohaeret -; praecipue autem vita Sanctorum ostendit, qui, ab Ecclesia Matre, eademque una, perpetua quadam fecunditate geniti, perfectam absolutamque christianae educationis formam in se referentes, hominum communionem nobilitarunt et bonis omne genus auxerunt. Optime sane iidem de humano genere meriti, in omni civium ordine atque in quavis vitae conditione, editis perfectae sanctitatis

[1] *Apol.,* 42.

exemplis, floruerunt; in iis enim non desunt eum agrieolae simplices ac rudes tum viri disciplinis litterisque exculti, cum tenuior opifex tum exercitus dux, cum privatus paterfamilias tum rex populorum gubernator, cum ingenuae puellae deditaeque rei familiari mulieres tum regiae uxores atque impératrices. Verum, quibusnam praedicemus laudibus illos evangelii praecones, qui in missionibus, **opera** propemodum **infinita,** bonorum quoque huius vitae feraci, una cum fidei lumine barbaris gentibus humani civilisque cultus commoda tulerunt ac ferunt: quibusnam eos omnes, qui tot ac tam varia opera hominibus christiana caritate sublevandis condiderunt: quibusnam denique sanctos illos ex utroque sexu institutores, sane frequentissimos, qui suam christianae educationis operam per alios propagandam perpetuaiidamque, singulari sane cum familiarum ac nationum utilitate, curarunt?

Haec, haec quidem sunt quae ex christiana educatione proficiscuntur beneficia, idcirco quia ea ipsa hominem evehit atque effingit ad vitam virtutemque supernaturalem in Christo; quandoquidem Iesus Christus Dominus noster, divinus Magister, cum sit eius vitae ac virtutis auctor et largitor,tum universis hominibus, in quacumque ii conditione versantur, iuvenibus praesertim, exemplum se praebet, in eo potissimum aetatis suae decursu intuendum atque imitandum, cum, obediens omnibusque virtutibus, quae singulos, familiam, societatem respiciunt, coram Deo et hominibus, exornatus, vitam obscure et laboriose traduxit.

Itaque omnes eiusmodi thesauri, quos, nunquam satis aestimandos, hucusque vix ex parte memoravimus, tam arcte ad Ecclesiam pertinent, ut eius veluti naturam constituant, cum mysticum Christi corpus, immaculata Christi Sponsa, ideoque fecundissima Mater, itemque suprema ac perfecta educatrix Ecclesia sit. Quamobrem magnus ille atque ingeniosus Augustinus - cuius beato ab obitu saeculum quintum ac decimum acturi mox sumus- sancta erga talem Matrem caritate abreptus, has voces edebat: « Merito Ecclesia catholica, Mater christianorum verissima, non solum ipsum Deum, cuius adeptio vita est beatissima, purissime atque castissime colendum praedicas; sed etiam proximi dilectio-

nem atque caritatem ita complectens, ut variorum morborum, quibus pro peccatis suis animae aegrotant, omnis apud te medicina praepolleat. Tu pueriliter pueros, fortiter iuvenes, quiete senes prout cuiusque non corporis tantum, sed et animi aetas est, exerces ac doces. Tu parentibus filios libera quadam servitute subiungis, parentes filiis pia dominatione praeponis. Tu fratribus fratres religionis vinculo firmiore atque arctiore quam sanguinis nectis... Tu cives civibus, gentes gentibus, et prorsus homines primorum parentum recordatione, non societate tantum, sed quadem etiam fraternitate coniungis. Doces Reges prospicere populis; mones populos se subdere Regibus. Quibus honor debeatur, quibus affectus, quibus reverentia, quibus timor, quibus consolatio, quibus admonitio, quibus cohortatio, quibus disciplina, quibus obiurgatio, quibus supplicium, sedulo doces; ostendens quemadmodum et non omnibus omnia, et omnibus caritas, et nulli debeatur iniuria ».[1]

Supplices interea, Venerabiles Fratres, animos et manus ad caelum « ad Pastorem et Episcopum animarum nostrarum »,[2] ad divinum Regem « Dominum dominantium » erigamus, ut ipse virtute omnipotenti sua iubeat, in orbe universo terrarum praeclaros christianae institutionis fructus cotidie magis percipi atque augeri, in singulorum hominum et populorum emolumentum.

Quorum autem caelestium munerum auspicem, paterno animo, vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro apostolicam benedictionem impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die 31 mensis Decembris anno 1929, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. XI

[1] ***De moribus Ecclesiae catholicae,*** **lib. I, c. 30.**

[2] **Cfr.** ***I Petr., Il,*** **25.**

MOTU PROPRIO

INSTITUITUR « SECTIO HISTORICA » PENES SACRORUM RITUUM CONGREGATIONEM.

PIUS PP. XI

Già da qualche tempo è **Yenuta** maturando in Noi la persuasione che i procedimenti in uso presso la Sacra Congregazione dei Eiti per la trattazione delle cause « storiche » dei Santi hanno bisogno di qualche ritocco, affinchè possano meglio corrispondere alla propria natura di tali cause e alle loro speciali esigenze (natura ed esigenze abbastanza chiaramente indicate già da Benedetto XIV: *De Servorum Dei beatif. et canoniz.,* dove parla delle *causae antiquae),* massime tenuto conto dello sviluppo raggiunto dalle discipline storiche e dei perfezionamenti portati ai loro metodi.

Per cause « storiche » dei Servi di Dio intendiamo quelle per le quali (trattisi della vita, delle virtù, del martirio o di antico culto) non si possono raccogliere deposizioni di testimoni contemporanei ai fatti in causa, nè si hanno documenti certi di tali deposizioni debitamente raccolte in tempo opportuno.

Sembrandoci *coram Domino* di non poter frapporre ulteriori indugi, invocato il divino aiuto e chiamati a consiglio uomini di non dubbia competenza, dopo matura considerazione, di Nostro *Motu proprio* abbiamo ordinato ed ordiniamo quanto segue;

I. - Nelle cause storiche dei Servi di Dio, dopo il processo informativo ordinario e la relativa ricerca degli scritti nei consueti modi, si ometteranno nel processo apostolico le sparti suaccennate (vita, virtù, martirio, antico culto) sulle quali non si possono più raccogliere testimonianze contemporanee.

II. - Le dette cause, per le parti indicate, saranno di competenza speciale di una « Sezione storica » che con questo Nostro *Motu proprio* intendiamo aggiungere ed aggiungiamo alle due già esistenti in seno alla Sacra Congregazione dei Riti.

III. - Affinchè la nuova Sezione possa debitamente soddisfare al suo compito:

1) Sarà costituita, in numero competente, da Consultori specializzati nelle discipline e nelle ricerche storiche;

2) A capo di essa sarà un « Relatore generale » al quale incomberà la direzione dei lavori storici;

3) Il Relatore generale, dopo la regolare apertura del processo informativo, ne esaminerà le parti di sua competenza, farà egli stesso od ordinerà le ulteriori ricerche che giudicherà necessarie, e richiederà alla Postulazione, in originale od in copia autentica, tutti i documenti che riterrà opportuni, trasmettendo poi i documenti così raccolti ai Consultori della sua Sezione, che stimerà più idonei alle singole cause;

4) I voti dei detti Consultori con le conclusioni del Relatore generale saranno dal Relatore stesso consegnati all'Emo Prefetto della Congregazione e da questo al Promotore della Fede per il loro esame e le eventuali obiezioni e conclusioni;

5) I documenti ed i voti di cui sopra serviranno di base e di punto di partenza ai voti dei Consultori della prima Sezione della Sacra Congregazione dei Riti;

6) Ai Consultori della Sezione storica toccherà di rispondere alle obiezioni e domande del Promotore della Fede per le difficoltà comprese nell'ambito delle loro competenze;

7) Sono comprese nelle attribuzioni della Sezione storica le indagini che occorressero per completare la ricerca dei documenti e degli scritti attinenti alle cause; per il loro esame dottrinale si procederà secondo le prescrizioni del *Cod. iur. can.* e la prassi in uso;

8) Per evidenti ragioni di utilità la Sezione storica dovrà essere consultata per le riforme, emendazioni e nuove edizioni di testi e di libri liturgici.

Dal Vaticano, 6 Febbràio 1930.

PIUS PP. XI

GH1R0GRAPHI

I

AD EMUM P. D. BASILIUM EPISCOPUM VELITERNTJM S. R, E. CAED. POMPILJ, VICE SACRA IN URBE ANTISTITEM: DE DIVINIS IURIBUS IN DITIONE RUSSICA DIRE LAESIS REPARANDIS.

PIUS PP. XI

Signor Cardinale,

Ci commuovono profondamente le orribili e sacrileghe scelleratezze che si ripetono e si aggravano ogni giorno contro Dio e contro le anime nelle innumerevoli popolazioni della Russia, tutte care al Nostro cuore, anche solo per il tanto che soffrono, ed alle quali appartengono tanti devoti e generosi figli e ministri di questa santa Chiesa cattolica apostolica romana, devoti e generosi fino all'eroismo ed al martirio.

Fino dagli inizi del Nostro Pontificato, dietro l'esempio del Nostro Predecessore di s. m. Benedetto XV, Noi moltiplicammo gli sforzi per arrestare la terribile persecuzione e per allontanarne da quei popoli i gravi danni. Ci demmo anche premura di domandare ai Governi rappresentati alla Conferenza di Genova di venire di comune accordo ad una dichiarazione, che avrebbe potuto risparmiare molti guai alla Russia e a tutto il mondo, e cioè di proclamare insieme, come condizione preventiva ad ogni riconoscimento dei Governo Sovietico, il rispetto delle coscienze, la libertà dei culti, e dei beni della Chiesa.

Purtroppo questi tre punti, giovevoli sopratutto a quelle gerarchie ecclesiastiche disgraziatamente separate dall'unità cattolica, furono abbandonati in grazia di interessi temporali, i quali, d'altra parte sarebbero stati meglio salvaguardati, se i diversi Governi avessero rispettato anzi tutto i diritti di Dio, il suo regno eia sua giustizia; purtroppo fu altresì respinto il Nostro intervento diretto a salvare dalla distruzione e a conservare al loro uso tradizionale e religioso i vasi sacri e le iconi, che formavano un

tesoro di pietà e d'arte caro a tutti i cuori dei Russi: tuttavia .abbiamo avuto la consolazione di sottrarre a un processo capitale e di soccorrere efficacemente il capo di quella gerarchia, purtroppo separata dall'unità, il Patriarca Tykon, mentre le generose offerte del mondo cattolico salvavano dalla fame e da una morte orribile più di 150.000 fanciulli nutriti giornalmente dai Nostri inviati, finché questi non furono messi nella necessità di dover abbandonare la loro pietosa opera, giacché si preferì votare alla morte migliaia d'innocenti, anziché vederli nutriti dalla carità cristiana.

Questa empietà sacrilega si accanisce non soltanto contro i sacerdoti e i credenti adulti, fra i quali accanto ad altre vittime fedeli al culto di Dio, Noi salutiamo in modo particolare, Nostri carissimi figli, sacerdoti e religiose cattoliche, imprigionati, deportati, condannati ai lavori forzati con due dei loro Vescovi, i Nostri Venerabili Fratelli Boleslao Sloskan e Alessandro Frison e col Nostro rappresentante per il rito slavo, l'Esarca cattolico Leonida Fiodorov; ma gli organizzatori delle campagne d'ateismo e del « fronte antireligioso » vogliono sopratutto pervertire la gioventù, abusare della sua ingenuità e della sua ignoranza, ed in luogo di impartirle istruzione, scienza e civiltà - che del resto come l'onestà, la giustizia e il benessere stesso, non possono prosperare e fiorire senza la religione - l'organizzano nella *Lega dei senza-Dio militanti,* dissimulando la decadenza morale, culturale ed anche economica con una agitazione altrettanto sterile che inumana, in cui i figli sono istigati a denunziare i genitori, a distruggere e insozzare gli edifìci e gli emblemi religiosi e sopratutto a contaminare le loro anime con tutti i vizi e con le più vergognose aberrazioni materialistiche, i cui promotori, volendo colpire la Religione e Dio stesso, procurano la rovina delle intelligenze e della medesima natura umana.

Davanti a questi eccessi, che Noi abbiamo più volte segnalato con dolore nelle Nostre allocuzioni concistoriali ed anche più recentemente nella Nostra enciclica sulla educazione della gioventù, non abbiamo cessato di pregare Noi stessi ogni giorno e •di far pregare per questi milioni di anime, riscattate dal sangue

di Gesti Cristo, spinte e quasi costrette a profanare il loro battesimo, la pietà tradizionale delle loro famiglie verso la Ssma Vergine, e finanche gli ultimi vestigi dell'onore e del rispetto dovuto al santuario domestico. AI fine poi di trovare una cooperazione ai Nostri sforzi contro tanti mali, abbiamo istituito una Commissione speciale per la Russia, affidandone la presidenza, come lei ben conosce, al Nostro diletto figlio il Cardinale Luigi Sincero. Abbiamo pure, fino dalle prime settimane del Nostro Pontificato, approvato e arricchito di indulgenze la giaculatoria: « Salvatore del mondo salvate la Russia », e di nuovo, nel corso degli ultimi mesi, due formule di preghiere con le quali si raccomanda il popolo russo alla protezione della dolce Taumaturga di Lisieux, Santa Teresa del Bambino Gesù. Abbiamo altresì approvata la iniziativa presa fin dallo scorso Novembre dal Nostro *Istituto di studi orientali,* di tenere delle conferenze propriamente documentarie e scientifiche per far conoscere al grande pubblico alcuni degli attentati sacrileghi che le leghe dei senza-Dio militanti organizzano nell'immenso territorio sovietico, andando anche al di là e~in contrasto del testo, già per sè abbastanza antireligioso, della Costituzione rivoluzionaria; ed abbiamo constatato con piacere che questo esempio, partito da Roma, è stato seguito, un mese più tardi, da simili conferenze e riunioni tenute a Londra, a Parigi, a Ginevra, a Praga e in altre città-

Ma richiede una riparazione più universale e più solenne la recrudescenza come la pubblicità officiale di tante bestemmie ed empietà. Nelle ultime feste del Santo Natale non soltanto sono state chiuse molte centinaia di chiese, si sono abbruciate numerose iconi, si è imposto il lavoro a tutti gli operai e agli alunni delle scuole, e si sono soppresse le domeniche; ma si è giunti al punto di costringere i lavoratori delle officine - uomini e donne - a firmare una dichiarazione di apostasia formale e di odio contro Dio, sotto pena di essere privati delle loro tessere per il pane, per il vestiario e per l'alloggio, senza le quali ogni abitante di quell'infelice paese è ridotto a morire di fame, di miseria e di freddo. Ed inoltre in tutte le città ed in numerosi villaggi si sono organiz-

zati infami spettacoli carnevaleschi, come quelli che i diplomatici stranieri hanno avuto sotto gli occhi nella stessa Mosca, nel centro della capitale, durante le ricorrenze natalizie: si vedevano **passar carri** sui quali erano in gran numero, vestiti con paramenti sacri, dei ragazzacci che prendevano a scherno la Croce e vi sputavano sopra; su altri carri automobili si erano innalzati grandi alberi di Natale, ai quali erano appesi per il collo numerosi fantocci rappresentanti Vescovi cattolici ed ortodossi. Nel centro poi della città, altri giovinastri compivano ogni specie di atti sacrileghi contro la Croce.

Pertanto, allo scopo di fare Noi stessi, nel modo migliore possibile, atto di riparazione per tutti questi attentati sacrileghi, ed al fine altresì di invitare alla riparazione i fedeli di tutto il mondo, abbiamo determinato, Signor Cardinale, di recarCi, nel giorno festivo di San Giuseppe, il 19 del prossimo mese di Marzo, nella Nostra Basilica di San Pietro, e di celebrarvi sulla tomba del Prìncipe degli Apostoli una Messa di espiazione, di propiziazione e di riparazione per tante e così atroci offese al divin Cuore, nonché per la salute di tante anime messe a così dure e difficili prove e pel sollievo del Nostro dilettissimo popolo russo: perchè cessi finalmente questa grande tribolazione, e perchè individui e popoli facciano quanto prima ritorno all'unico ovile dell'unico Salvatore e Liberatore, il Signor Nostro Gesù. Cristo. Dopo aver domandato al suo Sacratissimo Cuore perdono e pietà per le vittime e per gli stessi carnefici, Noi imploreremo la Santissima e Immacolata Vergine Maria, Madre di Dio, il suo castissimo Sposo San Giuseppe Patrono della Chiesa universale, gli speciali protettori dei Eussi e cioè i Ss. Angioli, S. Giovanni Battista, S. Nicola, S. Basilio, S. Giovanni Crisostomo, i Santi Cirillo e Metodio, come pure tutti gli altri santi ed in modo particolare S. Teresa del Bambin Gesù, a cui Noi abbiamo in modo speciale affidato l'avvenire di quelle anime.

Mentre pertanto la invitiamo, Signor Cardinale, a dare le opportune disposizioni per questa solenne supplicazione, Noi abbiamo certa fiducia che non soltanto il clero ed il popolo della

Nostra Roma, ma anche tutti i Nostri Venerabili Fratelli nell'episcopato cattolico e tutto il mondo cristiano si uniranno alle Nostre suppliche, o nel giorno stesso, o in altro giorno festivo a ciò indicato.

Sicuri che la Provvidenza divina, nel momento da lei designato, preparerà e darà i mezzi necessari per riparare le rovine morali e materiali di quelle immense regioni, che costituiscono la sesta parte delle terre dell'universo, Noi intanto persevereremo con tutto il trasporto dell'animo, in questa preghiera di riparazione e di propiziazione che attirerà, ne abbiamo fiducia, la pietà divina sul popolo russo.

E con questa fiducia, Noi accordiamo di cuore a lei, signor Cardinale, e a tutti quelli che si uniranno a Noi in questa crociata di preghiere, l'apostolica benedizione, pegno delle celesti grazie.

Dato a Roma presso San Pietro, il giorno 2 Febbraio, festa della Purificazione di Maria. Tergine, l'anno MDCCCCXXX, ottavo del Nostro Pontificato.

PIUS PP. XI

IT

AD EMUM P. D. CAIETANUM TIT. S. AGATHAE S. R. E. PRESB. CARD. BISLETI, PRAEFECTUM SACRI CONSILII SEMINARIIS AC STUDIORUM UNIVERSITATIBUS REGUNDIS: DE INSTITUTA COMMISSIONE AD NORMAS INNOVANDAS PRO COLLATIONE GRADUUM AC PEO RATIONE STUDIORUM IN ECCLESIASTICIS ATHENAEIS.

PIUS PP. XI

Signor Cardinale,

Con grande Nostra soddisfazione abbiamo letto la sua del 31 Gennaio p. p. (*) nella quale ella, signor Cardinale, Ci dava, ampie notizie sulla costituzione e sui lavori della speciale Com-

(*) *Huius epistolae tenor sic erat:* Beatissimo Padre, In adempimento dell'augusto rolere della Santità Vostra e in conformità alle direttive che la stessa Santità Vostra si è degnata di darmi, questo Sacro Dicastero nominò nel Marzo 1929 una Commissione

missione in adempimento della Nostra volontà e secondo le direttive Nostre da cotesto sacro Dicastero nominata per nn largo ed approfondito studio circa il conferimento dei gradi accademici nelle discipline sacre e circa il riordinamento delle Facoltà ecclesiastiche di Teologia, Filosofìa e Diritto canonico.

I nomi degli egregi membri del clero secolare e regolare chiamati a comporre la Commissione Ci erano già per se stessi altrettante ragioni a bène sperare della efficienza della Commissione medesima; le Nostre speranze sono state sorpassate dai lavori che la Commissione ha compiuti nelle sedici piene adunanze tenute

per lo studio circa il conferimento dei gradi accademici nelle discipline sacre e il riordinamento delle Facoltà Ecclesiastiche di Teologia, Filosofia e Diritto canonico.

Tale Commissione, nella quale sono rappresentati tutti gli Atenei ecclesiastici di Roma, è composta dei seguenti Reverendissimi Signori:

Revmo Mons. ERNESTO RUFFINI, **Segretario della S. Congregazione, *Presidente.***

Revmo D. FEDELE DE STOTZINGEN, **Abate Primate dei Benedettini Confederati, per l'Ateneo del Collegio di S. Anselmo.**

Revmo P. MARCO SALES **O. P., Maestro del S. Palazzo, Presidente della Facoltà teologica della Sapienza.**

Revmo Mons. SALVATORE TALAMO, **Segretario dell'Accademia Romana di S. Tommaso d'Aquino.**

Revmo P. AGOSTINO GEMELLI **O. F. M., Rettore Magnifico dell'Università Cattolica del S. Cuore.**

Revmo P. MARIANO CORDOVANI O. **P., Reggente del Pont. Collegio Angelico.**

Revmo P. DOMENICO PALERMO LAZZARINI **S. I., Prefetto degli Studi della Pont. Università Gregoriana.**

Revmo Mons. Pio PASCHINI, **Professore di Storia Ecclesiastica, Decano della Facoltà teologica del Seminario Romano Maggiore al Laterano.**

Revmo P. FILIPPO MAROTO **C M. F., Professore di Testo di Diritto canonico, Decano della Facoltà giuridica del Seminario Romano a S. Apollinare.**

Revmo P. AGOSTINO BEA **S. I., Professore nel Pont. Istituto Biblico e nella Pont. Università Gregoriana nel Corso di Magistero.**

Revmo P. CORNELIO DAMEN **C. SS. R., Professore di Teologia morale nell'Ateneo Urbano di Propaganda Fide.**

Revmo P. BERTRANDO KURTSCKBID **O. F. M., Professore di Diritto canonico nel Collegio Internazionale di S. Antonio.**

Revmo Mons. Paolo Savino, Aiutante di Studio della S. Congregazione dei Seminari e delie Università, *Segretario.'*

I Revmi Mons. Paschini e P. Maroto vennero indicati dall'Emo Cardinale Pompili ; il Revmo P. Damen fu presentato dall'Emo Cardinale Van Rossum; i Reverendi

dall'Aprile **1929** al p. p. Gennaio **1930,** lavori che la sua lettera, signor Cardinale, Ci riassumeva e dei quali 'Noi fummo minutamente e diligentemente tenuti al corrente dall'esimio Monsignor Segretario di cotesta Sacra Congregazione, Presidente della Commissione su lodata.

All'espressione della Nostra piena soddisfazione non possiamo non aggiungere quella del fiducioso desiderio che Ci mette in cuore la da lei espressa « più che fondata speranza » che il lavoro verrà sollecitamente compiuto, sì da poter esserci presentato in forma di schema verso la fine del corrente anno scolastico.

Con particolare soddisfazione abbiamo poi veduto tutti gli Atenei ecclesiastici di Roma essere — e tanto bene — rappre-

Padri Lazzarini e Kurtscheid furono suggeriti rispettivamente dai Superiori Generali della Compagnia di Gesù e dell'Ordine Francescano dei Frati Minori.

La Commissione iniziò subito i suoi lavori, e già il 23 Aprile 1929 teneva presso questa Segreteria la sua prima adunanza. A questa ne tennero dietro altre, cioè tre nel medesimo mese di Aprile, quattro nel successivo mese di Maggio, quattro nel mese di Dicembre u. s. e quattro in questo mese di Gennaio.

La discussione è proceduta sempre col più serio impegno da parte di tutti i componenli la Commissione, i quali, in antecedenza alle adunanze, preparavano studi particolari e stendevano voti sugli argomenti da trattare, voti che venivano dall'Ufficio stampati e distribuiti *per manus* ai singoli membri.

Sono state discusse diverse questioni relative ai requisiti necessari per la erezione degli Atenei ecclesiastici, all'ordinamento generale di tali Istituti, in ordine al conferimento dei gradi accademici, e alla *Batto studiorum* delle tre Facoltà di Teologia, Filosofia e Diritto canonico.

Ho ragione più che fondata a sperare che il lavoro verrà sollecitamente compiuto, sì da poter essere umiliato, in forma di schema, alla Santità Vostra verso la fine del corrente anno scolastico.

Non posso non far presente, Beatissimo Padre, la singolare applicazione e lo straordinario spirito di sacrificio dimostrato da tutti e singoli i dotti e prudenti membri della sunnominata Commissione, per l'attuazione del grave compito loro affidato. *E* perchè le loro fatiche abbiano a riuscire, come è loro profonda aspirazione, di pieno gradimento della Santità Vostra, per l'onore della Santa Chiesa, e per il sano progresso degli studi sacri, imploro umilmente per essi, come per me, l'Apostolica Benedizione.

Dalla Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università, 31 Gennaio 1930.

Di Vostra Santità

umilissimo, devotissimo, obbligatissimo servitore e figlio

GAETANO Card. BISLBTI.

sentati nella importante Commissione, come l'avevamo con particolare intenzione voluto; intendendo Noi che le deliberazioni della Commissione stessa, una volta da Noi approvate e fatte Nostre, siano obbligatorie, come per tutte in genere le Facoltà e gli Atenei ecclesiastici, così ed a più forte ragione per tutti quelli di Boma, nessuno eccettuato; diciamo a più forte ragione, perchè da quelli rifulger deve l'esempio di alta disciplina da' quali gli altri hanno il diritto di attenderlo. v

Intanto, a premio ed incoraggiamento del non facile lavoro ed a pegno dei divini indispensabili aiuti, a lei, signor Cardinale, a tutta la Sacra Congregazione da lei con tanto zelo presieduta ed in particolare alla nuova Commissione, ed ai singoli suoi membri, di tutto cuore impartiamo la Apostolica benedizione.

Dal Vaticano, 6 Febbraio 1930.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM P. D. PETRUM TIT. S. LAURENTII IN LUCINA S. R. E. PRESB. CARD. GASPARRI, HACTENUS A SECRETIS STATUS.

PIUS PP. XI

Signor Cardinale,

Si compie oggi l'ottavo anno dal giorno in cui, all'indomani della Nostra elezione, Ella, cedendo alle Nostre istanze, Ci prometteva e cominciava a prestarci quella assistenza e collaborazione, che, nell'alto ufficio di Segretario di Stato Ella aveva con così intelligente e devota fedeltà, con così felici successi, prestato al Nostro immediato Antecessore, Benedetto XV di sempre cara e venerata memoria; e sono ormai passati alcuni mesi dacché Ella, signor Cardinale, accettando con trasporto l'offertale Presidenza della Commissione Cardinalizia da Noi costituita per preparare la Codificazione canonica orientale,

Ci presentava le sue dimissioni da Segretario di Stato, non vedendo la possibilità di tenere contemporaneamente i due uffici.

Se abbiamo tardato fino ad oggi a prenderne atto formale e ad accettarle — per quanto a malincuore — come facciamo con la presente Nostra, ciò non è avvenuto soltanto, perchè questo giorno, nel quale si mutano gli anni del Nostro Pontificato, può sembrare non inopportuno per un mutamento così importante come quello che facciamo della persona sua nella persona del suo successore nell'alto e delicato ufficio, successore ch'Ella già tanto bene e favorevolmente conosce e che non abbiamo bisogno di presentarle nel signor Cardinale Eugenio Pacelli.

Questa dimora di più. mesi vuole anche dire e dice da sè sola la pena che sentiamo nel privarci della sua continua e quotidiana assistenza e collaborazione, sebbene molto Ci consola il pensiero di poter sempre contare su di Lei e sull'opera sua — e non soltanto nella difficile ed importante impresa della Codificazione canonica orientale.

Anche per un altro scopo abbiamo avuto bisogno di un poco di tempo e fu quello di farle preparare una conveniente dimora pel suo così ben meritato e non inoperoso riposo.

Ed ora, con grato animo ringraziandola del prezioso contributo di intelligente, fedele e devota collaborazione in questi otto anni prestatoci — particolarmente laborioso e non meno particolarmente da Dio benedetto in questi ultimi tempi — ed augurandole, pregandole dal buon Dio ogni bene, di tutto cuore la benediciamo.

Dal Vaticano, 7 Febbraio 1930.

PIUS PP. XI

IV

AD EMUM P. D. EUGENIUM TIT. SS. IOANNIS ET PAULI S. R. E. PRESB. CARD. PACELLI, A SECRETIS STATUS.

PIUS PP. XI

Signor Cardinale,

Avendo Noi creduto dovere accondiscendere (ciò che abbiamo fatto oggi stesso non senza grave pena) alle istanze del signor Cardinale Pietro Gasparri, perchè accettassimo le sue dimissioni da Nostro Segretario di Stato, abbiamo « coram Domino » deciso di chiamare e nominare con questo Nostro chirògrafo Lei, signor Cardinale, alla certo non facile e non poco laboriosa successione in quell'alto e delicato ufficio.

Ci muovono a questa nomina la fiducia innanzi tutto del di Lei spirito di pietà e di preghiera, che non può non propiziarle l'abbondanza dell'aiuto divino; poi anche la qualità delle doti onde il buon Dio l'ha arricchito, e delle quali Ella in tutte le mansioni sin qui affidatele, specialmente nelle due nunziature di Baviera e di Germania, ha mostrato di saper tanto bene usare, per la gloria del Divino datore ed in servizio della sua Chiesa. Di tutto cuore la benediciamo.

Dal Vaticano, 7 Febbraio 1930.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia Papa XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, sequentes Ecclesias de suo Pastore providere dignatus est, nimirum:

17 Ianuarii 1930. — **Metropolitanae Ecclesiae Dubuquensi, praefecit R. P.** *D.* **Franciscum J. Beekman, hactenus Episcopum Lincolnensem.**

29 Ianuarii. — **Metropolitanae Ecclesiae Beneventanae, R. P. Adeodatam a Sancto Ioseph, Procuratorem generalem Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum, in saeculo Ioannem Piazza.**

5 Februarii. — **Cathedrali Ecclesiae Tudensi, R. D. Antonium García y García, canonicum poenitentiarium capituli cathedralis Malaeitani.**

6 Februarii..— **Cathedrali Ecclesiae Apuanae, R. D. Ioannem Sismondo, parochum loci** *Monealvo* **in dioecesi Casalensi.**

14 Februarii. — **Cathedrali Ecclesiae Tabasquensi, R. D. Vincentium Camacho, parochum ad S. Michaelis in urbe Guadalajara.**

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

I

DECRETUM

DE CLERICIS ORIENTALIBUS, SIVE SAECULARIBUS, SIVE RELIGIOSIS, QUI E TERRITORIIS AUT DIOECESIBUS ORIENTALIBUS IN SEPTEMTRIONALEM VEL MEDIAM, VEL MERIDIONALEM AMERICAM, VEL IN AUSTRALIAE REGIONES DEMIGRANT, UT SPIRITUALEM INIBI CURAM PRAESTENT FIDELIBUS PROPRII RITUS.

Qua sollerti alacritate nullo non tempore Apostolica Sedes aeternae eorum fidelium orientalium saluti prospexerit, qui e territoriis patriarchalibus, regionibus seu dioecesibus orientalibus migrantes, exteras petunt

regiones, praesertim si sua inibi transtulerint domicilia, plurima sane documenta ac decreta, in hanc rem edita, luculenter testantur.

"Nihil enim Ecclesiae Matri antiquius fuit, quam omni ope eniti, ut isti quoque fideles, tot inter pericula, quae in iis exteris praesertim regionibus, praecipue ex eorum cum haereticis sectis et orientalibus dissidentibus commercio ac necessitudine oriuntur, sartam tectamque servarent catholicam fidem; atque ut suo cuiusque orientali ritu libere uti possent, etiamsi inter catholicos latini ritus degerent. Quapropter semper eidem cordi fuit, ut ad spiritualem eorum curam suscipiendam, sacerdotes orientalis ritus e territoriis patriarchalibus vel orientalibus deligerentur, qui scientia et bonis moribus praediti, sanctissimo huiusmodi ministerio obeundo pares omnino essent quique ad curam spiritualem exercendam in fideles sui cuiusque ritus fidenti animo mitti possent. Eadem de causa provisum atque praecautum est, ut praestantes horum sacerdotum dotes ac virtutes in antecessum diligenter dignoscerentur, itemque ut Ordinarii locorum ad quae demigrare cuperent, non modo libenter eos excepturi essent, sed etiam eos expeterent uti optatos laboris socios in vinea Domini. Quem in finem saepe plane a S. Sede leges et decreta peropportuna lata fuere.

Verum, cum procedente tempore, leges et decreta huiusmodi aut rite non intellecta sint, aut velut in oblivionem venisse viderentur, et abusus non pauci irrepserint, iidemque eius naturae, ut probis ritus orientalis sacerdotibus haud mediocri detrimento esse possent, Sacra haec Congregatio opportunum, immo necessarium esse duxit easdem leges ac decreta iterum commemorare, et restituere, idque praesertim ad spiritualem fideLium orientalium utilitatem efficacius procurandam. Uti enim pluries huic Sacrae Congregationi relatum fuit, quidam sacerdotes, ex iis praesertim qui in Americam et Australiani se contulerunt, ob suum cuiusque agendi morem, non tantum a latinis, sed a suis etiam orientalibus fidelibus gravi improbatione et quasi nota censoria digni habiti sunt; alii, quaerentes quae sua sunt, non quae Iesu Christi, fideles suis curis concreditos misere dereliquerunt, huc illuc passim vagantes; ahi demum, ne catholici quidem aut sacro Ordine initiati, corruptis documentis, tam callide locorum Ordinarios in errorem inducere conati sunt, ut iidem nonnunquam conquesti sint, quasi sacerdotes probi ab improbis, legitimi a simulatis ac mendaeibus, vix aut ne vix quidem discerni ac cognosci possint. Quae cum ita sint, neminem latet quantis incommodis in suo obeundo munere praepediatur optimi orientalis ritus sacerdotes, ac propterea quam necessarium sit opportuna remedia, abiecta omni cunctatione, salubriter afferre.

Verum in his remediis exquirendis, duxit haec Sacra Congregatio necessarium non esse leges ac decreta compluries a S. Sede lata immutare, sed

satius ea restituere ac renovare, simul statuendo methodum ac viam certam ac definitam, qua citius et melius eaedem leges et decreta eadem applicarentur et fraudibus contra ipsa aditus praecluderetur.

Non vero eget haec Sacra Congregatio moras trahere in commendando Episcopis latinis illarum regionum orientales, qui in eorundem dioecesibus commorantur; probe enim ipsa novit quanto amore, hoc praesertim tempore, tum Episcopi latini, tum Nuntii aut Delegati Apostolici prosequantur orientales, eos quoque qui ab unitate Ecclesiae sunt separati; nam non una tantum communitas seu paroecia schismatica ad unitatem Ecclesiae, cura et industria Episcoporum Americae, rediit.

Rogat igitur magis magisque eosdem Ordinarios, ut omni zelo, studio et industria incumbant, ad normam praesertim Const. « Orientalium dignitas » n. 9, in curam orientalium fidelium in suis dioecesibus commorantium, ut, incolumi manente ritu, ecclesias et quidem scholas, quatenus fieri possit^ pro iis excitandas curent: quod si ii proprias scholas habere, pro rerum adiunctis, non valeant, omni ope adnitantur ne illi orientales quasi coacti sint suos pueros scholis protestanticis aut alienis a sensu Christi committere. Pariter, quinimo praesertim, foveant vocationes ecclesiasticas in filiis indigenis illorum fidelium ritus orientalis, et curent ut non solum ad pietatem informentur et ecclesiasticis disciphnis imbuantur, sed etiam, consulta hac Sacra Congregatione, ut in proprio ritu probe instruantur et in sacris ordinentur; nam iis quoque, ita eruditis et institutis, addictis ad curam spiritualem fidelium suorum rituum, plenius huic curae spirituali prospectum erit, quia eorum opera convenientius erit impensa et propensius accepta.

Ut igitur haec Sacra Congregatio aptiore modo debitae sacerdotum orientalium existimationi consulat, itemque spirituali fidelium orientalium procurationi prospiciat, tota re mature discussa in comitiis generalibus Emorum Patrum habitis die 17 Iunii 1929, haec, quae sequuntur, statuit ac decernit de sacerdotibus orientalibus, qui in Americae vel in Australiae regiones se conferunt ad pastorale inibi ministerium exercendum; quae quidem diligenter religioseque erunt observanda, sive ab Ordinariis et sacerdotibus orientalibus, sive etiam, vi can. 257 Codicis iuris canonici, ab Ordinariis latinis.

1. Ordinarii latini locorum, de quibus supra, inquirant num catholici ritus orientalis sedem transtulerint aut commorentur in suis dioecesibus; ad quem certum et definitum ritum orientalem pertineant, an iidem indigeant necne cura spirituali praestanda a sacerdote proprii ritus; et hinc sinemora hanc necessitatem aut opportunitatem curae spiritualis, uti supra, huic Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali significent et declarent

per Nuntium aut Delegatum Apostolicum regionis, qui, si opus sit, eandem necessitatem aut opportunitatem recognoscet et comprobabit.

Sacra vero haec Congregatio statim per Nuntium aut Delegatum Apostolicum regionis rem communicabit cum Episcopo vel Episcopis orientalibus eiusdem ritus, aut cum Domino Patriarcha, si ritus eo gaudeat, et casus ferat; simul rogando ut unum vel plures sacerdotes ad hoc munus dignos et idoneos designent, a S. C. pro Ecclesia Orientan, cuius erit licentiam concedere, adprobandos, idque pariter significent per Nuntium aut Delegatum Apostolicum regionis, qui suam sententiam de hisce sacerdotibus ipsi Sacrae Congregationi patefaciet.

2. Quodsi Domini Patriarchae aut Episcopi orientales, quacumque via et ratione certiores facti sint de hac opportunitate vel necessitate curae spiritualis fidelibus orientalibus in iis locis praestandae per sacerdotes proprii ritus, id pariter significent huic Sacrae Congregationi, simul indicando dioecesim vel dioeceses ubi fideles isti degant et designando ac proponendo sacerdotem vel sacerdotes, uti supra, dignos et idoneos, idque significent per tramitem Nuntii aut Delegati Apostolici, qui suam sententiam, uti supra, de propositis sacerdotibus declarabit.

Sacra vero haec Congregatio statim rem Episcopo loci de quo supra, per Nuntium aut Delegatum Apostolicum, declarabit, simul rogando Ordinarium de suo consilio vel licentia; itemque Nuntium aut Delegatum Apostolicum de sua sententia super negotio universo.

3. Si qui fideles curam spiritualem exoptent per sacerdotem proprii ritus, expeditius erit si id„petant ab Ordinario loci, qui petitionem, una cum suo consilio vel consensu mittat ad Nuntium aut Delegatum Apostolicum regionis, qui quidem id transmittat ad hanc Sacram Congregationem cum suis percontationibus, informationibus et voto.

4. Equidem non tantum Domini Patriarchae, et Ordinarii sive latini sive orientalis ritus, sed etiam fideles, possunt directe ea, de quibus supra, cum hac Sacra Congregatione communicare; attamen non parvum temporis compendium sequetur, si ordine supra statuto id fiat.

5. Episcopus vel Episcopi orientales vel Patriarcha, prouti supra in art. 1 et 2, designando sacerdotem vel sacerdotes dignos et idoneos ad curam spiritualem, simul trasmittant litteras commendatitias ad Missae celebrationem atque edoceant Sacram Congregationem de eius vel eorum curriculo vitae et moribus, deque iis omnibus quae comprobare possint eum vel eos ad munus suscipiendum vere dignos esse atque idoneos. Si agatur de sacerdote cleri regularis designatio et informationes transmittantur etiam a suo Superiore.

6. Ad sacrum ministerium exercendum in praefatis regionibus non

admittantur sacerdotes saeculares uxorem habentes, sed solum sacerdotes caelibes, aut vidui. Vidui tamen iustis de causis ab hac Sacra Congregatione excludi poterunt ab iis dioecesibus et locis, in quibus eorum proles forte degat aut quocumque modo inveniatur, pariterque si in vicin.iis eorundem locorum.

7. Statim ac Sacra haec Congregatio, opportunis assumptis notitiis, designatum sacerdotem idoneum reputaverit, per speciale *rescriptum,* modo usitato, concedet licentiam ut dictus sacerdos se conferat in determinatam dioecesim, ut inibi domicilium constituat et fidelibus suae gentis seu ritus spirituale praebeat auxilium.

Idque rescriptum seu licentiam Sacra Congregatio, ad omnem dubitationem et difficultatem Episcopis harum regionum auferendam, mittet ad Ordinarium dioecesis ubi sacerdos ritus orientalis domicilium constituere intendit, per tramitem Nuntii aut Delegati Apostolici, vel, si res urgeat, directe ad eundem Ordinarium, certiorato simul Nuntio aut Apostolico Delegato. Unius erit huius Sacrae Congregationis, Ordinariis et ipsis Patriarchis exclusis, hanc licentiam concedere, quam Sacra Congregatio scripto, seu per *rescriptum* dumtaxat dabit.

8. Eandem licentiam Sacra Congregatio ad sacerdotem designatum mittet per Nuntium aut Delegatum Apostolicum, vel, eo certiorato, per Ordinarium proprium, aut, uti supra dictum, per Patriarcham, et, si agatur de sacerdote religioso per suum Superiorem, Delegato Apostolico, et, si casus ferat, Patriarcha certioratis; atque una cum licentia, mittet, ratione supra determinata, eidem sacerdoti litteras commendatitias, vulgo *celebret,* dictum in finem, et pro tempore necessario ad iter faciendum validas.

9. Sacerdos, sine mora, simul ac poterit, ad statutum locum proficiscetur.

Si opus sit ut iter ad tempus intermittatur, sacerdos ad Missae celebrationem admitti potest, ab eo exhibitis rectori ecclesiae, ubi litare exoptat, litteris commendatitiis, vulgo *celebret,* a Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali acceptis. Eector vero Ecclesiae in iisdem litteris adnotabit diem celebrationis et titulum Ecclesiae, una cum sua subsignatione.

Quodsi memoratus sacerdos orientalis ritus moram protrahat plus quam aequum est, rector Ecclesiae hac de re certiorem reddat Episcopum seu Ordinarium loci.

Ordinarius loci ne admittat amplius ad Missae celebrationem sacerdotes, qui, sine iusta causa, plus quam aequum est, in loco interiecto consistant, aut huc illucque vagentur, et, salvo suo iure, rem referat Nuntio aut. Delegato Apostolico, aut huic Sacrae Congregationi.

10. Statim ac memoratus sacerdos ad statutam dioecesim pervenerit, sistat coram Ordinario loci, eidem exhibendo litteras commendatitias a

Sacra Congregatione, et litteras discessoriales a proprio Antistite aut a Domino Patriarcha habitas.

Loci vero Ordinarius, iuxta tenorem *rescripti* habiti ab hac Sacra Congregatione, de quo in art. 7, ei facultatem dabit Missam seu divinam Liturgiam celebrandi, Sacramenta administrandi, ac quaelibet sacra munia persolvendi, necnon mansiones pro cura spirituali fidehum proprii ritus, eaque omnia suscipiendi, quae necessaria et opportuna censuerit; itemque locum praefiniet, in quo sacerdos domicilium statuere debeat.

11. Dictus sacerdos iurisdictioni Ordinarii loci subesse debet.

12. Salvo igitur semper suo ritu, stet mandatis Ordinarii loci, tum quoad curam spiritualem suorum fidehum in loco et in Ecclesia sibi assignatis, tum ad adeundam aliam ecclesiam, paroeciam, seu alium locum ipsius dioecesis ad ministerium exercendum, vel ad fideles sui ritus causa sacri ministerii invisendos.

Neque in aliam dioecesim se conferre poterit, pro exercitio temporaneo sacri ministerii aut pro invisendis fidelibus proprii ritus, nisi praehabito consensu Episcopi *a quo* atque Episcopi *ad quem;* et si hunc consensum obtinuerit, se gerat modo, ratione et condicionibus a memoratis Superioribus statutis.

.13. Ut quilibet sacerdos, qui in aliquam dioecesim Americae, vel Australiae emigraverit, mutare dioecesim valeat in ambitu earundem regionum, sufficit ut in hoc conveniant Episcopus *a quo* et Episcopus *ad quem;* proprium consensum scripto significando. Hac de re vero, Episcopus *ad quem* nuncium quantocius mittere tenetur per Nuntium aut Delegatum Apostolicum ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali.

14. In fine cuiusque anni, a die data in rescripto supputandi, tenetur quilibet sacerdos orientalis, qui in praefatis regionibus degat, *relationem scriptam* mittere ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali de statu religioso suorum fidehum et de sacro ministerio adimpleto; hanc vero relationem exhibebit Ordinario loci, ut hic sua auctoritate eam *scripto* comprobet, opportune suas addens adnotationes, ipseque Ordinarius eam ad Sacram Congregationem transmittat.

15. Nullus ergo Episcopus in suam dioecesim admittat aliquem sacerdotem orientalis ritus, e dioecesi orientali provenientem, eique facultatem celebrandi, vel sacrum ministerium exercendi det, nisi a Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali necessarium *rescriptum* antea acceperit, ad normam art. 7; itemque, nisi hoc *rescriptum* receperit, nullam, ad omnem fraudem praecavendam, Ordinarius praestet fidem quibusvis litteris aut documentis, iis etiam uti ex hac Sacra Congregatione prolatis, exhibitis a sacerdote, vel ab eo qui se esse sacerdotem dictitat; atque in casu, salvo suo iure,

rem referat Nuntio ant Delegato Apostolico snae regionis velhuic Sacrae, Congregationi.

Interim vero Ordinarius loci in sacerdotem orientalem qui dictum in finem sine debita licentia in suam dioecesim se contulerit animadvertere poterit, pro suo prudenti arbitrio, remediis et sanctionibus, ad normam art. 9.

16..Sacerdotes omnes dictum in finem ibi commorantes, firma manente prohibitione eleemosynas, pecuniam, sine huius Sacrae Congregationis facultate, colligendi, quod attinet ad stipes Missarum et collationes consuetas, pro more dioecesis, ad Dei cultum, ad ecclesias vel scholas etc. faciendas, stent omnino decretis et ordinationibus dioecesanis; nisi aliter in casibus particularibus pro iis praescribendum Ordinarius loci censeat.

17. Praescriptis, de quibus in art. 11, 12,13,14,15 et 16, tenentur ii quoque sacerdotes orientales, qui ante editum hoc decretum se contulerint in has regiones, ibique legitime commorentur.

18. A Buthenis vero, qui se conferunt ad Foederatos Status Americae, aut ad Canadensem ditionem, ad exercendam curam spiritualem sub iurisdictione Ordinariorum sui ritus, serventur particularia decreta ab hac Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali lata.

Quod si ad id munus petant alias regiones supra memoratas, praescriptiones huius decreti servabunt.

Hoc decretum, ut cunctis ad quos pertinet probe perspectum evadat, vim obligandi habebit a die prima mensis Aprilis anni millesimi nongentesimi trigesimi.

Quae omnia Ssmo Domino relata in audientiis 22 Iunii et 7 Decembris, an. 1929, Sanctitas Sua adprobavit ac rata habuit, atque decretum de iis edendum iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 23 Decembris 1929.

A. CARD. SINCERO, *a Secretis.*

L. © S.

H. I. Cicognani, *Adsessor**

II

DECRETUM

DE CLERICIS ORIENTALIBUS, SIVE SAECULARIBUS, SIVE RELIGIOSIS, QUI E TERRITORIIS AUT DIOECESIBUS ORIENTALIBUS IN AMERICAM SEPTEMTRIONALEM, VEL MEDIAM, VEL MERIDIONALEM, VEL IN AUSTRALIAE REGIONES SE CONFERUNT, NON AD CURAM SPIRITUALEM FIDELIBUS PROPRII RITUS PRAESTANDAM, SED OB ALIAM CAUSAM, OECONOMICAM VEL MORALEM, VEL DEMUM UT INIBI PER BREVE TEMPUS VERSENTUR.

Non raro accidit ut clerici orientales e territoriis vel dioecesibus orientalibus, obtenta vel non licentia ab hac Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali, in Americam vel in Australiae regiones se conferant, et ibi diutius commorentur, cuiusvis generis causis interpositis, huc et illuc vagentur nomine auxilii praestandi fidelibus suae gentis vel ritus, vel eos invisendi, quandoque vero stipes Missarum et, sine facultate, eleemosynas colligant, «acra ministeria illegitime exerceant, atque ita non parvo detrimento sint bonae existimatione orientalium, praesertim sacerdotum. Ut igitur, prout opus est, consulatur bono nomini sacerdotum orientalium, atque omnis fraudi via, hac in re, praecludatur, Sacra haec Congregatio, re pertractata in comitiis generalibus Emorum Patrum die 17 Iunii 1929 habitis, quae sequuntur statuit atque decernit.

1. Quilibet clericus, qui in hisce adiunctis inveniatur, per tramitem sui Superioris, aut Episcopi Ordinarii vel Patriarchae, supplices preces ad hanc Sacram Congregationem mittat, ac causam petitionis exponat; indicet pariter tempus huic itineri et suae absentiae necessarium, atque locum vel loca ad quae vult se conferre; et si agatur de coniunctis invisendis vel de negotiis temporalibus tractandis, indicet domicilium eorum, ad quos visitandos intendit et quibuscum agendum sibi est.

2. Superior, Episcopus Ordinarius, vel Patriarcha, scripto addat hisce precibus, antequam eas ad hanc Sacram Congregationem mittat, sedulas notitias de vita et moribus sacerdotis oratoris, suam mentem de causarum veritate significet, atque litteras commendatitias suppeditet pro Missae celebratione.

Praestabit vero illas preces, de quibus in art. 1, et has notitias transmittere per tramitem quoque Nuntii aut Delegati Apostolici.

3. Si vero haec Sacra Congregatio — assumptis, si casus ferat et ipsa ita censeat, aliis notitiis de sacerdote, — imploratam licentiam concesserit, hac de re *nuncium,* per Nuntium aut Delegatum. Apostolicum, vel, eo certiorato, Ordinario loci ad quem pergere ille intendit, ut ibi moram faciat, dabit; atque sacerdoti licentiam impertietur *per rescriptum* ipsi tradendum, una cum litteris commendatitiis ad Missae celebrationem, indicando pariter locum, ad quem praefatus sacerdos est perrecturus, itemque causas et tempus ibi manendi.

4. Pro casibus vero urgentioribus, in quibus ob grave damnum vel periculum instans tempus non sit recurrendi ad Sacram Congregationem, eadem Sacra Congregatio Nuntiis aut Delegatis Apostolicis necessarias tribuit facultates iuxta speciales instructiones eisdem datas.

5. Iis servatis, quoad loca interiecta in itinere, quae statuta sunt, congrua congruis referendo, in art. 9 decreti huius Sacrae Congregationis diei 23 Decembris 1929, Ordinarius loci, ad quem sacerdos pervenit ut ibi moram faciat iuxta concessionem huius Sacrae Congregationis, Missae celebrationem eidem permittere valet ad normam nuncii recepti a Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali.

6. Si vero Ordinarius loci *nuncium* de quo in art. 3 non receperit, ad praecavendas omnes fraudes, fidem ne praestet litteris aut documentis, iis etiam uti ex hac Sacra Congregatione prolatis, exhibitis a sacerdote, vel ab eo qui se esse sacerdotem dictitat, eum non admittat ad Missae celebrationem, eoque minus ad sacrum ministerium exercendum, et, salvo suo iure, rem deferat Nuntio aut Delegato Apostolico suae regionis vel huic Sacrae Congregationi.

Elapso statuto tempore memoratus sacerdos ad suam dioecesim redeat, servatis in reditu quae in art. 5 decernuntur.

7. Si memoratus sacerdos ultra tempus statutum diutius sine iusta causa commoretur in loco, de quo supra, loci Ordinarius ne amplius eum admittat ad Missae celebrationem, et, salvo suo iure, rem referat Nuntio aut Delegato Apostolico, aut huic Sacrae Congregationi.

8. Iidem sacerdotes, quoad eleemosynas, pecuniam, aut stipendia Missarum colligendas seu corrogandas, omnino tenentur decreto huius Sacrae Congregationis « De clericis orientalibus eleemosynas, pecuniam vel Missarum stipendia colligentibus, seu corrogantibus extra orientales regiones et dioeceses », dato hac ipsa die 7 Ianuarii .1930.

Hoc decretum, ut cunctis ad quos pertinet probe perspectum evadat, vim obligandi habebit a die prima mensis Aprilis anni millesimi nongentesimi trigesimi".

Quae omnia, Ssmo Domino relata in Audientiis d. 22 Iunii et 7 Decem-

bris, a. 1929, Sanctitas Sua adprobavit ac rata habuit, atque decretum de iis edendum iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 7ª Ianuarii 1930.

A. CARD. SINCERO, ***a Secretis.***

I». © S.

H. I. Cicognani, ***Adsessor****

III

DECRETUM

.DE CLERICIS ORIENTALIBUS ELEEMOSYNAS, PECUNIAM VEL MISSARUM STIPENDIA COLLIŒENTIBUS SEU CORROGrANTIBUS EXTRA ORIENTALES REGIONES, ET DIOECESES.

Saepenumero Apostolica Sedes normas et decreta edidit de iis rebus rationibusque, quae vel ad clericos orientales pertinent, vel ad eos, qui huiusmodi titulum usurpantes, quavis interposita causa, domo demigrantj et per exteras regiones cursitantes, eleemosynas quaerunt, stipem corroganfy ac Missarum stipendia expostulant, aliquando etiam falso affirmantes se facultatem habere retinendi partem tantum stipendii, reliquum vero concedendi seu relinquendi ipsis offerentibus, clerum et fideles nimium saepe decipientes. Qua in re, ea documenta repetere ac revocare iuvat, quae recens promulgata sunt, ac praesertim *Epistulam circularem* a Sacra Congregatione Fidei Propagandae die 1 mensis Ianuarii anno 1912 datam, atque *Monitum* a Sacra hac Congregatione nuperrime datum die 2 mensis Aprilis a. 1928; praeterquam quod can. 622 § 4, Codicis iuris canonici statuit, scilicetr « Sine authentico et recenti rescripto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, Ordinarii latini nec sinant orientalem ullum cuiusvis ordinis et dignitatis in proprio territorio pecuniam colligere, nec suum subditum in orientales dioeceses ad eundem finem mittant ».

Attamen, quoniam gravissimae eiusmodi f allaciae non raro, etiam nunc, ab iis praesertim conteguntur et struuntur qui, cum neque clerici, neque orientales, neque catholici sint, dolo sibi rem atque nomen assumunt, ad fraudes praecavendas, et ad consulendum, pro viribus, bonae èxistimationi orientalium, normae alias datae per hoc decretum, mature perpensum in

-coetu Plenario Emorum huius Sacrae Congregationis Patrum die 17 Iunii 1929 habito, satius ac disertius confirmantur atque enucleantur:

1. Ad quamlibet in latina dioecesi collectam, sive pecuniae, sive stipendiorum Missarum a quocumque clerico orientali, cuiusvis ordinis et dignitatis, faciendam, omnino necessaria est licentia Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali.

2. Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali hanc legem sequetur, ut numquam licentiam concedat, sive pecuniam quaeritandi, sive stipendia Missarum colligendi, pro quovis loco, ac quaecumque adducatur causa.

3. Quod si aliquando, propter adiuncta omnino peculiaria et ex causa prorsus extraordinaria, hoc permittere iudicaverit, huiusmodi peculiaris concessio ad loca nominatim determinanda praefinita erit et coarctata; ac simul *ipsa Sacra Congregatio Episcopos locorum singillatim st expresse certiores faciet de hac licentia ac de ratione tributae concessionis-, firma lege, ut etiam in hoc casu collecta fieri nequeat nisi de consensu Episcopi.*

4. Nullus ideo Ordinarius, extra casum quo ipsemet a S. Sede, vel directe vel per Legatum Romani Pontificis — sive Nuntium, sive Delegatum Apostolicum, — uti supra statuitur, praemonitum fuerit, ad omnes fraudes hac in re praecavendas, ullo modo concedere poterit vel permittere, ut quaelibet collecta in sua dicione fiat, sive pecuniae, sive Missarum stipendiorum, ne in casu quidem quo stipem quaeritans litteras commendatitias vel quaelibet documenta aliorum Ordinariorum et cuiusvis dignitatis ecclesiasticae exhibeat, non exclusis iis quoque documentis quae exhibeantur uti ab hac Sacra Congregatione prolata.

Itemque, neque Ordinarii, neque ecclesiarum rectores poterunt istiusmodi orientalibus vel iis qui se dictitant orientales, stipes Missarum suppeditare seu quomodolibet concedere.

Quod si fecerint, ipsi respondere tenentur de Missarum celebratione, et pro modo culpae, de auxilio iis praestito quoad pecuniam et stipendia seu intentiones Missarum collecta.

5. Praesens Decretum ad omnes orientales ubique locorum spectat, iis tamen exceptis, qui in proprio territorio orientali versantur.

6. Rogantur Revmi Ordinarii, ut de hoc Decreto certiores faciant suos sacerdotes, praesertim ecclesiarum rectores, domus religiosas, et quatenus opus sit, etiam fideles.

Quod si similes casus seu abusus accidant in suis dioecesibus, nomina istorum, qui se esse orientales dicunt, referant ad hanc Sacram Congregationem, et, si res urgeat ac suadeat, deferant quoque ad Magistratus seu Auctoritates civiles loci.

Hoc decretum, ut cunctis ad quos pertinet probe perspectum evadat, vim obligandi habebit a die prima mensis Aprilis anni millesimi nongentesimi trigesimi.

Quae omnia Ssmo Domino relata in Audientiis d. 22 Iunii et 7 Decembris a. 1929, Sanctitas Sua adprobavit ac rata habuit, atque decretum de iis edendum iussit.

Datum Eomae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 7[a] Ianuarii 1930.

A. CARD. SINCERO, *a Secretis.*

L. © S.

H. I. Cicognani, *Adsessor.*

IV

NOTIFICATIO.

Cum sacerdos graeci melchitici ritus Minas Nammar, e Congregatione monastica S. Basilii Magni Soaritarum, (cessata facultate anno 1926 concessa in America non ultra annum commorandi, renuerit obedire mandato pluries facto redeundi in Libanum ad monasterium suae Congregationis monasticae, et e converso per varias regiones pervagatus sit et adhuc vagans exstet; haec Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali statuit et declarat, pro norma Ordinariorum, praesertim Americae Meridionalis et Centralis, praefatum Minas Nammar suspensum esse a divinis.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

INSTRUCTIO

AD VICARIOS PRAEFECTOS QUE APOSTOLICOS ET AD SUPERIORES INSTITUTORUM, QUIBUS A S. SEDE MISSIONES CONCREDITAE SUNT.

Quum huic Sacrae Congregationi, Propagandae Fidei praepositae, hinc a Vicariis et Praefectis Apostolicis, inde a Superioribus Institutorum, quibus missiones commissae sunt, circa propriam atque legitimam in gubernandis missionibus auctoritatem non infrequenter proponantur quaestiones,, opportunum existimatum est, principia iuris, quae hanc materiam regunt, paulo magis illustrare. Dubitationes enim, haesitationes et incertitudines huiusmodi creare solent animorum dissensiones et rectam impedire missionum gubernationem earumque optatum progressum.

Ecclesia a (Hvino suo Conditore mandatum accipiens: *Sicut misit me Pater et ego mitto vos. .Euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturae,* Ipsius in terris prosequitur missionem, nihil aliud quaerens quam universum humanum genus ad agnitionem Iesu Christi adducere et per legis evangelicae observantiam ad caelestem gloriam perducere.

In hoc divino mandato exsequendo Ecclesia solet imprimis in regionibus adhuc infidelibus Instituta religiosa vel missionalia tamquam socios sibi adiungere, ipsis committens regionem aliquam evangelizandam.

Institutum autem hanc laboris Ecclesiae participationem acceptans, ipsam Ecclesiae missionem arcte complectitur atque omnino suam facit. Unde revera in assumpta evangelizanda regione nihil aliud prosequi debet quam quod Ecclesiae missio habet, scilicet Iesum Christum annuntiare, populos ad veritatis agnitionem adducere, viam ad aeternam beatitudinem edocere, Dei regnum propagare. Qui ab hoc fine divino vel etiam in parte aberraret, terrenis propositis inserviret, aliudque quodcumque et quantumcumque in se fortasse honestum consequendum intenderet, altam missionis praestantiam non perspiceret ac mandato commisso atque suscepto deesset.

Omnis quicumque in hoc opere adiutricem suam operam praebet, totus ac unice evangelico mandato Ecclesiae inserviat oportet.

Ecclesia porro, alicui Instituto regionem aliquam evangelizandam committens, non intendit illum terrae tractum plane ac omnino relinquere curis

illius Instituti. Iussui divino, cui deesse non potest, obtemperans, partem principalem, totum scilicet regimen missionis sibi retinet, ab Instituto adiutore generosum auxilium exspectans operariorum evangelicorum et mediorum ad opus exsequendum.

Quamobrem verum missionis Superiorem ac Moderatorem Ecclesia ipsa nominat. Solet quidem ipsa ab Instituto, pro ipsius mutuae operae officiis, petere ut viros aliquos, doctrina, virtute atque apostolico studio praestantes, sibi proponat; sed ille quem ex eis eligit et missioni praeficit, non iam Instituti nomine et auctoritate, sed vice ac potestate Ecclesiae missionem regit.

Itaque qui missioni ab Ecclesia praeponitur, sive is Vicarius fuerit sive Praefectus Apostolicus vel etiam simplex Superior, in gubernanda missione non iam ab Instituto sed a Sancta Sede dependet, et de ea non Instituto rationem reddere tenetur, sed Sanctae Sedi, quae eum elegit. Similiter in explendo suo officio non Superiorum Instituti placitis stare debet, sed p **Ecclesiae ductu ac desideriis uti tenetur.**

Mhüominus summi semper momenti est ut is, cui a Sancta Sede regimen missionis concreditur, intime coniunctus atque acceptus maneat Instituto suo eiusque Superioribus. Quo enim maior exsistit cum hisce animorum coniunctio et voluntatum ad salvandas animas conspiratio, eo alacrius et fructuosius a missionariis laborabitur et eo libentius ac generosius operarii evangelici mittentur et subsidia necessaria suppeditabuntur.

Itaque unus ac verus missionis Superior is est qui nominatur a Sancta Sede, cui, uti praecipit canon 1350 «*universa missionum cura... unice reservatur)).* Tota proinde actio in regione ad fidem convertenda ad ipsum pertinet, ab ipso moderatur. Ipse iudicat atque praescribit qua via et modo procedendum erit. Ad ipsum spectat missionales stationes constituere, scholas inferiores et superiores aperire, orphanotrophia, nosocomia, dispensatoria aliaque caritatis christianae opera providere, sacella et ecclesias erigere. Ipsi iudicandum est de modo, tempore, curriculo catechumenatus, de scientia debita et idoneitate catechistarum instituendorum.

Sine ipso nemo, cuiuscumque sit auctoritatis, opus aliquod in missione sive inchoare, sive immutare, sive supprimere potest.

Ex his aperte sequitur in veri Superioris missionis potestate esse debere tam media et opes, de quibus missio disponere potest, quam missionarios, qui ad regnum Dei dilatandum in ipsius territorium mittuntur.

In Superioris ecclesiastici potestate sunt opes et media missionis. In eius manu sint oportet subsidia quaecumque missioni data, sive haec ab operibus missionalibus Propagationis Fidei, Sacrae Infantiae, S. Petri Apostoli pro clero indigena, aliisve huiusmodi proveniant; sive alio modo a christifidelibus vel etiam ab ipso Instituto, cui missio est concredita, oblata sint,

sive a gubernio civili aliove qualicumque, caritatis vel humanitatis opere elargita fuere. Haec quidem omnia cum suo Consilio ipse a<iministrat, sicut et fundos mobiles atque immobiles missionis, atque de iis, salva determinata specifice destinatione donorum, pro necessitate ac utilitate missionis libere disponit. Si enim opes mediaque materialia, quae ad vitam et incrementum missionis destinata sunt, in alterius essent potestate, missionem rite gubernare ipse nequiret, sed ab alius arbitrio dependeret. Neque tamen inde sequitur Superiorem missionis pro libitu atque arbitratu suo opera quaecumque in sua missione moliri atque exsequi posse, Institutumque deinde teneri expensis providere ac debita portare. Non ita. Si missionis Superior opus aliquod aggredi intenderet ad quod exsequendum necessaria pecuniae vis deesset vel apti evangelici operarii desiderarentur, cum Instituti sui Superioribus rem agat oportet, vel etiam pro rerum adiunctis ad Sacram Congregationem de Propaganda Pide recurrat.

Sicut Superioris ecclesiastici est de mediis materialibus disponere, ita quoque de missionariis. Eius auctoritati subduntur non solum missionarii strictiore sensu sumpti, qui scilicet in Evangelii praedicationem et in animarum conversionem proxime incumbunt, sacerdotesque quicumque, qui alio modo apostolice in missione laborant, verum etiam fratres laici in missionalibus operibus adhibiti.

Haec tamen minime impediunt quominus peculiares conventiones, quae, ut maiorem vim et stabilitatem habeant, Sacrae Congregationi de Propaganda Fide submitti solent, a Superiore ecclesiastico cum Institutis sive virorum sive sororum ineantur, ex quibus mutua iura aeque componantur.

Similiter non prohibetur quominus in missionibus domus religiosae, etiam exemptae, quinimo etiam religiosae provinciae, servatis de iure servandis, erigantur. Sacra Congregatio similes fundationes valde exoptat, non solum quia omnino desideriis congruunt a Domino Nostro Pio Pp. XI encyclicis litteris *Berum Ecclesiae* expressis, verum etiam quia summae utilitatis sunt, praesertim ubi agitur de missione clero indigenae concreditanda. In hisce et similibus casibus Superiori missionis ea iura competunt, quae a Codice iuris canonici, congrua congruis referendo, Episcopis circa huiusmodi Instituta conferuntur.

In usu potestatis suae missionis Superior magno iudicio et consideratione semper procedat. Non solum magni faciat Consilium missionis, quod ad praescriptum normamque canonis 302 constituere et consulere tenetur, verum etiam in magno pretio habeat Superioris religiosi iudicia et consilia. Egregie siquidem Instituta, quibus a Sede Apostolica missiones concreditae sunt, in bonum suorum sodalium ipsiusque missionis, regionales constitue.-

runf Superiores. Horum quidem officium, a propriae religionis statutis definitum, limitatur omnino ad. vitam religiosam missionariorum. Ipsis praesunt qua religiosis sodalibus ad eorum tam spiritualibus, quam temporalibus necessitatibus et utilitatibus providendum. Curant et invigilant imprimis ut missionarii constitutiones proprii Instituti, quatenus apostolici labores id sinunt, fideliter observent, ut virtutes et perfectionem christianam colant, et secundum" propriae professionis spiritum vivant. Unde apparet duas esse in missionibus potestates, quibus missionarii subduntur. Et licet utrique proprius atque omnino distinctus campus sit actionis: una missionariis qua missionariis imperante, altera religiosis qua religiosis praecipiente, quum tamen circa easdem personas exerceatur, nemo profecto non videt, quanti momenti sit, ut concorditer agant. Ex eorum amice collata opera pax procedit in missione et missionariorum fidus, alacer, animosus labor; ex eoram dissensione animorum deturbatio, partes, lugendae saepe difficultates. Ut ergo omnis Superiorum auctoritatum collisi o, quantum fieri potest evitetur, atque in optatissimum missionis et animarum bonum ambae potestates perfecte conspirent, de mutua earum relatione aliquid amplius dicere iuvabit.

Regula primaria sit ut Superior missionis, praeter casus in iure praevisos, ne sese ingerat in disciplinam regularem et universim in ea omnia, quae ad vitam religiosam referuntur. Vicissim Superior religiosus ne sese immisceat aut quocumque modo se oceupet in iis quae ad regimen missionis pertinent. Si tamen unquam conflictus in hisce orietur, praevalet auctoritas Superioris missionis, salvo iure recursus ad Sanctam Sedem (can. 296).

Superioris missionis est stationum missionalium Superiores nominare, eas sicut etiam missionarios mutare, de uno in alium locum transferre, eis uti pro occurrente missionis necessitate vel utilitate in diversis officiis vel muneribus. Omnes apostolici missionariorum labores ab eius directione dependent. Missionarii omnes eius subiiciuntur iurisdictioni, visitationi, correctioni in iis quae pertinent ad stationum regimen, sacrum ministerium, curam animarum, populi disciplinam, festorum observantiam, Sacramentorum administrationem, scholarum directionem, Seminariorum institutionem, cleri, praesertim indigenae, formationem, ad oblationes quoque quae intuitu missionis factae sunt et ad piarum voluntatum implementum in favorem eiusdem missionis (can. 296).

In nominandis tamen ant transferendis Superioribus stationum «t in efigendis ad varia munera et officia missionariis, collata utatur opera Superioris religiosi. Hic enim pro officio suo subditos plenius cognoscere atque eorum ingenia, facultates, animi virtutem, aptitudines quoque pro variis officiis melius perspecta, habere solet. Unde Superior religiosus diversarum

stationum superiores et officiis aptos viros proponat; Superior missionis vero eos nominat prout in Domino iudicaverit. Superior religiosus vicissim consilia et incoepta Vicarii Apostolici apud sodales probet ac sustineat, eius auctoritatem fulciat atque defendat, curetque ut ipsi semper et ab omnibus perfecta obedientia et reverentia exhibeatur.

Superior religiosus, si quandoque persuasum sibi haberet, alicuius subditi spirituale vel etiam temporale bonum postulare ut ab uno in alium locum transferatur, vel officio aliquo aut munere fevetur, reverenter et fiducialiter rem Superiori missione exponat. In casu tamen dissensus, Superioris missionis sententia praevalere debet.

Superior missionis, ubi subditum sibi missionarium muneri suo graviter defecisse comperuerit opportunas dispositiones atque meritas poenas statuere potest. Superior vero religiosus in eodem casu cumulativum cum Superiore missionis ius habet. Attamen si aliter ab uno et ab altero decerni contingat, ea quae ab Ordinario decreta fuerunt, praevalere debent (can. 631).

Ob gravissimas porro rationes tam Superior ecclesiasticus quam Superior religiosus aequo iure, non requisito alterius consensu aliquem a proprio loco vel munere removere potest; nec alter alteri causam iudicii sui aperire, multoque minus probare tenetur, salvo tamen recursu in devolutivo ad Apostolicam Sedem (can. 454 § 5).

Haec sunt, quae Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad animorum in missione concordiam et unionem, ad pacem et tranquillitatem eorum qui in vinea Domini laborant, ad desideratum quoque laborum apostolicorum felicem successum, Praepositis missionum et Superioribus religiosis communicanda utilissima iudicabat.

Quam Sacrae Congregationis Instructionem, Ssmo Domino Nostro Pio XI per Emum Praefectum eiusdem Sacrae Congregationis relatam, in audientia die 21 Novembris 1929 habita, Sanctitas Sua in omnibus benigne adprobare dignata est atque ab omnibus ad quos spectat omnino servari mandavit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die octava Decembris, in Festo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, anno 1929.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. $ S.

† F. Marchetti Selvaggiani, Archiep. Seleucien., *Secretarius,*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

SANCTI CHRISTOPHORI DE HABANA

NULLITATIS MATRIMONII (AJURIA-BLANCO)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Raymundi Ioannis Blanco y Ortiz, iñ causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 28 Aprilis 1930, hora 12, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

- ***An constet de nullitate matrimonii in casu.***

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Raymundi Ioannis Blanco y Ortiz curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

L. Jji.S. • **F. Parrillo,** ***Ponens.***

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 27 Ianuarii 1930.

T. Tani, ***Notarius.***

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Raymond Jean Blanco y Ortiz, défendeur en cette cause, Nous, le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), 28 Avril 1930, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.**

Cônste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Raymond Jean Blanco y Ortiz devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO DI CONCORSO

Nella Sacra Congregazione dei Concilio è indetto un concorso per due posti di *Scrittore.*

I sacerdoti che, in età non superiore ai 35 anni, desiderassero prendervi parte, dovranno, non più tardi del 31 prossimo Marzo, presentare alla Sacra Congregazione del Concilio la relativa domanda, corredata del *nulla osta* del proprio Ordinario e del Vicariato di Roma, nonché degli opportuni titoli e documenti.

Si terrà in particolare considerazione la conoscenza della disciplina catechistica, amministrativa ed archivistica.

L'esame scritto del concorso, che verserà su temi riguardanti la materia di competenza della Sacra Congregazione del Concilio, avrà luogo nella Segreteria della stessa Sacra Congregazione il giorno 9 del successivo mese di Aprile, alle ore 8. antimeridiane.

Resta poi inteso che l'assunzione in officio dei due candidati prescelti non diverrà definitiva, se non dopo una prova per la durata di un anno.

Dalla Segreteria della Sacra Congregazione del Concilio, 5 Febbraio 1930.

f G. Serafini, Vescovo di Lampsaco, *Segretario,*

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 28 Gennaio 1930, nel palazzo Apostolico Vaticano, coli'intervento degli Emi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati e Consultori Teologi, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* dei Sacri Riti, per discutere sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Beato Roberto Card. Bellarmino, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù, i quali miracoli vengono proposti per la sua Canonizzazione.

Martedì, 11 Febbraio 1930, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Andrea Frühwirth, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Corrado da Parzbam, laico professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria,* per discutere due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del medesimo Venerabile, i quali vengono proposti per la sua Beatificazione.

SEGRETERIA DI STATO

ONORIFICENZE

COD Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

23 Ottobre 1929. **Al sig. dott. Guglielmo Marx (Germania).**
28 Dicembre » **A S. E. il sig. Camillo Serafini, Governatore dello Stato della Città del Vaticano.**

La Placca dell'Ordine Piano:

3 Dicembre 1929. **Al sig. dott. Eugenio Klee (Germania).**

La Commenda con placca dell'Ordirne Piano:

23 Ottobre 1929. **Al sig. Federico Trendelenburg (Germania).**
23 Dicembre » **Al sig. Filippo Giordano, deirarchidiocesi di Torino.**

La Commenda dell'Ordine Piano :

23 Gennaio 1930. **Al sig. Edmondo von Frentz (Roma).**

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

28 Novembre 1930. **Al sig. barone Eurico De Pfyffer d'Altishofen, Maggiore nella Guardia Svizzera Pontificia.**

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 Ottobre 1929. **Al sig. dott. Giorgio Schätzel (Germania).**
» » » **Al sig. Luigi Lammers (Germania).**
» » » **Al sig. dott. Ermanno Schmidt (Germania).**
» » » **Al sig. dott. Enrico Steiger (Germania).**
» » » **Al sig. dott. Enrico Hirtsiefer (Germania).**
» » » **Al sig. dott. Roberto Weismann (Germania),**
4 Dicembre » **Al sig. marchese Giacomo Serlupi Crescenzi, Cavallerizzo Maggiore di Sua Santità.**
15 Gennaio 1930. **Al sig. dott. Francesco Rehrl, dell'archid. di Salisburgo.**
17 » » **Al sig. Kebur Degazmaé Wold Tadiq (Etiopia).**
» » » **Al sig. Deggiazmac Imeru (Etiopia).**

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 Ottobre 1929. **Al sig. dott. Federico Heyer (Germania).**
» » » **Al sig. dott. Giuseppe Hess (Germania).**
» » » **Al sig. Ernesto Pfeiffer (Germania).** . •

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

31 Ottobre 1429. **Al sig. Francesco Bologna, della diocesi di Chiusi e Pienza.**
24 Novembre » **Al sig, Tarcisio Biasin, della diocesi di Vicenza.**
3 Dicembre » **Al sig. Giovanni Battista Tessari, del Patriarcato di Venezia.**
6 » » **Al sig. Daniele V. Gorga (Roma).**
11 » » **Al sig. prof. Luigi Costantini (Roma).**
» » » **Al sig. marchese Roberto Grossi di Camporsevoli, della diocesi di Città della Pieve.**
14 » » **Al sig. cav. Edmondo de Laage de Bellefaye, della diocesi di Arras.**
19 » » **Al sig. Mario Carducci, dell'abbazia nullius di Subiaco.**
23 » » **Al sig. rag. Leopoldo Leonardi (Roma).**
4 Gennaio 1930. **Al sig. Francesco Wain, dell'archidiocesi di Birmingham.**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

7 Novembre 1929. **Al sig. avv. Giorgio Perret, della diocesi di Bayonne.**
» » » **Al sig. ing. Carlo Dachary, della medesima diocesi.**
* » » **Al sig. avv. Andrea Personnaz, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. archit. Alberto Saint Vanne, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Prospero ^Ignazio Taburet Danjou de la Garenne, della medesima diocesi.**
11 » » **Al sig. Paolo Mulliez, della diocesi di Lilla.**
21 » » **Al sig. Michele Francesco Forristal, della diocesi di London.**
» » » **Al sig. Claudio Brown, della medesima diocesi.**
28 » » **Al sig. Paolo Piollet, della diocesi di Clermont.**
10 Dicembre » **Al sig. avv. Giovanni Brunini, della diocesi di Natchez.**
11 » » **Al sig. Federico Gualtiero Chambers, dell'archidiocesi di Westminster.**
11 Dicembre 1929. **Al sig. Ermanno Muzy, della diocesi di Teramo.**
» » » **Al sig. Giuseppe Czermann, della diocesi di Alba Reale.**
16 » » **Al sig. Mario Ludovico Alberto Chibret, della diocesi di Saint Flour.**
» » » **Al sig. Maurizio Mathieu de Vienne, della diocesi di Nancy.**
» » » **Al sig. Edmondo des Robert, della medesima diocesi.**
20 » » **Al sig. Domenico Dumbra, dell'archidiocesi di Pisa.**
23 » » **Al sig. avv. Giuseppe Grasset, della diocesi di Montpellier.**
» » » **Al sig, avv. Paolo Catalan, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Giulio Coste Floret, della medesima diocesi.**
2 Gennaio 1930. **Al sig. Lionello Faggiani (Roma).**
4 » » **Al sig. ing. Giulio Coomans, della diocesi di Bruges.**
» » » **Al sig. Carlo Guglielmo Gerardo Giovanni Stoffels, della diocesi di Harlem.**
» » » **Al sig. Costantino Twaalfhoven, della medesima diocesi.**
7 » » **Al sig. Carlo de Montgolfler, della diocesi di Viviers.**
» » » **Al sig. Clemente Faugier, della medesima diocesi.**
8 » » **Al sig. Enrico Thieullent, dell'archidiocesi dj Rouen.**
» >• » **Al sig. Alberto Montray, della medesima archidiocesi.**
9 * » **Al sig. marchese Pietro de Luppé, della diocesi di Beauvais,**

4 **Gennaio** 1930. **Al sig. Giulio Pisier, della medesima diocesi.**
11 » » **Al sig. Luigi Orenga de Gaffory, della diocesi di Aiaccio.**
» » » **Al sig. Teodoro Peek, della diocesi di Harlem.**

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

17 **Gennaio** 1930. **Al sig. Belatten-Ghéta Héroui (Etiopia).**
» » » **Al sig. Belatten-Ghéta Wold Mariam (Etiopia).**

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

17 **Ottobre** 1929. **Al sig. dott. Francesco Bassermann, della diocesi di Spira.**
16 **Dicembre** » **Al sig. conte Adriano d'Esclaibes d'Hulst, della diocesi di Arras.**
17 » » **Al sig. Amadeo Goia, dell'archidiocesi di Torino.**
13 **Gennaio** 1930. **Al sig. Arturo Toscano (Roma).**
17 » » **Al sig. Ato Bacha Woured (Etiopia).**
» » » **Al sig. Ato Ayalé (Etiopia).**
» » » **Al sig. Cagnazmac Tessama (Etiopia).**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

31 **Ottobre** 1929. **Al sig. Gino Fabretti (Roma).**
21 Novembre » **Al sig. Giuseppe-Rota, della diocesi di Lodi.**
13 **Dicembre** » **Al sig. Edoardo Giannini (Roma).**
» » » **Al sig. Amedeo Venzaghi (Roma).**
17 » » **Al sig. Giuseppe Cappelletti, dell'archidiocesi di Trento.**
» » » **Al sig. Vincenzo Flaminio, della diocesi di Lecce.**
18 » » **Al sig. Stefano Istvandy, della diocesi di Strigonia.**
3 **Gennaio** 1930. **Al sig. Giuseppe Manzia (Roma).** ' •
9 » » **Al sig. Enrico Chégaray, della diocesi di Rouen.**
17 » » **Al sig. Ato Tesfaé Tegueñ (Etiopia).**
» » » **Al sig. Ato Achiné (Etiopia).**
» » » **Al sig. Ato Kebrétt (Etiopia).**

NECROLOGIO

1 **Febbraio** 1930. **Monsig. Adolfo Pagani, Vescovo di Como.**
9 » » **Monsig. Agostino Bludau, Vescovo di Warmia.**
22 » v. » **Emo Sig. Card.** CARLO PRROSÌ, **Diacono di S. Eustachio, Segretario della Sacra Congregazione Concistoriale.**

Annus XXII - Vol. XXII 3 Martii 1930 Num. S

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE S. THOMAE DE MELI AP OB. DIOECESIS NOVA CIRCUMSCRIPTIONE

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae ad spirituale fidelium bonum satius procurandum opportuniora videntur, ea sollicito studio Romani Pontifices praestare solent. Iamvero cum dioecesis S. Thomae de Meliapor in Indiis Orientalibus finium immutatio, iuxta conventiones inter Apostolicam Sedem et Lusitanam Rempublicam anno elapso millesimo nongentesimo vigesimo octavo initas ac ratas habitas, in illorum fidelium utilitatem benevertere visa fuerit, Nos, omnibus mature perpensis, praefatae finium immutationi annuere censuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine ea quae sequuntur statuimus ac decernimus.

Dioecesis S. Thomae de Meliapor duo dumtaxat in posterum amplexantur territoria inter se quidem distincta ac separata, unumquodque vero territorialiter continuum, vulgo *8 an Tome* et *Tanjor* nuncupata, ut infra aucta ac ceteris seclusis paroeciis in aliarum dioecesium circumscriptione disiectis. Quare ex parte *Tanjor* territorium continuum dioecesis S. Thomae de Meliapor protenditur occasum versus* adnexis duobus *taluMs,* videlicet *Alangudi* et *Tirumayam* in Statu *PudulcJcottaJi,* usque adhuc ad dioecesim Trichinopohtanam pertinentibus, a qua proinde separantur. Eidem territorio *Tanjor* in parte septentrionali adduntur: *a)* pars *taluk N annuam,* sita ad aquilonem *Tettar* fluminis; *b) taluk Mayavaram; c) taluk ShiyaM; d)* et pars *taluk CMdambaram* in districtu *8outh-Arcot,* quae exstat ad meri-

diem *Vallar* fluminis; huiusmodi autem territoria a dioecesi Kumbakonamensi, ad quam hactenus pertinebant, distrahuntur. Ex parte vero territorii *San Tome,* quae usque ad *Madras* urbem extenditur, eadem dioecesis S. Thomae de Meliapor territorio augebitur archidioecesis Madraspolitanae, quod civiliter spectat ad districtum *Ghingleput,* situm ad. *Palar* fluminis septentrionem et ad *Cooum* fluminis meridiem, ita ut intra fines dioecesis S. Thomae inclusa remaneat pars *Madras* urbis, ad praefati fluminis *Cooum* meridiem positae; dum contra dioecesis S. Thomae sequentes paroeciae, quae in urbe *Madras* ad. praedicti fluminis septentrionem inveniuntur, ab ea dioecesi divelluntur et Madraspolitanae archidioecesi tribuuntur. Itaque paroeciae disiectae extra duo territoria continua dioecesis S. Thomae de Meliapor aliis dioecesibus ita aggregantur, nimirum: dioecesi Trichinopolitanae adiunguntur paroeciae: *Awor, Cooumim, Dindigul, Madura, Malleiadipaty, Oriur, HFossa Senhora das Dores* in urbe *Trichinopoly,* et *Muttupettaah* (excepta paroecia *V enkatakulam,* quae dioecesi S. Thomae remanet, ei adnexo etiam *taluk Alangudi);* dioecesi de Tuticorin paroeciae: *Gur dalle, M anapal, Punnakail, N ossa Senhora des Dores de Tuticorin* et *Vaipar;* archidioecesi Calcuttensi paroeciae: *Boitakana, Bändel* et *Ginsutah;* dioecesi Dacchensi paroeciae: *Nossa Senhora da Piedade* in urbe *Daccha, Hashnabad, Tesgonge* et *Nagory;* dioecesi de Chittagong^paroecia *Shibpur;* archidioecesi Madraspolitanae paroeciae: *Assumpçao, Goraçao de Jesus, S. Joâo, Befugio* et *Rayapuram.* Paroeciae vero, quae dioecesi S. Thomae de Meliapor aggregantur ob quod supra diximus augmentum duorum territoriorum continuorum *Tanjor* et *San Tome,* hae sunt: ex dioecesi Trichinopolitana paroeciae: *Pudukkottai, Kottaikadu* et *V enkatakulam* in *taluk Alangudi,* et paroecia *Samanasur* in *taluk Tirumayam* exstantes; ex dioecesi Kumbakonamensi paroeciae: *Perumpannayur, Molancoody* et *Karayur* in *taluk N annuam;* paroeciae *Mayavaram, Manday, Pillavadanday* et *Tranquebar* in *taluk Mayavaram,* paroecia *Brukoor* in *taluk Shiyaly* et paroecia *Palayankottai* in *taluk Ghidambaram;* ex archidioecesi Madraspolitana paroeciae: *Purificationis* et *S. Teresiae* cum duobus sacellis in civitate Madraspolitana; et paroeciae: *Poonamallee, Pannur, Kilacherry, Sellampattida,* et *V alaspuram* extra eamdem urbem.

Volumus autem ut, attentis peculiaribus adiunctis, in quibus paroecia *Negory* versatur, Episcopus Dacchensis, sub cuius iurisdictione paroecia ipsa exstat, illius parochum eligat ex sacerdotibus lusitanis dioecesis S. Thomae de Meliapor. Statuimus insuper et volumus ut quod ad proprietatem attinet bonorum, thesaurorum artis, scholarum aliorumque ad Lusitanos spectantium,,ea in posterum ad eadem entia pertinere pergant ad quae nunc pertinent.

' Ad haec autem omnia et singula exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Eduardum Mooney, Archiepiscopum titularem Irenopolitanum in Isauria, in Indiis Orientalibus Delegatum Apostolicum, eidemque necessarias et opportunas facultates tribuimus etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum eique onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses ab his Litteris receptis computandos fidem, authentica forma exaratam, transmittendi peractae exsecutionis. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectant inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo ahcuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem quae his, Litteris a Nobis decreta sunt infringere vel eis contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.,

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo nono, die tertia mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno octavo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *Cancellarius S. B. E.*

CAROLUS CARD. PEROSI, *S. C. Consistorialis Secretarius.*

Ioseph Wilpert, *Decanus Coll. Proton. Apostolicorum.*
Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. XL, n. 37. - M. Riggi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE LIHSTEN AD VICARIATUM APOSTOLICUM EVEHITUR, NOVAQUE DONATUR SEDE ET DESIGNATIONE DE ANKUO.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Edocet Nos venerabilis frater Archiepiscopus titulo Theodosiopolitanus ac Noster in Sinis Delegatus Apostolicus res religiosas feliciter suscepisse incrementa in praefectura apostolica de Lihsien, quam paucos ante annos constituimus, ac propterea nunc esse opportunum praefecturam eandem ad ampliorem vicariatus apostolici dignitatem evehere. Hanc nactus occasionem, ipse Delegatus Apostolicus Noster amplissime quoque vota commendat Episcopi titulo Esbonensis, qui, cum munere Praefecti Apostolici de Lihsien fungatur, rei religiosae provehendae* studio ductus, a Nobis exposcit ut sedes Missionis suae a civitate *Lihsien,* quae minus est aditu facilis, transferatur ad civitatem de *Arikuo,* quam viis pluribus commodioribusque omnes attingere possunt. Nos autem, cum iugiter ea decernere sollicite curemus, quae in missionum bonum atque emolumentum cedant, votis eorundem Antistitum concedere existimavimus, ac propterea, omnibus rei momentis perpensis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardmalibus, qui negotiis Propagandae Fidei sunt praepositi, haec quae sequuntur statuenda existimavimus. Nimirum quo satius religionis incremento in Sinensi memorata regione consultum sit, praefecturam apostolicam de Iiihsien in Sinis in vicariatum apostolicum, auctoritate Nostra, praesentium Litterarum tenore, actualibus limitibus servatis, erigimus, illique ex nunc nomen facimus de *Arikuo.* Huiusmodi vero novi vicariatus apostolici de Animo in Sinis curam ad Nostrum et Sanctae Sedis beneplacitum sacerdotibus Sinensibus e Congregatione Missionis in Domino committimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super

his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xm mensis Iulii anno MDCCÇCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

Il

SEPARATO TERRITORIO EX VICARIATU APOSTOLICO DE HANKOW ERIGITUR IN SINIS MISSIO INDEPENDENS DE HWANGCHOW.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Tum ex Delegato Apostolico Nostro in Sinis tum ex Vicario Apostolico de Hankow audivimus, novissimis bisce temporibus, opera missionariorum ex Ordine Fratrum Minorum, fauste feliciterque rei religiosae esse habita incrementa in vicariatu praefato de Hankow; ac propterea, cum Minister generalis praelaudati Ordinis enixis verbis nunc a Nobis exposcat ut ex ipsius vicariatus territorio, quod late patet atque incolarum multitudine conspicuum est, quandam partem separemus ex qua ad christiani gregis commodum melius obtinendum nova Missio erigi possit: Nos, cum munus Nobis divina Providentia commissum id maxime curandum suadeat, quod facilius christiani gregis utilitatibus provehendis ubique gentium conducat, memoratis votis annuendum in Domino existimavimus. Qua re, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui Sacrae Congregationis de Propaganda Fide rebus praepositi sunt, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae auctoritatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, ab actuali vicariatu apostolico de Hankow eam partem seiungimus, quae civilibus constat subpraefecturis de *Hwangchow, Kishui, Kichow, Hwangtsi, Hwangmei, Lotien, Macheng, Hwangan,* eandemque in novam missionem independentem constituimus, cui nomen de *Hwangchow* in posterum tribuimus. Novam vero missionem, sic per Nos erectam, Patrum ex Ordine Fratrum Minorum ad Nostrum et Sanctae Sedis beneplacitum curis in Domino committimus.

Haec mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac

definiendum, üritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvm mensis Iulii anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI, a *Secretis Status.*

III

TERRITORIUM SEPARATUM A VICARIATU APOSTOLICO NIGERIAE OCCIDENTALIS, ADNECTITUR PRAEFECTURAE AP. NIGERIAE ORIENTALIS IN POSTERUM NIGERIAE SEPTENTRIONALIS NUNCUPANDAE.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — A Nobis, quorum est totius Ecclesiae bono prospicere, ea quae in emolumentum praesertim fidelium in Missionum territoriis degentium cedant, sollicita providentia statuenda sunt. Quapropter cum Moderator generalis Societatis Lugdunensis Missionum ad Afros, Ordinariis quoque tum vicariatus apostolici Nigeriae Occidentalis tum praefecturae apostolicae Nigeriae Orientalis in id consentientibus, nuperrime ïTos rogaverit, variis de causis motus, ut pars quaedam territorii a vicariatu apostolico Nigeriae Occidentalis distraheretur, adiungenda praefecturae apostolicae Nigeriae Orientalis, quod quidem ad catholicae Fidei incrementum in illa regione obtinendum plurimum valet, huiusmodi precibus concedere existimavimus. Conlatis igitur consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui Sacrae Congregationis de Propaganda Fide rebus praepositi sunt, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae auctoritatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore ex actuali apostolico vicariatu Nigeriae Occidentalis partem territorii, distrahimus, quae ad septentrionem fluminum *Niger* et *Benoue* exstat; eandemque actuali praefecturae Nigeriae Orientalis adnectimus. Praefectura vero apostolica Nigeriae Orientalis sic novis limitibus constituta, in posterum praefectura apostolica Nigeriae Septentrionalis nuncupabitur.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces, iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, aunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac

dé:ôinendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis* auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVIII mensis Iulii anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CAED. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

SEPARATO TERRITORIO EX APOSTOLICO VICARIATU DE EOOCHOW IN SINIS, ERIGITUR MISSIO INDEPENDENS DE SHAOWU.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Concreditum Nobis divina benignitate munus Ecclesiam Christi moderandi, ea maxime postulat, quae pro varia rerum opportunitate eidem Ecclesiae administrandae sint profutura, praesertim vero si eiusdem incrementis firmandis provehendisque inserviant. Quapropter cum in apostolico vicariatu de Foochow in Sinis, hac nostra aetate, haud parva rei catholicae incrementa habita sint, adeo ut ad maius animorum emolumentum visum sit vicariatum eundem sane latissimum dividi oportere, sollicita providentia, attenta quoque hac super re Delegati Apostolici Nostri in Sinis commendatione, ea quae sequuntur statuenda censuimus. Nimirum, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei sunt praepositi, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae auctoritatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore ab actuali vicariatu de Foochow territorium distrahimus, quod civiles subpraefecturas de *Siiaowu, Kwangteseh, Taining, Kienning,* nunc complectitur. Ex hisce civilibus subpraefecturis, suis actualibus limitibus clausis, novam Missionem independentem constituimus, ad Nostrum et Sanctae huius Sedis beneplacitum curis presbyterorum Societatis Divini Salvatoris committendam, eidemque de *Shamou* nomen facimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere ac fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his,

a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvixr mensis Iulii anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

V

DISTRACTO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE SUIFU ERIGITUR IN SINIS PRAEFECTURA APOSTOLICA DE YACHOW ET CURIS INDIGENAE CLERI COMMITTITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ut spirituali regimini fidelium aptius provideri possit Romani Pontifices Decessores Nostri, data opportunitate, nimis lata territoria dividere consueverunt in plures partes, quas, aucto propterea illorum numero, pastores proprii moderarentur. Eosdem igitur Decessores Nostros sequuti, ultro libenterque precibus annuendum censuimus Yicarii Apostolici de Suifu, qui Nos humiliter rogat ut ex quodam sui vicariatus territorio distracto, ad fidem catholicam inibi vahdius promovendam, novam curis indigenae cleri committendam missionem condamus. Nos autem, òmnibus rei momentis attente perpensis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui Propagandae Fidei negotiis praepositi sunt, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore ab actuali vicariatu apostolico de Suifu in Sinis territorium separamus, quod civilibus subpraefecturis constat de *Tachow, Mingshan, PuMañg, Tanning, Hungya, KiaMang, Omei, Opien, YungMng, Lushan* nuncupatis, idemque territorium, sic a dicto vicariatu separatum, in novam praefecturam apostolicam erigimus, cui nomen erit de *Yachow,* et quam ad Nostrum et Sanctae Sedis beneplacitum curis cleri indigenae in Domino committimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus,

super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Iulii anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI¡ *a Secretis Status.*

VI

DIVISO VICARIATU APOSTOLICO DE CHUNGKING ERIGITUR IN SINIS VICARIATUS APOSTOLICUS DE WANHSIEN ET CLERI INDIGENAE CURIS CONCREDITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Aucto Pastorum numero, incolumitati gregis satius consulitur. Hoc ducti consilio, Nos, quibus christianas oves pascendi munus traditum est divinitus, cum venerabilis frater Aloisius Gabriel X. Jantzen, e Societate Parisiensi Missionum ad exteras gentes, Episcopus titularis Tremithuntinus et Vicarius Apostolicus de Chungking, instanter a Nobis petierit ut, nimia territorii suae iurisdictioni subiecti vastitate attenta, nec non fidelium ibique commorantium multitudine perspecta, ad catholicam fidem facilius promovendam, in duos distinctos vicariatus apostolicos suus de Chungking vicariatus divideretur, quorum alter indigenae clero committeretur: Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, et praehabito voto venerabilis fratris Celsi Costantini, Archiepiscopi tit. Theodosiopolitani, Delegati Apostolici in Sinis, praelaudati Praesulis votis ultro libenterque concedendum existimavimus. Quare motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, territorium quod civiles sub-praefecturas de *Wanhsien, Sinning, Suiting, Chuhshien, Tachu, Liangshan, Tienkiang, ChungcJiow, SMhchu,* et *Fengtu* complectitur, a vicariatu de Chungking separamus sive disiungimus, ipsumque territorium ita per Nos dismembratum, in vicariatum apostolicum distinctum erigimus. Huic autem novo vicariatui nomen facimus de *Wanhsien* illumque ad Nostrum et Sanctae huius Sedis Apostolicae beneplacitum indigenae cleri curis tradimus.

Haec volumus, edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac manere; suosque plenos

atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die n mensis Augusti anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CAED. GASPARRI, *a Secretis Status.*

ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS DE SHUNKING EX DIVISIONE VICARIATUS APOSTOLICI DE CHENGTU ET CLERO INDIGENAE COMMITTITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Supremi Apostolatus divinitus Nobis commissum officium exigit ut in omnes orbis catholici regiones oculos mentis Nostrae convertamus, et sedulo studio ea praestemus, quae catholico nomini feliciter provehendo, aeternaeque christiani populi saluti procurandae idonea atque opportuna magis videantur. Iamvero cum venerabilis frater Victor Maria Eouchouse, e Societate Parisiensi Missionum ad exteras gentes, Episcopus titularis Aegeaen. et Vicarius Apostolicus de Chengtu, enixe a Nobis postulaverit, ut, ad incrementum religionis et maius animarum bonum, novus vicariatus apostolicus per dismembrationem nimis ampli vicariatus sui de Chengtu erigeretur, qui clero committeretur indigenae: Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, attenta potissimum commendatione venerabilis fratris Gelsi Costantini, Archiepiscopi tit. Theodosiopolitani, Delegati Apostolici in Sinis, omnibus rei momentis diligenter perpensis, votis praelaudati Praesulis annuendum libenti quidem animo existimavimus. Quae cum ita sint, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, territorium quod civiles sub-praefecturas de *Shun-Mng, Sichong, Pengchow, Yinshan, Yochih, Linshui, Kwangan, Shehung, PongJcy, Suining, Lochih* et *Anyo* complectitur, a vicariatu apostolico de Chengtu separamus sive dismembramus, idemque territorium ita seiun-

ctum in vicariatum apostolicum novum erigimus, cui nomen facimus de *ShunJcing* quemque ad Nostrum et Sanctae huius Sedis Apostolicae beneplacitum indigenae cleri curis committimus.

Haec statuimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis Augusti anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

VIII

APOSTOLICA ERIGITUR NUNTIATURA DUBLINI, APUD LIBERUM STATUM HIBERNIAE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — De Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum more ut rem catholicam apud dissitas ab hoc centro nationes foveamus earundemque erga hanc divi Petri Cathedram obsequium incolume servemus, data opportunitate, Legationes constituere consuevimus. Quapropter cum liberi regni Hiberniae gubernatores ac populares, qui iugiter suum catholicae fidei studium et hanc erga Romanam Cathedram omni laude dignam observantiam probavere, a Nobis expostulent ut Hiberniae intra fines, Dublinensi in civitate, ad res catholicas apud Hibernorum nationem, provehendas, Apostolicam huiusmodi Legationem efformare dignemur: Nos, ut peculiarem benevolentiae Nostrae significationem catholicae illi nationi eiusque Gubernio exhibeamus, memoratis, votis concedere existimavimus. Quae cum ita sint, auctoritate Apostolica Nostra, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque in modum, in Hibernia, ad Dublinensem civitatem Gubernii hibernici sedem., novam erigimus et constituimus Apostolicam Nuntiaturam Hiberniae eique omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et

obtinere, ipsique Nuntiaturae in Hibernia sic per Nos erectae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvn mensis Novembris anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD EMUM P. D. VINCENTIUM EPISCOPUM OSTIENSEM AC PRAENESTINUM, SACRI CONLEGII DECANUM; QUINQUAGESIMO APPETENTE NATALI EPISCOPATUS EIUS.

PIUS PP. XI

Venerabilis frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Ea est Christi Iesu Pastorum Principis erga te benignitas, ut, omnino insuetam tibi vitae diuturnitatem largiendo, certos quosdam rerum tibi ad recolendum laetissimarum anniversarios dies identidem vegetae senectuti tuae illucescere iubeat. Quorum profecto dierum ter recens advenere, quartus adesse properat: in superiorem enim mensem, alius ex alio, pieni inciderunt anni cum aetatis tuae tertius ac nonagesimus, tum septuagesimum ab inito sacerdotio, tum etiam ab delato tibi romanae purpurae honore quadragesimus; proxime autem, scilicet postridie calendas Februarias, quinquagesimum es feliciter acturus annum, postquam, Archiepiscopus titulo Sardianus electus, plenitudine sacerdotii auctus es, ad Delegati Apostolici munus Constantinopoli obeundum, ubi schisma sedare atque auferre tibi hcuit, quod apud Ármenos catholicos miserrime exarserat. Ex quo quidem tempore mirum quantum dexteritati tuae decessores Nostri confisi sunt. Etenim a Leone XIII missus, ut eius personam gereres apud Alexandrum III, Eussiae Imperatorem, de more coronam, ipso Civitatis illius amplissimae regendae initio, suscepturum, mox in Lusitaniam Nuntius Apostolicus proficisci iussus es; perhonorificamque sic legationem sustinuisti, ut Carolus I te, illinc, post sacrae adeptionem, purpurae, revocatum, Apostolicae Sedis consensu, Protectorem regni coloniarumque suarum esse voluerit. Cursus autem honorum et, ut ita dicamus, onerum, cum ad Sacrum Conlegium pertineres, factus iam tum celerior. Namque, Archipresbyter Liberianae Basilicae renuntiatus, Portam eius Sanctam

bis' reserare, bis claudere, annis scilicet sacris MDCCCC et MDCCCCXXV; Sacrae Congregationi Concilii deinceps praefici, restituta supremo Signaturae Tribunali primus dari praeses, Datarius deligi; Legatus Parisios mitti, ubi centesimus ab Friderici Ozanam ortu ageretur annus, itemque Legatus ad praesidendum Conventibus sex omnium nationum Eucharisticis, scilicet Bruxellensi, Tornacensi, Metensi, Londinensi, Coloniensi ac Marianopolitano, destinari. Neque est cur de pastorali sollertia diutius loquamur, quam in suburbicariis sedibus Praenestina ante atque una simul Ostiensi postea praetulisti; iam enim epistulis ad te, gratulationis causa, inscriptis cum quintum ac vicesimum Praenestina episcopatus annum et aetatis tuae nonagesimum expleres, studium in utraque dioecesi moderanda tuum haud mediocriter laudavimus. — Haec quidem tanta et lucis huius usura et perpetuitas actionis, Ut omnium, quotquot vel te norunt vel de te audierunt, maximam sane commovet admirationem, ita Nostram erga te, si quidem fieri potest, acuit augetque caritatem. Proximae igitur eventi faustitatis, quam tibi plurimi tui amatores vehementer gratulabuntur, scito, venerabilis frater Noster, Nos esse imprimis participes atque id ferre ominis, id toto animo precari, ut te Deus incolumem et bene valentem, praecipuis additis caelestibus gratiis, ad multos annos et Nobismet ipsis et conlegis tuis et Ecclesiae universae conservet. Cuius quidem doni conciliatrix paternaeque benevolentiae Nostrae testis sit apostolica benedictio quam tibi, venerabilis frater Noster, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvi mensis Ianuarii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia XI Papa successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

- *30 Ianuarii 1930.* —'* Metropolitanae Ecclesiae Reginatensi praefecit R. D. Iacobum Carolum Mac Guigan, Vicarium generalem dioecesis Edmontonensis.

— CathedralipEcclesiae"Peterboroughensi,!E. D. Dionysium O'Connor, Vicarium generalem ac rectorem Seminarii Londonensis.

— Cathedrali Ecclesiae Victoriensi in insula Vancouver, R. P. Gerardum Murray, Rectorem provinciae Congregationis Ssmi Redemptoris.

***14 Februarii.*— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Preslavensi, R. P. D. Matthiam Lenihan, hactenus Episcopum Great-Ormensem.**

***17 Februarii* — Titulari episcopali Ecclesiae Remesianensi, R. P. Fridericum Melendro, Societatis Iesu, deputatum Vicarium Apostolicum de Anking.**

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

DECRETUM

DE ABBATIA ET PAROECIA GRAECA CRTPTOFERRATENSI AC DE EARUM SEPARATIONE A DIOECESI TUSCULANA.

Quanta Romanorum Pontificum cura fuerit in pervetusta abbatia Cryptoferratensi, Basilianis Monachis concredita, graeci ritus conservandi splendorem immo et augendi, permulta testantur documenta. Cumque decursu temporis, varias ob causas, praesertim vero ob curam paroecialem fidehum latini ritus, oppida et vicinia incolentium, studium

in' divina liturgia graece celebranda ita desiderari coepisset, ut ritus ipse graecus paene obsolevisse videretur, Leo XIII Pontifex Maximus, per decretum a Sacra Congregatione de Propaganda Fide pro negotiis rituum orientalium die 12 Aprilis anno 1882 editum, graecum ritum in abbatia Cryptoferratensi ad pristinam vitam revocare sategit, eidemque monachos addictos omnino voluit. Ne autem latini ritus fideles ex tali ritus graeci instauratione grave persentirent incommodum, statuit Summus Pontifex «curam animarum in Ecclesia eiusdem Abbatiae et in ipsius paroeciae ambitu ab uno ex monachis exercendam esse, qui tamen latinum ritum omnino teneret, prout cautum fuerat a Summis Pontificibus Benedicto XIY in Const. *Inter multa* diei 24 Aprilis 1747, et Leone XII in Apost. Litteris *Inter eoeteras* datis die 12 Novembris 1824, facta eidem licentia unum vel alterum cooperatorem latini ritus, sive monachum sive etiam presbyterum saecularem sibi adsciscendi».

Cum autem plurium annorum experientia docuisset exercitium curae animarum inter latini ritus fideles non parum distrahere monachos ab exercitio ritus graeci et, quod sane praestat, a maiestate et cultu graeci ritus, nedum a pastorali cura clericorum et fidelium eiusdem ritus in abbatia degentium, ad quos primo et principaliter fuerat initio parochia ordinata, Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali anno 1918 de separanda prorsus a graeco monasterio latina parochia consilium coepit. At omnibus mature perpensis, ob temporum et rerum adiuncta, approbante Benedicto XV f. r., die 10 Iulii eiusdem anni, Sacra haec Congregatio decrevit ut deinceps, habituali cura apud monasterium perdurante, cura actualis animarum exerceretur a monachis per presbyterum sive saecularem sive etiam regularem, tamquam vicarium perpetuum, ritus tamen latini ac «seclusis ab eodem exercitio Monachis Basilianis, quos omnes graeci ritus omnino esse oporteret ». Via sic sternebatur ad consilium Sacrae Congregationis de separanda omnino latinorum fidelium cura ab abbatia graeca perficiendum. Quod factum est per novam in oppido Cryptoferrata ecclesiae aedificationem Summorum Pontificum Benedicti XV et Pii XI munificentia; tunc enim, decretis diei 18 mensis Iulii et 10 Septembris anni nuper elapsi, Sacra haec Congregatio curam paroecialem monachis abbatiae Cryptoferratensis concreditam ad fideles graeci ritus coarctavit atque incolas Cryptoferratae oppidi, latini ritus fideles, Episcopi Tusculani sollicitudini commisit, qui nuper ecclesiam noviter excitatam atque Sacratissimo Cordi Iesu fauste dicatam in parochiam erexit, eique fideles omnes ritus latini in finibus antiquae paroeciae S. Mariae a Gratiis, quae inde a remoto tempore penes basilicam ecclesiam abbatialem canonice exstiterat, non vero intra septa monasterii, commorantes, addixit. Dotem

autem beneficiariam eiusdem priscae paroeciae, annuo reditu quatuor millium libellarum italicarum constitutam, ita divisit haec Sacra Congregatio, ut libellae italicae sexcentae trigintaquinque supra duobus millibus noviter erectae paroeciae a S. Corde Iesu Cryptoferratae quotannis attribueretur seu cederentur. "Verum dum Sacra haec Congregatio fideles latini ritus a cura parochiali abbatiae Cryptoferratensis seiunxit, minime extinxit aut abolevit parochialitatem ipsam abbatiae, sed eamdem tantum coarctavit ad graeci ritus fideles: pastoralis enim et peculiaris sollicitudo, qua tenetur Sacra haec Congregatio pro Ecclesia Orientali erga fideles rituum orientalium postulabat ut primum ac principaliter fidelibus graeci ritus, monachis praesertim memoratae abbatiae, necnon in ea novitiis, postulantibus, hospitibus, itemque Seminarii Pontificii Italo-Albanensis et orphanotrophii alumnis plene ac rite provideret.

Itaque, probante Ssmo Domino Nostro Pio, divina Providentia Papa XI, Sacra haec Congregatio paroeciam S. Mariae a Gratiis in basifica ecclesia abbatiae graecae Cryptoferratensis iampridem canonice erectam exsistere usque declarat ad omnes iuris effectus; eamdem vero clericis et fidelibus dumtaxat qui, sive ex Italia, sive ex continenti Albania oriundi, ritui graeco legitime adscripti vel eum ratione vitae communis sequentes, in praedicta abbatia domicihum vel quasi domicilium, vel, ratione famulatus aut alia legitima causa, a Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali cognoscenda, commorationem tantum habeant aut in posterum sint habituri, constare decernit. Cum vero per constitutionem *Inter caeteras* Leonis XII, die 12 Novembris 1824 datam, monasterium S. Mariae Cryptoferratae, una cum locis ab eo dependentibus, unitum fuerit in perpetuum dioecesi Tusculanae eique addictum, ita ut praerogativa territorii separati qua antea gavisum erat, omnino extincta, dempta et abrogata fuerit, salva tantum monasterio et monachis exemptione *passiva* ab Ordinarii iurisdictione; per praesens decretum, ritus diversi ratione habita atque rerum particularibus attentis adiunctis, praefatae constitutioni derogando, abbatia et paroecia graeca S. Mariae a Gratiis Cryptof erratae, nunc prorsus separatur a dioecesi Tusculana, seu ab eiusdem territorio dismembratur ; eadem abbatia et paroecia atque clerici et fideles in ea degentes — prouti supra determinati sunt — a iurisdictione, auctoritate et potestate Ordinarii Tusculani subtrahuntur, adeo ut in posterum dicta abbatia et paroecia graeca ab Ordinario Tusculano pro tempore non amplius pendeat, sed immediate et directe uni Sacrae huic Congregationi pro Ecclesia Orientali tamquam Ordinario proprio subiiciatur.

Fines autem huius dismembrati territorii seu abbatiae et paroeciae graecae Cryptoferratae designantur et statuuntur a via « Cartiera » vulgo

nuncupata, a ponte Castri, a moeniis valli, a semita inter praedium Sororum Franciscanum Missionariarum a B. M. V. et fundum abbatiae, et ab oliveto, quod dicitur « Màzzanti »; et nulla ratione fas erit quamlibet partem huius territorii, descriptis finibus contenti, cedere, sive venditione, sive stabili locatione, sive alio modo. Dos vero beneficiaria pro congrua memorati parochi memoratae Ecclesiae graecae sustentatione et cultus paroecialis expensis, italicis libellis mille trecentis sexagintaquinque, quotannis obvenientibus, constituitur, detractis ex annuo reditu antiquae paroeciae reliquis duobus millibus sexcentis trigintaquinque pro dote noviter erectae paroeciae a Ssmo Corde Iesu, uti supra decretum est.

Statuit insuper Sacra Congregatio, ut Matricis titulo sese decorandi graeca paroecia S. Mariae a Gratiis in basilica ecclesia abbatiae Cryptoferratensis gaudeat; hic titulus vero erit dumtaxat honoris et ad praecedentiam tribuendam Abbatiae prae ecclesiis latinis ipsius oppidi, nuper erectis, ac pariter monachis cum collegialiter procedunt, salvo iure Capituli cathedralis dioecesis Tusculanae et sine ullo praeiudicio alius cuiusvis ecclesiae paroecialis in territorio Cryptoferratensi erectae vel erigendae, quam Emus Episcopus Tusculanus aut S. Sedes quocumque titulo donare voluerint.

Demum, ut, una cum pietate, etiam signis externis ac religiosis mutua foveatur necessitudo inter clerum monachalem et clerum latini ritus atque fideles eiusdem pagi, ius datur monachis sacras processiones per publicas vias Cryptoferratae ter in anno ducendi, si ipsis placeat, nimirum die 22 Augusti seu in festo leonis S. Mariae, in solemnitate S. Nili Fundatoris et Protectoris Cryptoferratae, et vespere feriae VI Maioris Hebdomadae; quibus processionibus, ut intersint iuxta consuetudines, piae consociationes et confraternitates civitatis, nedum clerus, ipsis praesentibus Litteris invitantur.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus, minimeque obfuturis.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 19 mensis Maii anno 1929.

A. CARD. SINCERO, *a Secretis.*

L. $g S.

H. I. Cicognani, *Adsessor.*

SACKA CONGREGATIO CONCILII

NOTIFICATIO

Si rende noto che il. sacerdote Niccolò Termini, dell'archidiocesi di Monreale in Sicilia, per gravissime ragioni è stato privato del diritto di portare l'abito ecclesiastico e di tutti gli altri diritti e privilegi annessi a norma dei sacri canoni.

Dato in Roma, pialla Segreteria della Sacra Congregazione del Concilio, il 22 Febbraio 1930.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

ISTRUZIONE

AI REVMI SUPERIORI DEGLI ORDINI REGOLARI E DEGLI ISTITUTI EB ASSOCIAZIONI CON O SENZA VOTI, DI DIRITTO PONTIFICIO, PER L'APPLICAZIONE DELL'ART. 29, LETTERA *b),* DEL CONCORDATO TRA LA SANTA SEDE ED IL REGNO D'ITALIA, RELATIVO AL RICONOSCIMENTO DELLA PERSONALITÀ GIURIDICA DELLE ASSOCIAZIONI RELIGIOSE.

Questa Sacra Congregazione dei Religiosi, in conformità agli augusti voleri del S. Padre, invia a tutti i Superiori degli Ordini regolari e degli Istituti religiosi di voti semplici ed Istituti senza voti, di diritto pontificio, le seguenti istruzioni per rendere loro più facile ed agevole l'applicazione dell'art. 29, lettera ô), del Concordato tra la Santa Sede e il Regno d'Italia, relativo al riconoscimento della personalità giuridica delle Associazioni religiose.

Per intelligenza dei medesimi Superiori è opportuno premettere alcuni brevi cenni circa lo stato della legislazione italiana anteriore al Concordato.

La legge 7 Luglio 1866, n. 3036, estesa alla provincia di Roma colla legge 19 Giugno 1873, n. 1402, tolse la personalità giuridica agli Ordini, Corporazioni e Congregazioni religiose, le quali, tuttavia, sebbene spogliate dei loro beni, non cessarono di esistere come associazioni di fatto, e poterono, a mezzo dei soci, possedere i beni necessari per la loro sussistenza.

Tale capacità di possedere a mezzo dei soci fu riconosciuta con sentenza della Corte di Cassazione di Boma 25 Aprile 1892 in causa Buccelli contro Carones *(Giurispr. Bai.,* 1892, I, 1, 752). Ma in progresso di tempo la stessa Cassazione, con sentenza 23 Marzo 1908, in causa D'Hemptinne e Lancia di Brolo contro Mcosia *(Giurisprud. Ital.,* 1908^ I, 1, 276) mutò giurisprudenza, dichiarando nulle le liberalità fatte per interposta persona in favore di un'associazione monastica. Questa giurisprudenza fu aggravata con una successiva decisione della stessa Cassazione (20 Maggio 1910, Gazzoli contro Del Nero, *Giurisprud. Ital.,* 1910, I, 641), nella quale fu esplicitamente dichiarato che neppure come libera associazione lecitamente costituita sotto la tutela del diritto nazionale poteva una società di religiosi acquistare e possedere.

A questa giurisprudenza, dopo lunghe esitazioni, finirono coll'uniformarsi anche le altre Corti del Begno. Becentemente però la stessa Cassazione, con sentenza 19 Dicembre 1928, in causa Sannitizona contro Proietti *(Giur. Ital.j* 1929, I, .1, 159), quando non vi era alcun sentore delle trattative concordatarie, ripudiando la precedente giurisprudenza, ha ritenuto che il fatto che religiosi o religiose, mettendo in comune i loro beni, abbiano continuato e continuino a convivere in conformità delle regole disciplinanti i diversi Ordini, autorizza solo ad ammettere l'esistenza di semplici associazioni, dal momento che ciascuno dei componenti non può essere costretto, come prima, a rimanervi, e può quindi uscirne quando creda e domandare la propria quota del patrimonio comune, avendo ciascuno riacquistato, dal giorno della soppressione della corporazione, il pieno esercizio dei suoi diritti civili e politici (art. 2, legge 7 Luglio 1866), e dal momento ancora che, appunto per effetto di tale riacquisto, i *voti* importano solo un obbligo morale e religioso. E per conseguenza la Cassazione nella citata sentenza ha pur ritenuto che le dette associazioni, essendo consentite dagli articoli 24 e 32 dello Statuto e per il clero cattolico in ispecie anche dall'art. 14 della legge 13 Maggio 1871, n. 214, e vivendo,, come tali, all'ombra della legge, possono legittimamente acquistare e possedere beni in persona degli associati.

È pur da ricordare, come nota la stessa Cassazione nella sentenza testé ricordata, che per effetto dell'art. 2 della citata legge 7 Luglio 1866 i membri degli Ordini, delle Corporazioni e Congregazioni religiose riacquistarono di fronte alle leggi civili il pieno esercizio di tutti i diritti civili e politici. Nessuna efficacia, quindi, era più riconosciuta nel foro civile ai voti di povertà, castità ed obbedienza. Per tal modo, mentre non si riconosceva, agli effetti del matrimonio civile, *V impedimentum vóti,* noix era vietato-al religioso ed alla religiosa di acquistare e possedere beni anche immobili.

Del resto i professi religiosi, anche prima della ripetuta legge 7 Luglio 1866, già avevano la piena capacità di acquistare e di possedere in virtù dell'articolo 22 delle disposizioni transitorie del Codice civile.

È, infine, da ricordare che, nonostante la formula ampia dell'art. 1° della citata legge 7 Luglio 1866, alcune Associazioni religiose, specialmente femininili, o perchè aventi scopo di beneficenza o perchè costituenti semplici riunioni di dame conviventi senza alcuna professione di voti, furono ritenute esenti da soppressione e continuarono a possedere come persone giuridiche.

Tale era lo stato della legislazione ecclesiastica italiana, quando è sopravvenuto il Concordato, il quale nell'art. 29, dopo aver premesso che lo Stato italiano rivedrà la sua legislazione in quanto interessa la materia ecclesiastica, al fine di riformarla ed integrarla, per metterla in armonia colle direttive, alle quali si ispirano il Trattato ed il Concordato, soggiunge che rimane senz'altro convenuto:

« *b)* Sarà riconosciuta la personalità giuridica delle Associazioni reli-« giose, con o senza voti, approvate dalla Santa Sede, che abbiano la loro « sede principale nel Eegno, e siano ivi rappresentate, giuridicamente e « di fatto, da persone che abbiano la cittadinanza italiana e siano in Italia « domiciliate. Sarà riconosciuta, inoltre, la personalità giuridica delle pro-« vincie religiose italiane, nei hmiti del territorio dello Stato e sue colonie, « delle associazioni aventi la sede principale all'estero, quando concorrano « le stesse condizioni. Sarà riconosciuta, altresì, la personalità giuridica « delle Case, quando dalle regole particolari dei singoli Ordini sia attribuita « alle medesime la capacità di acquistare e possedere. Sarà riconosciuta, « infine, la personalità giuridica alle Case generalizie ed alle Procure dell8 « associazioni religiose, anche estere. Le Associazioni o le Case religiose, le « quali già abbiano la personalità giuridica, la conserveranno.

« Gli atti relativi ai trasferimenti degli immobili, dei quali le Associa-« zioni sono già in possesso, dagli attuali intestatari alle Associazioni stesse « saranno esenti da ogni tributo ».

Questo patto del Concordato è diventato anche legge dello Stato italiano nel giorno dello scambio delle ratifiche, 7 Giugno 1929.

La legge 27 Maggio 1929, n. 848, emanata per la esecuzione delle norme del Concordato relative agli enti ecclesiastici, non contiene alcuna disposizione speciale per le Associazioni religiose, tranne quella formulata nell'articolo 27, per la quale «le Case e le Comunità religiose dotate di personalità « giuridica devono regolarizzare la loro rappresentanza, in conformità delle « disposizioni del Concordato, con la nomina di rappresentanti aventi la « cittadinanza italiana e il domicilio nel Eegno ». Tale disposizione si rife-

risce alle Associazioni religiose che hanno conservata la personalità giuridica anche dopo le leggi di soppressione.

Il regolamento per l'esecuzione di detta legge 27 Maggio 1929, approvato con Regio Decreto 2 Dicembre 1929, n. 2262 (registrato alla Corte dei conti nel 17 Gennaio 1930 e pubblicato nella Gazzetta Ufficiale del Regno, n, 17, in data 20 Gennaio 1930), contiene alcune disposizioni per le associazioni religiose e precisamente quelle degli articoli 9, 79 e 80.

Nell'art. 80 si stabilisce: « Ai fini della disposizione contenuta nell'art. 27 « della Legge, i superiori delle Case e delle Comunità indicate nell'articolo «stesso, entro tre mesi dall'entrata in vigore del presente regolamento, « debbono comunicare al Ministero della giustizia e degli Affari di culto « il nome e il domicilio dei rispettivi rappresentanti ».

Nell'art. 8 del regolamento si dispone:

« Il riconoscimento della personalità giuridica degli Ordini e delle Congre- « gazioni, delle Province e delle Case religiose, è concesso su domanda dei « rispettivi rappresentanti, diretta al Ministro per la giustizia e gli Affari «di culto.

« La domanda deve essere corredata:

« a) dei documenti atti a comprovare che le persone, le quali le rap- « presentano giuridicamente e di fatto nel Regno, hanno la cittadinanza « italiana e sono domiciliate nel Regno;

« b) per gli Ordini e le Congregazioni, dell'attestato, ove non possa esi- « birsi l'atto originario di approvazione, dal quale risulti che l'Ordine o la « Congregazione è di diritto pontificio;

« e) per le Province, del medesimo attestato circa l'Ordine o la Con- ce gregazione a cui appartengono ed, inoltre, dei documenti, dai quali ri- « sulti che l'attività della Provincia è limitata al solo territorio dello Stato, « dei Possedimenti e delle Colonie, senza pregiudizio dell'attività, che la « stessa Provincia può svolgere in luoghi di missioni;

« d) per le Case, dei documenti comprovanti la propria capacità di « acquistare e possedere, secondo le regole particolari dell'Ordine a cuiappar- « tengono, oppure del documento pontificio che le autorizza a godere del- « l'uso di beni immobili. Ove l'Ordine a cui appartengono non sia già rico- « nosciuto nel Regno, debbono produrre anche l'attestato per comprovare « che esso è di diritto pontificio.

«Per il riconoscimento della personalità giuridica delle Case generali- « zie e delle Procure delle associazioni religiose anche estere, basta che la « domanda del legittimo rappresentante sia corredata da un certificato della « Santa Sede che attesti la esistenza canonica della Casa e della Procura ».

Nell'art. 9 si dispone:

« Ogni mutamento nelle persone dei rappresentanti delle Associazioni « religiose, delle quali è cenno nell'articolo precedente, deve essere comu« nicato entro quindici giorni al Ministro per la giustizia e per gli Affari « di culto, per comprovare che esse posseggono i requisiti richiesti dall'arti« colo stesso, lettera *a)* ».

Infine nell'art. 79 delle disposizioni transitorie è disposto:

« Nello stesso decreto reale di riconoscimento della personalità giuridica « delle associazioni religiose possono essere indicati gli immobili, dei quali le «associazioni medesime sono già in possesso e che a termini dell'art. 29 «lett. 5), capoverso del Concordato debbono dagli attuali intestatari essere « ad esse trasferiti ».

Ciò premesso, le disposizioni del Concordato, della legge e del regolamento possono riassumersi nei seguenti termini:

1. Lo Stato italiano riconosce la personalità giuridica delle Associazioni religiose nei hmiti del suo territorio, delle colonie e degli altri territori soggetti alla sua sovranità.

Per conseguenza:

a) se un'Associazione religiosa abbia sede ed eserciti la sua attività esclusivamente in Italia, colonie, ecc., lo Stato italiano riconosce la personalità giuridica dell'intiera associazione;

è) se abbia sede in Italia ed eserciti la sua attività anche aU'estero, oppure se abbia sede all'estero ed eserciti la sua attività anche in Italia, lo Stato italiano riconosce la personalità giuridica soltanto alla Provincia od alle Province religiose, che esercitino la loro attività in Italia, colonie, ecc., e nei hmiti di questi territori, senza pregiudizio dell'attività che le stesse Province possono svolgere in luoghi di missioni;

e) alle Case aventi sede in Italia, colonie, ecc., lo Stato riconosce la loro personalità, quando dalle regole particolari dell'Ordine a cui appartengono risulti che esse hanno una propria capacità di acquistare e di possedere (can. 531 del *Codex iuris canonici)]*

d) lo Stato italiano, inoltre, riconosce la personalità giuridica alle Case generalizie ed alle Procure delle Associazioni religiose, anche estere;

e) infine, le Associazioni o le Case religiose che non hanno perduta la personalità giuridica per effetto delle leggi eversive, la conservano.

2. Le condizioni necessarie per ottenere il riconoscimento della personalità giuridica nei casi di cui sopra sono soltanto le seguenti:

a) che si tratti di Associazioni, Province o Case di diritto pontificio;

b) che siano rappresentate (e la rappresentanza, agli effetti civili

patrimoniali, non sempre spetta alla stessa persona che riveste la qualifica di Superiore dell'Ordine, Provincia o Casa) di diritto e di fatto da persone che abbiano la cittadinanza italiana e siano in Italia domiciliate.

Questa seconda condizione non è necessaria per il riconoscimento delle Case generalizie e delle Procure delle Associazioni religiose, anche estere.

3. Gli atti relativi ai trasferimenti degli immobili, dei quali le Associazioni sono già in possesso, dagli attuali intestatari alle Associazioni stesse, sono esenti *da ogni tributo.* Questi termini amplissimi usati nel Concordato escludono non soltanto le tasse di bollo, registro ed ipotecarie degli atti di trasferimento, ma anche le tasse di concessione dei decreti di autorizzazione. Questa esenzione è in armonia anche colla disposizione contenuta nella lettera *h)* dello stesso articolo 29 del Concordato.

Il Concordato nella citata disposizione dell'art. 29. lett. *b),* sancisce un favore e non un obbligo. Le Associazioni religiose non sono, quindi, obbligate a chiedere allo Stato il riconoscimento della personalità giuridica àgli effetti civili.

Ottenuto il riconoscimento della personalità giuridica, l'Associazione potrà divenire legale proprietaria degli immobili, nei quali le dette associazioni hanno già pubblicamente la loro sede. L'intestazione di detti immobili all'Associazione eviterà alla medesima tutti gli oneri fiscali, spesso gravissimi, e tutti i pericoli ben noti derivanti dalle intestazioni individuali o collettive. Gli immobili, sedi delle Associazioni (e tali (possono qualificarsi non soltanto gli immobili nei quali sono stabilite le sedi principali degli Istituti, ma anche quelli adibiti ad uso di villeggiatura, o di noviziato, o per riposo dei religiosi anziani, ecc.), saranno soggetti alle sole imposte fondiarie: e neppur saranno gravati dalla tassa di manomorta; giacché, per la lettera *Ti)* dell'art. 29 del Concordato, che per tutti gli effetti tributari ha equiparato lo scopo di religione e di culto ai fini di beneficenza e di istruzione, sarà applicabile ai detti immobili il disposto dell'art. 7 della legge tributaria sulla *manomorta* 30 Dicembre 1923, n. 3271, che esenta da detta tassa le rendite presuntive delle case adibite all'uso immediato degli istituti di beneficenza o di istruzione.

Ê da notare che per l'art. 30 del Concordato le associazioni religiose hanno bisogno dell'autorizzazione dello Stato soltanto per gli acquisti, e non anche per le alienazioni ed in genere per gli atti eccedenti l'ordinaria amministrazione.

Tutti i Superiori degli Ordini ed Associazioni religiose di diritto pontificio, nel termine di due mesi dalla data della spedizione delle presenti istruzioni, invaeranno alla Santa Sede, e per essa alla Sacra Congrega-

zione dei Religiosi in Roma, un rapporto particolareggiato relativo al numero delle Province o Case che hanno in Italia; agli immobili nei quali risiedono, o che comunque possiedono; alle persone, istituti ed enti, ai quali detti immobili spettano in proprietà o sono comunque intestati. Dovranno, altresì, spiegare se possano soddisfare alla condizione, necessaria secondo il Concordato per ottenere dallo Stato il riconoscimento della personalità giuridica, di essere rappresentate di diritto e di fatto da persone che abbiano la cittadinanza italiana e risiedano in Italia. A tale effetto occorre notare che *rappresentante* può essere persona diversa dal Superiore; che il Concordato richiede nel rappresentante la qualità di cittadino italiano e non di nato in Italia; e che la cittadinanza italiana può acquistarsi in uno dei modi previsti daUa legge 13 Giugno 1912, n. 555, modificata 'Colla legge 31 Gennaio 1926, n. 108.

Vi sono tra gli Ordini detti *mendicanti* alcuni (Cappuccini, Minori, ecc.), ai quali il diritto canonico vieta di avere la proprietà di qualsiasi bene ed anche delle case di residenza, la proprietà delle quali viene quindi riservata alla Santa Sede. In tali casi sarà concesso agli Ordini l'indulto pontificio perchè possano acquistare l'uso a tempo indeterminato delle dette case, rimanendo proprietaria la Santa Sede. Di tale riserva sarà fatta espressa menzione nell'atto di trasferimento degli immobili e ne sarà presa nota nella voltura catastale e nell'atto di trascrizione nell'Ufficio delle Ipoteche.

Altre speciali norme potranno darsi, caso per caso, dalla Sacra Congregazione dei Religiosi, tenendo presente anche il disposto del canone 1501 del *Codex iuris canonici.*

Roma, dalla Segreteria della Sacra Congregazione dei Religiosi, 6 Febbraio 1930.

A. E. M. CARD. LÉPICIER, O. S. M., *Prefetto.*

L. © S.

Vinc. La Puma, *Segretario.*

SACEA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

15 Iulii 1929. — **B. P. D. Melchior Souen, Episcopus titularis Esbonensis,** *Vicarius Apostolicus de Anlcuo in Binis.*

10 Ianuarii 1930. — **B. P. Ludovicus Penieaud, Episcopus titularis electus Ass.ien.sis,** *Vicarius Apostolicus de PaMoi in Sinis.*

13 Ianuarii. — **B. P. Augustinus Tardieu, Episcopus titularis electus Yadensis,** *Vicarius Apostolicus de Quinhon in Indosinis.*

25 Ianuarii. — **B. P. Paulus Ouang Ouen Tchen, Episcopus titularis electus Olenensis,** *Vicarius Apostolicus de Shunking in Sinis.*

— **R. P. Thomas Berutti, Episcopus titularis electus Cusensis,** *Vicarius Apostolicus de Peng-pu in Sinis.*

— **B. P. Ioseph Guy, Episcopus titularis electus Zertensis,** *Vicarius Apostolicus de Grouard,*

— **B. P. Franciscus Ouang, Episcopus titularis electus Sindensis,** *Vicarius Apostolicus de Wanhsien.*

— **B. P.** D. **Paulus Leo Cornelius Montaigne, Episcopus titulo Sidymensis, hactenus Vicarius Apostolicus de Paotingfu,** *Coadiutor Vicarii Apostolici de Peking cum iure futurae successionis.*

Insuper Sacra Congregatio de Propaganda Fide renunciavit ad suum beneplacitum, decretis:

22 Octobris 1929. — **B. P. Matthaeum Ly-jun-ho,** *Praefectum Apostolicum de Yachow.*

— **B. P. Tarsicium Martina, e Congregatione Presbyterorum ss. Stygmatum,** *Superiorem ecclesiasticum missionis de Yihsien.*

20 Novembris. — **B. P. Paulum Julliotte, e Congregatione ss. Cordium (de Picpus),** *Superiorem ecclesiasticum missionis de Hainau.*

9 Ianuarii 1930. — **B. P. Assuerum Bassi, e Pia Societate S. Francisci Xaverii pro missionibus exteris,** *Praefectum Apostolicum de Loyang.*

— **B. P. Eribertum Winkler, e Societate Divini Salvatoris,** *Superiorem ecclesiasticum missionis de Shaowu.*

— **B. P. Fridericum M. Blessing, ex Ordine Crucigerorum,** *Praefectum Apostolicum de Pondo.*

S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

LITTERAE

AD ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS DE STUDIIS ORIENTALIUM RERUM ET DE CATECHESI IN SEMINARIIS IMPENSIUS EXCOLENDIS.

Illustrissime ac Reverendissime Domine,

Quod catholicis hominibus semper fuit iii votis ut quotquot iri orientalibus regionibus a Romanae communione Sedis dissident ad eiusdem unitatem Ecclesiae Matris tam diu revocati se recipiant, id sane cum primis Ecclesiae universae Pastori ac Patri, Pio XI Pontifici Maximo, cordi est et #urae praecipuae, tamque sollicitae ut iam inde a Pontificatus sui exordiis in id omnem operam studiumque contulerit. Cuius quidem solhcitudinis documentum exstat praestantissimum in Encyclicis illis litteris *Rerum orientalium* datis die 8 Septembris anni 1928, de studiis nimirum orientalium rerum provehendis.

Hisce igitur Pontificis Summi curis votisque obsecundans, Sacra haec ecclesiasticis studiis provehendis instituta Congregatio, nihil sibi praetermittendum statuit quod ad mutuam illam populorum ignorationem et despicientlam, atque, ex praeiudicatis praesertim opinionibus consecutam, diuturnam animorum alienationem tollendam conferre, penitioremque tum historiae, tum doctrinarum, ac theologiae, praesertim Orientalium cognitionem alere possit, quemadmodum eaedem Encyclicae litterae commendant, apud clericos potissimum ac sacerdotes.

Principio autem id generatim decernendum existimat haec Sacra Congregatio, ut in sacrae theologiae curriculo universo earum pecubaris ratio quaestionum ac rerum habeatur, quae ad orientales Ecclesias ac populos quoquomodo pertineant.

Quamquam enim maioribus tantum athenaeis sacris munus instituendi peculiares theologiae orientalis cursus, seu magisteria propria, attribuendum videtur, congruum est tamen ac paene necessarium, ut in ceteris quoque clericorum Seminariis, ubicumque iuvenum sobóles in spem Ecclesiae adolescit studiisque sacris eruditur, id minime negligatur ut instructi paratique prodeant nonnulli saltem ad eam quoque Ecclesiae portionem

excolendam, in qua primum christianum nomen exortum, fidei grandioribus factis inclaruit atque ad reliquum deinde terrarum orbem fama, virtute ac praedicatione processit.

Ii vero potissimum in orientalibus hisce studiis ponendam sibi operam arbitrentur, quibus vel sacrae theologiae vel historiae ecclesiasticae vel liturgiae magisterium fuerit proprie demandatum.

Ita nempe, ut exemplo res pateat, in ea quae de fidei praeambulis, seu fundamento, est theologia, quam propterea *fundamentalem* vocamus, explicanda atque illustranda, curent praeceptores ut quae contra primatum Eomani Pontificis eiusdemque infallibile magisterium a dissidentibus Orientalibus obiici ac iactari solent, dilucide fortiterque disiiciantur, oppositis nimirum iis quae a catholicis doctoribus efficacius reponi consueverunt.

In reliqua item theologicae disciplinae parte, quam *specialem* appellamus, perspicue dissolvantur ab Orientalibus passim obiecta contra processionem Spiritus Sancti a secunda persona Ssmae Trinitatis, adiunctamque Symbolo fidei vocem *Filioque,* contra doctrinas item sive de Immaculato Virginis Deiparae conceptu, sive de Purgatorii veritate singillatim.

In theologia quae de Sacramentis est, fusius enucleentur quaecumque ad Baptismum, ad SS. Eucharistiam (ad quaestionem, ex gr., de epiclesi) ad Sacramenta cetera spectant.

In Liturgia haud minus accurata diligentia quam veneratione et observantia rituum catholicorum diversitas explanetur.

In historia denique Ecclesiae ea presse enarrentur, quae de septem prioribus Conciliis Oecumenicis sunt, deque subsequentibus, Lugdunensi praecipue ac Florentino; neque illa omittenda quae deinceps Bomani Pontifices ad unitatem redintegrandam inchoarunt ac perfecerunt, in primisque aetate nostra Pius IX sanctae recordationis, cum occasionem nactus Concilii Vaticani cogendi, orientales Episcopos paternis litteris invitavit, ac Leo XIII, immortalis item memoriae Pontifex, qui toties diuturni Pontificatus sui tempore, tam multa tamque sapienter in eundem finem instituit, ac denique Pius XI feliciter regnans, quem iisdem vestigiis tam alacriter insistentem conspicimus.

Atque haec quae summatim attigimus, satis declarant studia orientalia quanti sint momenti, quantique propterea intersit ut ab Ordinariis omnibus in scholis praesertim theologicis, ea quidem via ac ratione, quam diximus, provehantur in dies.

Quod si quis inter sacrae theologiae alumnos animi, doctrinae, ingenii laudibus se praecipue commendaverit, spemque fecerit bonam fore ut aliquid in utilitatem Orientalium aliquando conferre possit, id sibi locorum Ordinarii persuasum habeant nihil se Bomano Pontifici gratius atque divini

Regis Cordi sacratissimo sanctius acceptiusque facturos quam si eundem alumnum ad Institutum Orientale in Urbem transmiserit, studiorum curricula perfectius emensurum.

Hanc opportunitatem nacta, Sacra Congregatio unum aliud urgendum existimat, ea etiam de causa, ne prae altioribus studiis humiliora quae videntur, at multo etiam maioris sunt reipsa necessitatis ac ponderis, neglegantur. Id autem est quod a sanctissimis Ecclesiae Pastoribus aliisque apostolicis viris tam saepe tamque impense commendatum accepimus quodque haec quidem ipsa Sacra Congregatio non semel nec segniter inculcavit, ut in singulis clericorum Seminariis, apud alumnos theologiae praesertim, schola seu magisterium instituatur ac rite foveatur de sacra catechesi proprium. Constat enimvero catechesim huiusmodi, prout est apta in primis ratio ac via. christianae religionis rudimentis populum instituendi, totius veluti sacerdotalis ministerii fundamentum esse eiusdemque fructuum et progressionum causam praecipuam, nostris praesertim temporibus, quae apostolicis verbis *tempora ignorantiae* vere dici possunt {*Act.*, XVII,. 30). Hanc proh dolor! saepenumero neglectam videmus, et haud raro implexa nimium vel obscura ratione, quae ad animos audientium alliciendum omnino sit impar, ineptissime tradi plebi christianae ac pueris ipsis prima religionis elementa: ut illud dolendum sit Ieremiae prophetae ingemiscentis: *Parvuli petierunt panem et non erat qui frangerei eis (Lam.*, IV, 4).

Illud igitur curent locorum Ordinarii ut, quod can. 1365 Codicis iuris canonici statuitur quodque item epistola huius Congregationis, die 8 Septembris 1926 data, impense commendatur, sacrorum alumni qui in singulis dioecesibus ad spem Ecclesiae succrescunt, tum opportuniore via ac ratione imbuantur, tum vehementiore desiderio inflammentur christianae plebis ac iuventutis praesertim fidei nostrae elementis maiore cum fructu in dies erudiendae.

De iis denique omnibus quae in singulis Seminariis vel sancte instituta vel rite custodita et observata fuerint, ut harum litterarum satis utrique, capiti fiat, gratissimum fecerint locorum Ordinarii si hanc Sacram Congregátionem studiose docuerint.

Qua de re iam nunc Amplitudini tuae gratias agens quam maximas^ omnia faustissima precor ex animo.

Romae, die 28 Augusti 1929.

C. CARD. BISLETI, ***Praefectus.***

•*L.* *m* s.

E. Ruifini, ***Secretarius****

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 18 Febbraio 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* **per discutere il dubbio sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della Ven. Serva di Dio Paola Frassinetti, Fondatrice dell'Istituto delle Suore di S. Dorotea.**

Martedì, 25 Febbraio 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* **dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi che la compongono, hanno discusso il dubbio sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Beata Caterina Thomas, vergine, Canonichessa regolare professa dell'Ordine di S. Agostino, i quali miracoli vengono proposti per la sua Canonizzazione.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

29 Novembre 1929. **Monsig. Alfredo Ottaviani e il Revmo P. Felice M. Cappello, S. I.,** *Consultori della Sacra Congregazione Concistoriale.*

3 Febbraio 1930. **Revino P. Tommaso Garde, O. P.,** *Consultore della Sacra Congregazione dei Piti per le Cause di Beatificazione e Canonizzazione.*

4 » » **1 Revmi P. Antonio Lemonyer O. P., e P. Vincenzo Di Lorenzo, dei Sacerdoti del SS. Sacramento,** *Consultori della Sacra Congregazione dei Sacramenti.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

28 Novembre 1929. **L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti,** *Protettore delle Suore della Misericordia* **(Paramatta: Sydney).**

» » » Monsig. Pasquale Robinson, Arcivescovo titolare di Tiana, *Nunzio Apostolico in Irlanda.*

28 Novembre 1929. **L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier,** *Protettore delle Religiose Serve di Maria* **(Stamford Hill: Londra).**

-2 Gennaio 1930. **L'Emo Sig. Cardinale Alfredo Ildefonso Schuster,** *Protettore delle monache Benedettine Cassinesi di' S. Giuseppe* **(Assisi).**

9 » » **L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti,** *Protettore dell'Istituto delle Figlie di Maria Immacolata* **(Madrid).**

» » » **L'Emo Sig. Cardinale Lorenzo Lauri,** *Protettore della Congregazione delle Piccole Serve della B. V.* **M.** *Immacolata* **(Polonia).**

» » » **L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti,** *Protettore delle Suore Carmelitane della Carità* **(Vich).**

17 » » **L'Emo Sig. Cardinale Lorenzo Lauri,** *Protettore delle Suore Ancelle del S. Cuore di Gesù* **(Cracovia).**

» » » **L'Emo Sig. Cardinale Lorenzo Lauri,** *Protettore delle Suore Francescane detta Famiglia di Maria* **(Leppoli).**

18 » » **Monsig. Giovanni Delle Piane, Arcivescovo titolare di Staurppoli,** *Delegato Apostolico del Congo Belga.*

Assistente al Soglio Pontificio :

17 Novembre 1929. **Monsig. Prediano Giannini, Arcivescovo titolare di Serre^ Delegato Apostolico di Siria.**

Protonotarii Apostolici **ad instar participantium:**

21 Settembre 1929. **Monsig. Vittorino Costa, della diocesi di Ceneda.**
14 Ottobre » **Monsig. Alberto Petrasch, della diocesi di Lincoln (S. U. A.).**
Monsig. Pietro O'Loughlin, della medesima diocesi.
16 Dicembre » **Monsig. Lodovico Pouey, della diocesi di Tarbes e Lourdes.**
» » » **Monsig. Alfonso Maire, della diocesi di Saint-Dié.**
20 » » **Monsig. Ippolito Segonzac, dell' archidiocesi di Albi.**
23 » » **Monsig. Giacomo Radu, della diocesi di Gran Varadino.**
25 » » **Monsig. Lodovico Kaas, della diocesi di Treviri.**
31 » » **Monsig. Marcantonio Mansi, dell'archidiocesi di Amalfi.**

Prelati Domestici di S. S.:

21 Maggio 1929. **Monsig. Salvatore Ermini (Roma).**
19 Settembre » **Monsig. Francesco Hofliger, della diocesi di Coirà.**
18 Ottobre » **Monsig. Carlo Kiss, dell'archidiocesi di Strigonia.**
24 Novembre » **Monsig. Alfonso Piette, della diocesi di Joliette.**
» » » **Monsig. Francesco Laurendean, della diocesi di London.**
26 » » **Mönsig. Redemisto Ricci Bitti, della diocesi di Imola.**
10 Dicèmbre » **Monsig. Patrizio O'Reilly, della diocesi di Natchez.**
U » » **Monsig. Edoardo Tearney, della diocesi di Richmond (U. S. A.).**
» » » **Monsig. Tommaso Waters, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Felice F. Kaup, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Francesco Streit, della diocesi di Alba Reale.**

11 Dicembre 1929. **Monsig. Antonio Balducci, dell'archidiocesi di Chieti.**
» » » **Monsig. Giovanni Di Muzio, della medesima archidiocesi.**
13 » » **Monsig. Nicola Addati, della diocesi di Andria.**
16 » » **Monsig. Onorato Mericq, della diocesi di Tarbes e Lourdes.**
16 » » **Monsig. Adriano Egger, della diocesi di Bressanone.**
20 » » **Monsig. Laudano Goào, della diocesi di Riberào Preto.**
» » **Monsig. Cornelio Francesco Crowley, dell'archidiocesi di Nuova York.**
23 » » **Mons. Francesco Luttor, della diocesi di Vesprimia.**
14 Gennaio 1930. **Monsig. Ireneo Chelucci, della diocesi di Pistoia.**
» » **Monsig. Tommaso Currie, dell'archidiocesi di Glasgow.**
» » **Monsig. Eugenio Fantaccini, della diocesi di Prato.**
» » **Monsig. Arnoldo Estvelt, dell'archid. di Santa Fé (U. S. A.).**

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

23 Marzo 1929. **Monsig. Eliseo Duarte Diniz, della diocesi di Pesqueira.**
23 Ottobre » **Monsig. Maurizio Besson, dell'archidiocesi di Lione.**
15 Novembre » **Monsig. Paolo Csepy, della diocesi di Vacia.**
» » » **Monsig. Michele Vaszary, della medesima diocesi.**
21 » » **Monsig. Guglielmo E. Cashin, dell'archidiocesi di New York.**
» » » **Monsig. Roberto J. Eeegan, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Stefano Krasula, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Enrico O'Carroll, della medesima archidiocesi.**
29 » » **Monsig. Carlo Zinato, del patriarcato di Venezia.**
» » » **Monsig. Giuseppe Scarpa, del medesimo patriarcato.**
» » » **Monsig. Francesco Bosmin, del medesimo patriarcato.**
» » » **Monsig. Attilio De Luca, del medesimo patriarcato.**
» » » **Monsig. Vittorio Piva, del medesimo patriarcato.**
9 Dicembre » **Monsig. Leone Rankowski, dell'archidiocesi di Poznan.**
» » » **Monsig. Giovanni Hinsenkamp, dell'archidiocesi di Colonia.**
» » » **Monsig. Giacomo Schmitt, della medesima archidiocesi.**
22 » » **Monsig. Alessandro Trébaure, dell'archidiocesi di Cuyabá.**
» » » **Monsig. Fulgenzio Sonico Trigo, della diocesi di Tarija.**
16 Gennaio 1930. **Monsig. Giovanni Giuseppe Driscoll, della diocesi di Springfield, Illinois.**
» » » **Monsig. Giacomo Canili, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Giuseppe Carlo Straub, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Patrizio Francesco Carroll, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Paolo Rylko, dell'archidiocesi di Cracovia.**
» » » **Monsig. Giovanni J. Curran, della diocesi di Scranton.**
» » » **Monsig. Stanislao Szpotanski, della medesima diocesi.**
24 » » **Monsig. Benedetto Laengle, dell'Amministrazione Apostolica di Innsbruck.**
» » » **Monsig. Enrico Heidegger, della medesima Amministrazione Apostolica.**

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

16 Giugno 1929. **Al sig. Stanislao Szyczewski, della diocesi di Luceoria.**
19 Dicembre » **Al sig. conte Guglielmo Dreesmann, della dioc. di Haarlem.**
22 » » **Al sig. Venceslao Loziñski, della diocesi di Pinsk.**
.25 Gennaio 1930. **Al sig. Giorgio Shanks, della diocesi di Southwark.**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

25 Aprile 1929. **Monsig. Stanislao Vaikuls, dell'archidiocesi di Riga.**
» » » **Monsig. Vincenzo Strelevics, della medesima archidiocesi.**
4 Ottobre » **Monsig. Stefano Sebestyén, della diocesi di Neosolio.**
» » » **Monsig, Carlo Sebestyén, della diocesi di Cinque Chiese.**
.29 Novembre » **Monsig, Domenico Mambrini, della diocesi di Borgo S. Sepolcro.**
» » » **Monsig. Stefano Fülle, dell'archidiocesi di Genova.**
9 Dicembre » **Monsig. Giuseppe Marciniak, dell'archidiocesi di Poznan.**
» » » **Monsig. Marcello Kowalski, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Carlo Kielczewski, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Venceslao Gieburowski, della medesima archidioc.**
,22 Dicembre » **Monsig. Giovanni Kovács, della diocesi di Alba Reale.**
»• » » **Monsig. Francesco Büttner, della medesima diocesi.**

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :

13 Agosto 1929. **Il sig. Stanislao Slawski, dell' archidiocesi di Posen.**
>• » » **Il sig. Giovanni Slawski, della medesima archidiocesi.**
» » » **Il sig. Edoardo Grabski, della medesima archidiocesi.**
25 Ottobre » **Il sig. Giuseppe Gregorio Pacheco, dell'archid. di Sucre.**

Cappellani d'Onore **extra Urbem** *di S. S.:*

11 Ottobre 1929. **Monsig. Francesco Paolitti, dell'archidiocesi di Udine.**
12 » » **Monsig. Ivanoe Ruberti, della diocesi di Mantova.**
22 *Dicembre* » **Monsig. Giuseppe Casetta, della diocesi di Alba.**

NECROLOGIO

.26 Febbraio 1930. **Emo Sig. Card. RAFFAELE MERRY DEL VAL, del titolo di S. Prassede, Arciprete della Patriarcale Basilica Vaticana, Segretario della Suprema Sacra Congregazione del S. Uffizio e Prefetto della Sacra Congregazione della Rev. Fabbrica di S. Pietro.**

Annus XXII - Vol. XXII 7 Aprilis 1930 Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

MOTU PROPRIO

COMMISSIO PRO RUSSIA A SACRA CONGREGATIONE PRO ECCLESIA ORIENTALI SEIUNGITUR AC SUI IURIS CONSTITUITUR.

PIUS PP. XI

Inde ab inito Pontificatu, peculiari modo curas intendimus sollicitudinesque Nostras ad frequentissimos Russiarum populos, qui quidem idcirco a Nobis impensiore studio diliguntur, quod iam diu multumque iniqua prorsus atque inhumana rerum condicione vexantur.

In multis vero, quae hac de re suscepimus consiliis atque inceptis, ut non modo afflictis illorum populorum rebus pro facultate mederemur, sed etiam, quod caput est, ut sempiternae prospiceremus eorum saluti, imprimis memoratu digna est, ut omnes norunt, illa pro Russia ***Commissio,*** quam anno **MDCCCCXXV** a Nobis constitutam, cum Sacra Congregatione ritibus rebusque omnibus Ecclesiae Orientalis curandis coniunctam voluimus, cuique negotia et causas demandavimus, quae ad Russos pertinent, sive ad eos, qui in patrio solo degunt, sive ad eos, qui extorres procul domo versantur.

Attamen sedulo diligenterque Nobiscum reputantes per haud diuturnum hoc annorum intervallum res rationesque cum com-

memoratae *Commissionis,* tum Congregationis eiusdem continenter increbruisse, atque in praesens increbrescere; itemque considerantes Russorum condicionem ac causam vel domo degentium vel in exteris regionibus commorantium, actuosiorem in dies Apostolicae Sedis curam requirere; ut haec eadem cura, multiplex quidem ac "beneficiis plena, expeditior fiat ac fructuosior, re mature perpensa, opportunum duximus *Commissionem* pro Russia a Sacra Congregatione Orientalibus praeposita, quacum ante cohaerebat, seiungere, eamque facere suo proprio iure pollentem. Quod nihilo secius haud prohibet quominus inter Congregationem eandem et hanc pro Russia *Commissionem* opportuna laboris vincula intercedant et mutuum adiutricis operae auxilium, ut ipsa et rerum et gentium natura postulat, ad quas utriusque spectat muneris perfunctio.

De plenitudine igitur Apostolicae potestatis, motu proprio ac certa scientia, hanc pro Russia *Commissionem* et a Congregatione, quacum adhuc cohaerebat, seiungimus et omnino sui iuris atque nullius auctoritati, nisi Nostrae, obnoxiam eam constituimus ac pronuntiamus; eidemque venerabilem fratrem Michaelem D'Herbigny Episcopum titulo Iliensem Praesidem praeficimus; cui quidem omnia iura facultatesque confirmamus, quibus Praeses Commissionis usque adhuc utebatur, et, quatenus opus est, denuo concedimus.

Quaecumque vero a Nobis, hisce Litteris motu proprio datis, statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die dominico Passionis, vi mensis Aprilis anno **MDCCCCXXX**, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE DISMEMBRATIONE DIOECESIS BOTUCATUENSIS ET NOVAE DIOECESIS « ASSISENSIS » ERECTIONE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sollicitudo universalis Ecclesiae Romanis Pontificibus divinitus concredita illos admonet, ut novae in orbe catholico dioeceses constituantur quoties id in maiorem christifidehum utilitatem cedere videatur. Cum itaque Botucatuensis dioecesis, seiunctis iam ex ea territoriis et novis erectis Sorocabana et Cafaelandensi dioecesibus, adhuc per amplissimam regionem se extendat, postulante venerabili fratre Carolo Duarte Costa ipsius Ecclesiae Episcopo, Nos dioecesis eiusdem territorium in duas partes dividendum statuimus, ut nova ex altera parte et distincta dioecesis efformetur. Quapropter, praehabito venerabilis fratris Benedicti Aloisi Masella, Archiepiscopi titularis Caesariensis in Mauretania et penes Brasilianam Rempublicam Nuntii Apostolici, favorabili voto, de consulto venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, nec non suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, territorium ad eamdem Botucatuensem dioecesim spectans in duas distihctas dividimus partes, in quarum una ipsam dioecesim Botucatuensem coarctamus, in altera vero parte ex novo erigimus dioecesim ab urbe *Assis* « Assisensem » nuncupandam. Nova haec dioecesis per flumen *Bio de Peyxe* a dioecesi Cafaelandensi separabitur; per flumen autem *Paraná* a Corumbensi dioecesi; per flumen vero *Parandpanema* usque ad fluminis *Bio Pardo* confluentiam a dioecesi de Jacarezinho separantur; per flumen denique *Bio Pardo* usque ad fluminis *Bio Turvo* confluentiam, item per flumen hoc, usque ad *Bio Alambary* confluentiam ac per istud usque ad fluminis *Bibendo Vermelho* confluentiam, dein per flumen hoc usque ad ipsius fontes, demum per montes *Mirante* ac per flumen *Arrependido* a dioecesi Botucatuensi seiuncta erit. Nova eadem dioecesis ita circumscripta tredecim sequentibus paroeciis constituetur, videlicet: *Assis, Campos Novos, Candido Motta, Conçeieao de Monte Alegre, Maraeahy, Palmital, Paraguassù, Platina, Presidente Prudente, Quota,*

Salto Grande, Santo Anastasio et *San Pedro do Turvo.* Noviter ita erectae dioecesis Assisensis sedem et cathedram episcopalem in urbe vulgo *Assis* constituimus simulque novam ecclesiam Sacratissimo Cordi Iesu et S. Francisco AssMensi dicandam ad cathedralis gradum sub eodem titulo «venimus, atque ipsi eiusque pro tempore Episcopis iura omnia, honores, insignia, favores, gratias et privilegia tribuimus, quibus ceterae cathedrales ecclesiae earumque Praesules in America Latina ex iure communi pollent, et cum omnibus oneribus et obligationibus iisdem, adnexis. Ipsam vero cathedralem Ecclesiam Assisensem suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae S. Pauli in Brasilia, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri S. Pauli Archiepiscopi subiicimus. Cum autem, praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in nova hac dioecesi canonicorum Capitulum, modo instituatur, indulgemus ut interim, loco canonicorum, ad. tramitem iuris, consultores dioecesani eligantur. Mandamus insuper ut, quam primum fieri poterit, saltem parvum. Seminarium dioecesanum iuxta Codicis iuris canonici praescripta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis traditas in dioecesi erigatur; itemque ut suis sumptibus nova quoque dioecesis haec Assisensis binos delectos iuvenes, aut *modo* saltem unum, in Pontificium Seminarium Pium Latinum de Urbe non intermissa vice mittat, ut sub fere oculis Romani Pontificis in spem Ecclesiae instituantur. Quod vero attinet ad. dioecesis huius regimen et administrationem, ad Vicarii capitularis seu Administratoris sede vacante electionem, servanda iubemus quae sacri canones decernunt. Quod autem ad clerum in particulari spectat, statuimus ut, simul ac huius novae dioecesis erectio facta fuerit, eo ipso clerici censeantur adscripti Ecclesiae illi in cuius territorio legitime degunt. Volumus insuper ut episcopalem mensam constituant curiae emolumenta et ceterae oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis erecta est, praeberi solent, praeter ea quae iam ad finem hunc collecta sunt. Mandamus denique ut documenta omnia et acta, novam Assisensem dioecesim eiusque clericos ac fideles respicientia, quamprimum fieri poterit, a cancellaria episcopali dioecesis Botucatuensis cancellariae dioecesis Assisensis tradantur, ut in proprio archivo serventur.

Quibus omnibus ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda praefatum venerabilem fratrem Benedictum Aloisi Masella, in Brasiliana Republica Nuntium Nostrum, deputamus, eidemque necessarias et opportunas facultates tribuimus, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura et cum onere

ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi infra sex menses ab bis litteris acceptis computandos, authenticum exemplar exsecutionis, peractae.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eö quod quilibet, quorum interest, vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat .inviolabiliter observari debere, et si secus super bis a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universahbusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem has Litteras Nostras dismembrationis, erectionis, evectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo octavo, die trigesima mensis Novembris, Pontificatus Nostri anno septimo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH,
Cancellarius S. B. E.

CAROLUS CARD. PEROSI,
S. C. Consistorialis Secretarius.

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Hector Castelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. XL, n. 6. - M. Riggi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ECCLESIA B. M. V. IMMACULATAE ADNEXA DOMUI CLERICORUM EXCALC. A PASSIONE D. N. I. C, LOCI « ISOLA DEL GRAN SASSO », INTRA FINES DIOECESIS PINNENSIS ET HATRIENSIS, BASILICAE MINORIS HONORIBUS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Moderator ac religiosi domus Sancti Gabrielis a Virgine Perdolente e Congregatione Clericorum Excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis Domini Nostri Iesu Christi intra fines dioecesis Pinnensis atque Hatriensis enixis verbis a Nobis exposcunt ut ecclesiam memoratae domui adnexam Basilicae minoris privilegiis honestemus. Ipsa enim ecclesia, cui altus supereminet tholus, iam antiquis temporibus eodem in loco exstabat ad honorem Beatae Mariae Virginis Immaculatae Deo dicata; at recentiora tempore denuo fuit exaedificata ampliore forma ita ut nunc tribus navibus et satis amplo presbyterio constet. In eiusdem autem praedivite sacello Sancti Gabrielis a Virgine Perdolente servatur corpus, quod ad invisendum non modo ex eadem dioecesi sed ex finitimis ' quoque regionibus, peregrinorum more, christifideles pie confluunt. Frequens vero religiosorum virorum coetus ex laudata Congregatione divinis laudibus concinendis et ministerio animorum explendo sollertem operam praestat ipsa in ecclesia, quae in praesens sacra etiam supellectili abunde praedita est. Haec animo repetentes, cum venerabilis frater Pinnensium atque Hátriensium Episcopus et dilectus filius Procurator generalis Congregationis praefatae a Passione Domini amplissime Nobis preces, quas moderator simul ac religiosi viri domus Sancti Gabrielis a Virgine Perdolente Nobis adhibuerunt, commendaverint, Nos huiusmodi votis adnuendum ultro libenterque existimavimus. Quapropter conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinalibus qui sacris tuendis Bitibus praepositi sunt, apostolica Nostra auctoritate, perpetuumque in modum, ecclesiam nomine et titulo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis decoratam, domui adnexam Sancti Gabrielis a Virgine Perdolente e Congregatione Clericorum Excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis Domini Nostri Iesu Christi, dioecesis Pinnensis atque Hatriensis intra terminos, ad Basilicae minoris dignitatem, evehimus, illique omnia privilegia omnesque honorificentias tribuimus, quae templis hoc titulo honestatis de iure competunt.

Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus, super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Eomaé apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Iulii anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CAED. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

II

DISPENSATA FORMA CANONICAE ELECTIONIS, DECLARATUR S. LUCIA V. ET M. PATRONA PRINCIPALIS OPPIDI « S. LUCIA DEL SERINO », DIOECESIS SALERNITANAE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Salernitanus Archiepiscopus iam Nobis commendavit amplissime preces parochi ad Sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli in oppido Sanctae Luciae de Serino, qui humiles enixasque Nobis supplicationes adhibuit ut pro Nostra benignitate Sanctam Luciam oppidi eiusdem "Patronam constituere ac declarare dignaremur. Id vero a Nobis etiam exposcunt clerus populusque loci cum optimatibus, cum Sanctam Luciam ipsius oppidi incolae maxime venerentur, atque ex finitima regione quotannis die festo eiusdem Virginis ac Martyris christifideles peregrinorum more frequentes ipsum in locum conveniant. Id profecto attento seduloque studio Nos considerantes, praefatis precibus concedendum existimavimus. Conlatis propterea consiliis cum dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, a consueta et praescripta pro Patronis eligendis forma in casu dispensatione benigne concessa, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Sanctam Luciam Virginem ac Märtyrern praedicti oppidi ac territorii cui nomen « Santa Lucia del Serino », quodque intra fines est archidioecesis Salernitanae, Patronam principalem, privilegiis adiectis liturgicis festi sub ritu duplici primae classis cum octava, constituimus ac declaramus.

Haec yero statuimus, decernentes praesentes Litteras^firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Octobris anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

TEMPLUM S. CELSI CIVITATIS MEDIOLANENSIS, HONORIBUS AUGETUR BASILICAE MINORIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam.; — Mediolanensi in civitate atque archidioecesi ad honorem incliti Martyris Sancti Celsi est Deo dicatum templum, quod historia atque ornatu inter sacras aedes mediolanenses perspicuum celebreque fulget. Eodem vero in templo sanctuarium Sanctae Mariae a Miraculis a multis saeculis exstat, quod cuiusvis coetus christifideles Beatae Deiparae opem imploraturi pie devoteque frequentant. Nos quoque iam inde a Nostrae clericalis vitae exordio, tum presbyterali tum archiepiscopali munere functi, ac postea ad sublimem Principis Apostolorum cathedram, arcano Dei consilio, evecti, peculiari observantia templum mediolanense Sancti Celsi eiusdemque sanctuarium Beatae Mariae de Miraculis continenter prosequuti sumus; eidemque, benevolentiae Nostrae pignus, calicem dono dedimus adhibendum in speciali Missa de Beata Maria Yirgine, quae ex Apostolico indulto in Sabbatis per annum cum aliqua solemnitate peragenda est. Nunc autem cum praefectus sanctuarii 'memorati enixas Nobis preces admovent, nomine quoque cleri populique omnis, ut venerabile templum mediolanense Sancti Celsi ad Basilicae minoris dignitatem evehere dignaremur, easdemque preces, iam amplissimo suffultas suffragio recol. mem. Eugenii Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Tosi Archiepiscopi Mediolanensium, nuper e vita functi, nunc denuo Nobis commendet dilectus filius Noster Alfredus Ildephonsus Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinalis Schuster, ex apostolica dispensatione Mediolanensium Archiepiscopus, huiusmodi

supplicationibus annuendum ultro libenterque existimavimus. Qua re, conlatis consiliis cum dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, qui Sacrorum Rituum Congregationi praepositus est, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, ecclesiam mediolanensem Sancti Celsi ad titulum et dignitatem Basilicae minoris evehimus, illique privilegia omnia atque honorificentias tribuimus, quae huic titulo de iure competunt.

Haec concedimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac peimanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XII mensis Novembris, anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

1

AD R. P. ALFONSUM ORLICH, ORD. FF. MINORUM CONVENTUALIUM MINISTRUM GENERALEM, SEPTIMO EXEUNTE SAECULO AB EXCITATO COENOBIO PATAVINO CUM ANTONIANA AEDE.

PIUS PP. XI

Dilecte fifi, salutem et apostolicam benedictionem. — Septem ante saeculis, uti traditur, Iacobus Conradus Episcopus Patavinus, cum perciperet Seraphici Patriarchae filios propius sibi adesse pastoralis laboris socios, eos Patavium accivit, et quoddam eisdem tribuit sacellum Deiparae Virgini dicatum. Quam quidem invitationem condicionemque tam volentibus animis ipsi acceperunt, ut, impensam Episcopo navando operam, salutares uberrimosque fructus proferrént: tam volentibus inquimus animis, quandoquidem, pro suo religionis studio, in parvi illius sacelli locum, haud ita multo post, templum excitare coeperunt, quod Sancto Antonio Patavino dicatum, ob molis amplitudinem lineamentorumque venustatem omnes et cives et advenae admirantur.- Cui quidem templo coenobium vel ab initio accessit, quocum praeclarae bene multae Franciscalis f annuae memoriae

coniunguntur; hanc scilicet domum incolendo religiosi viri nobilitarunt haud pauci, christianae sapientiae cultu, vitaeque sanctimonia illustres, quos inter princeps exstitit ille idem Antonius, qui tamdiu inibi vitam traduxit, quoad in solitudinem secessit, unde, apostolicis fractus laboribus cupiensque *dissolvi et esse cum Christo,* sanctissimo obitu ad aeternae beatitatis praemia evolavit. Quam ob rem libenti Nos animo comperimus consilium vos iniisse septimum ab excitato coenobio saeculum sollemniter commemorandi,' siquidem pro certo habemus non modo id gratis sospitatori Deo precibus laetitiaeque significationibus, sed etiam haud mediocri cum Ordinis vestri emolumento, celebratum iri. Quid enim satius valet ad pristinum franciscalis spiritus ardorem redintegrandum, quid ad perfectioris vitae institutum studiosius in dies persequendum, quam si praeclara maiorum quisque suorum exempla sibi ante oculos proponat et veteres Ordinis sui laudes ad suam communemque utilitatem revocet?

O utinam Antonius — insigne illud, quod supra memoravimus, franciscalis nominis et Patavinae urbis decus — adsit de caelo, laeti exitus sponsor satorque spiritualium fructuum, sollemnibus quae acturi proxime estis; sitque vobis omnibus, ad evangelicam perfectionem assequendam, exemplo, incitamento, auxilio. Ad Nos quod attinet, huius faustitatis laetitiam, pro Nostra in vos benevolentia, libenter per has litteras participamus; cuius quidem benevolentiae testis ac caelestium munerum conciliatrix apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili, singulisque istius Ordinis sodalibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis Ianuarii anno IÍDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

II

AD RE. PP. DD.- GEORGIUM SCHMID DE GRÜNECK EPISCOPUM^ CURIENSEM CETEROSQUE HELVETIAE EPISCOPOS: OEFICIOSIS LITTERIS RESPONDET EX COMMUNI CONVENTU EINSIDLENSI DATIS.

PIUS PP. x

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Commua nes litteras ex annuo conventu in monasterio Einsiedlensi nuper habito ad nos mittendo, non modo vos veterem secuti estis morem consuetudinemque, sed vestram etiam cum communi omnium Patre animorum coniunctionem vestramque in pastorali gerendo munere sollicitudinem patefacere

voluistis. Novum igitur huiusmodi studiosae voluntatis vestrae documentum cur non probemus, cur grato non excipiamus animo fausta omina votaque vestra ob quinquagesimum a Nobis initum sacerdotii annum et ob gravissima illa laétaque eventa, quae haud ita pridem bonorum omnium spem exspectationemque commoverunt? Quodsi caritatis vestrae officium iucunde Nos affecit, multo quidem afïecere iucundius illae quas vos et ad Deum adhibuisse preces scribitis et iterum atque iterum adhibituros esse, pro vestra pietate, spondetis. Cum enim pro certo habeamus praesenti Nos divini Numinis auxilio nullo non tempore indigere, dubium non est quin praesentare, dimcillimis hisce temporibus, indigeamus, ut quae licuit incepta suscipere, ea ad felicem exitum adducamus. Atque ad aliud maximi ponderis argumentum ut gradum faciamus, vix dicere attinet quantum Nobis solacium et gaudium nuntius attulerit, quem extrema epistola vestra -ad Nos affertis, deliberatum scilicet vobis esse in proximo catholicorum ex .universa Helvetia conventu, qui Lucernae in urbe nobilissima habebitur, tribus vos Unguis, quii: us Helvetii utuntur, de Actione Catholica deque eiusdem natura ac necessitate adstantes omnes alioqui et commonere. Nemo siquidem ignorat quantiNos eiusmodi Actionem faciamus, eandemque quam opportunam ac prorsus aetati nostrae congruentem reputemus. Inde enim ab inito pontificatu ac deinceps, occasione data, non semel ediximus « ipsam a pastorali ministerio et a vita christiana minime disiungi» (Epist. *Quae Nobis* ad Card. A. Bertram, Ep. Wratislavien.); cum «nihil demum sit aliud, nisi christifidehum apostolatus, qui, ducibus episcopis, adiutricem Ecclesiae operam praestat» eiusque munus quodammodo complet *(Cum eco epistola* ad Card. J. Van Roey, Arch. Mechlinien.). Quin immo eiusmodi Actionem «iure meritoque habendam esse — monuimus — quandam veluti viam ac rationem, qua ad beneficia omne genus nationibus impertienda utitur Ecclesia: viam ac rationem, inquimus, quae videatur divino consilio ac beneficio inducta, ut ad evangelicam doctrinam ac legem illos Ecclesia alliciat ac trahat, qui nullo cum sacerdotibus commercio usuque, facile in seditiosorum hominum fallacias pravasque artes concédèrent » (Epist. *Quae Nobis,* ut supra). Quodsi aetate ipsa apostolica adiutoribus e laicorum ordine delectis utebatur Apostolus, qui secum ipso laborarent « in evangelio » *(Phil.,* c. IV, v. 3), ac deinde, saeculorum decursu, decessores Nostri hanc rei catholicae sospitandae rationem saepenumero probarunt ac, pro rerum condicione adhibuerunt, « at nostris potissimum temporibus, cum fidei morumque integritas in discrimen cotidie periculosius vocatur, eamque dolemus sacerdotum penuriam, ut curandis animarum necessitatibus omnino impares evasisse videantur, Actioni Catholicae plus confidendum, quae tantam cleri tenuitatem, datis multiplicatisque e laicorum ordine laborum sociis, adiuvet

ac suppleat» (Ibid.) Optimum igitur iuristis consilium, venerabiles fratres, eos videlicet, qui proximum conventum, vestrum celebraturi Lucernam convenient, etiam atque etiam hortandi, ut alacriore in dies animo Actionem Catholicam provehentes, concordem vobis operam navent ad Iesu Christi Regnum, quod christiana cuiusque agendi ratione continetur, privatim publice propagandum. Quod quidem feliciter iidem efficient, si iussis monitisque Nostris ultro obtemperando, se a politicis rebus partiumque studiis alienos hac in re omnino servent atque ad Dei unice gloriam animarumque salutem spectantes, eiusmodi apostolatus operam exerceant. Ita profecto continget, ut dilectissimi Nostri Helvetiae filii, hortationibus vestris libenter actuoseque respondeant et ad Ecclesiae sanctae incrementa patriaeque suae prosperitatem veri nominis magnopere conferant. Quae quidem Nos ut auspicato eveniant, vehementer cupimus, instanterque precamur. Caelestium interea munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem cum vobis, venerabiles fratres, gregibusque vestris, tum iis omnibus qui Lucernam ad coetus celebrandos convenient, apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Septembris, in Nativitate B. M. Virginis, anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

SIEDLCENSIS - VARSAVIENSIS

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

DECRETUM:

Fideles pagi *Beguty* et pagi *Tàbor* pertinentes ad paroeciam *Osiec~k* in dioecesi Siedlcensi, ab Apostolica Sede efflagitarunt, ut ad viciniorem paroeciam *Celestynów* archidioecesis Varsaviensis aggregarentnr. Porro Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI, attento consensu tam Ordinarii Siedlcensis quam Ordinarii Varsaviensis atque praehabito favorabili voto R. P. D. Francisci Marmaggi Archiepiscopi titularis Hadrianopolitani et Nuntii Apostolici in Polonia, oblatas preces benigne excipiens, vi praesentis decreti Consistorialis, statuit ut praefati pagi *Beguty* et *Tabor* a paroecia *Osieck* et a dioecesi Siedlcensi separentur atque paroeciae *Celestynów* archidioecesis Varsaviensis perpetuo uniantur, mutatis hac pariter ratione finibus dioecesanis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputavit Emum ac Revmum P. D. Alexandrum S. R. E. Card. Kakowski Archiepiscopum Varsaviensem, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto onere mittendi intra sex menses ad hanc Sacram Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die XX Decembris MDCCCCXXIX.

C. CARD. PEROSI, *Secretarius.*

L. gs S.

f Fr. Raphaël C, Archiep. Thessalonicen., .Adsessor.

II

RATISBONENSIS ET E1STETTENS1S

DISMEMBRATIONIS ET AGGREGATIONIS

DECRETUM

Cum Episcopus Ratisbonensis enixe efïïagitasset ut incolae pagi *Schönbrunn* et villae *Strasshaus,* ad paroeciam *Appertshofen* suae ipsius dioecesis pertinentes, ob difficultates accedendi ad propriam ecclesiam paroecialem nimis distantem, ex memorata paroecia et dioecesi seiungerentur et, consentiente Episcopo Eistettensi, viciniori paroeciae *DenJcendorf* eiusdem dioecesis Eistettensis unirentur: Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI, de voto Revmi Nuntii Apostolici in republica Bavarica, oblatis precibus obsecundare iustum ac utile esse censuit. Quare Sacra haec Congregatio, de mandato Sanctitatis Suae, praesenti Consistoriali decreto pagum *Schönbrunn* et villam *Strasshaus &* iam dictae paroeciae *Appertshofen* territorio separat ac avellit, et eadem curatae ecclesiae seu paroeciae *DenJcendorf* dioecesis Eistettensis una cum omnibus et singulis fidelibus aggregat et addicit; ad/ haec vero exsecutioni mandanda deputat R. P. D. Albertum Vassallo de Torregrossa Archiep. Hemesensem in republica Bavarica Nuntium Apostolicum, tribuens ei necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ei imposito ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem mittendi intra sex menses a data praesentium computandos, authenticum exemplar exsecutionis peractae. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die VII mensis Ianuarii anni MDCCCCXXX.

C. CARD. PEROSI, *Secretarius.*

L. © S.

f Fr. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

27 Februarii 1930. — Titulari episcopali Ecclesiae Samiensi, praefecit R. P. D. Vincentium Miglioreili, hactenus Episcopum Sancti Severini et Administratorem perpetuum Treiensem.

- *28 Februarii.* — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Aeginensi, E. P. D. Aemilium Ioannem Mariam Grouard, hactenus Episcopum Iboritenum.**

8 Martii. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Mesembrianae, R. D. Carolum Margotti, ex archidioecesi Bononiensi, Officialem S. C. « pro Ecclesia Orientali», cum munere Delegati Apostolici Constantinopolitani.**

13 Martii. — **Cathedrali Ecclesiae Maioricensi, cum titulo** *ad personam.* **Archiepiscopi titularis Beroënsis, R. P. D. Iosephum Miralies y Sbert, hactenus Episcopum Barcinonensem.**

— **Cathedrali Ecclesiae Barcinonensi, R. P. D. Emmanuelem Irurita y Almandoz, hactenus Episcopum IJlerdensem.**

— **Cathedrali Ecclesiae Pacensi, R. D. Iosephum Alearaz Alenda, canonicum poenitentiarium cathedralis ecclesiae Oriol ensis.**

21 Martii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Iboritenae, R. D. Iacobum E. Cassidy, Urbanum Antistitem, Vicarium generalem dioecesis Biverormensis, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Danielis Francisci Feehan, Episcopi Biverormensis.**

27 Martii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Attudensi, R. P. Natalem Gubbels, O. F. M., deputatum Vicarium Apostolicum de Ichang.**

— **Titulari episcopali ecclesiae Vindensi, R. P. Edgarum a Poschiavo, O. F. M. Capuccinorum, in saeculo Aristidem Maranta, deputatum Vicarium Apostolicum de Dar-es-Salam.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Cidyessenae, R. P. lustinum Paulinum Alboy, e Societate Parisiensi missionum ad exteros, deputatum Vicarium Apostolicum de Nanning.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Ostracinensi, R. P. Franciscum O'Rourke, e Societate Lugdunensi missionum ad Afros, deputatum Vicarium Apostolicum Orae Benini.**

28 Martii. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Cyrrhensi, R. D. Iosephum Pizzardo, Protonotarium Apostolicum** *ad instar,* **Secretarium Sacrae Congregationis a negotiis ecclesiasticis extraordinariis.**

29 Martii. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Traianopolitanae, R. P.-D. Hyacinthum Gaggia, Episcopum Brixiensem, qui ideo Archiepiscopus Traianopolitanus et Episcopus Brixiensis appellabitur.**

SACRA CONGREGATIO
DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

INSTRUCTIO

DE COMPETENTIA IUDICIS IN CAUSIS MATRIMONIALIBUS RATIONE QUASI-DOMICILII.

In tam effraena divortiorum cupiditate hodie invalescente, quae efficit ut apud omnes fere gentes funestissima vigeat lex civibus tribuens facultatem coniugale vinculum abrumpendi quasi pro lubitu aut saltem non gravibus, et quod peius est, ex industria et fraude confectis causis, consecutum est, ipsos catholicos coniuges facile abripi desiderio nuptias dissolvendi quum matrimoniale consortium ipsis non eam attulerit felicitatem et pacem, quam sensibus nimio indulgentes sibi spoponderant.

Yerum Ecclesia Christi quamcumque respuit divortii facultatem, quia *quod Deus coniunxit* homini separare non licet; at abiudicare non poterat ius fidelibus instituendi iudicia, quibus comprobare intendant initum matrimonium, nullius esse valoris ob aliquod inhaerens coniugali foederi impedimentum dirimens; verumtamen maxime interest iudiciales cognitiones de exsistentia impedimenti fieri servatis adamussim normis a iure statutis. Experientia autem docuit non semel, malo fato, coniuges magis suae libidini quam veritati studentes, satagere causam institui in loco quasi-domicilii, quod sibi facile comparant, posthabito loco domicilii aut matrimonialis contractus.

Etsi in causis matrimonialibus titulus competentiae iudicis, ratione quasi-domicilii iuridicus sit, ad normam can. 1964, tamen nemo est qui non videat pericula quibus idem obnoxius evadat: nedum quia, deficiente animo aut sufficienti causa ad quasi domicilium acquirendum, prout ius requirit, fraudis occasio commode praebetur ad eiusdem titulum notum seu putativum assequendum; sed maxime quia, translato iudicio apud iudices rerum et personarum ignaros, facilis aperitur aditiis fraudibus et improbitati tum coniugum, adversus sanctitatem et contra unitatem matrimonii christiani-coniurantium, tum etiam eorum qui lucrum tantum tardantes, ipsos coniuges edocent de modo quo causam, instaurare debent, atque de exitu causae solliciti, non de veritate factorum, testes comparant et instruunt, ut ea deponant et confirment quae optatis conspirent.

- ' Ad, eiusmodi tam lugenda incommoda praecavenda, Sacra haec Congregatio, cui vigilantia et tutela disciplinae Sacramentorum commissae sunt, in plenariis Comitiis habitis die 13 Decembris 1929, in Civitate Vaticana, sequentem dedit Instructionem, cui Officiales curiarum aliique ecclesiastici iudices in causis matrimonialibus titulo quasi-domicilii competentes, ob rei peculiarem gravitatem, fidelissime parere debebunt.

I. - Antequam Officialis uniuscuiusque curiae libellum admittat introductionis causae nullitatis matrimonii ob competentiam ex titulo quasi-domicilii advenarum, praesertim exterae alicuius nationis, causae delibatio, assistente sacri vinculi Defensore, facienda est super his, qui sequuntur, articulis.

1. An titulus quasi-domicilii, ob quem causae nullitatis matrimonii, coram ipsius tribunali, introductio petitur, iuridico fundamento innitatur, seu canonice acquisitus haberi debeat.

2. An et quaenam adducantur rationes, quibus innixi coniuges, causam praedictam inire desiderant extra locum domicilii vel contractus.

3. Quodnam sit causae nullitatis caput, pro matrimonio impetendo.

4. Quaenam probationes et documenta a partibus facilius ibi adduci queant, quum ipsae tam longe distent a loco domicilii aut contractus.

5. Informationes super veritate precum seu libelli, et super adductis probationibus exposcere oportebit ab Ordinario curiae domicilii et contractus; ita ut antequam huiusmodi informationes habeantur et sufficientes censeantur, ad ulteriora procedere minime fas sit. Quod si praefatus Ordinarius asserat coniuges sibi comparare intendisse forum ex quasi-domicilio, ad insidias veritati struendas, quamobrem causam sibi avocare postulet, super hoc potissimum erit inquirendum, utrum nempe conveniens sit Ordinarii petitioni assentire.

II. - In huiusmodi praeiudiciali inquisitione sacri vinculi Defensoris est ad normam iuris communis canonum 1968, 1969, 1984:

1. Opportunas interrogationes facere super praedictis articulis.

2. Responsiones partium aut exhibita documenta perpendere, et super his suas peragere animadversiones, et petere ut aliquis testis audiatur, aut aliae informationes exquirantur prouti, casus ferat.

III. - Quamvis in eiusmodi causa incidentali praeiudiciali vinculi Defensor praecipuas partes agat — adeo ut asserere liceat, quae hac Instructione praecavere intendimus incommoda, evitari posse, si vinculi Defensor suum officium diligenter expleret — nihilominus Officialis curiae, cui causa defertur titulo [quasi domicilii, erit causam incidentem moderari, et instruere et ea decernere quae incidentem quaestionem ad aequam definitionem perducant ad normam canonum 1837-1841.

IY. - l. Proinde Officialis satagat in ius vocare coniuges, aut etiam testes ad. instantiam partium vel Defensoris vinculi, seu ex officio adductos, eosque interrogationibus submittere, adhibitis interrogationum formulis a vinculi Defensore ad normam iuris concinnatis.

2. Officialis autem erit rem ita moderari, ne nimii testes adducantur, neque instrumenta aut documenta ad rem stricte non facientia exhibeantur; secus quaestio, suapte natura praeiudicialis et expedito processu definienda, nimis implicata evaderet et difficilioris solutionis, atque ita fraudibus et malitiis aperiretur aditus.

3. Quare quoties Officiali videatur quaestio satis instructa probationibus et deductionibus, audito Defensore vinculi, decernat causae praeiudicialis instructionem esse clausam.

4. Dein omnibus perpensis quae deducta sunt, et acceptis vinculi Defensoris animadversionibus, et attente consideratis Ordinarii domicilii et contractus informationibus, maxime si hi expetant causam a se avocan, decretum ipse edat quo, causam vel attribuat iudici quasi-domicilii, vel iudici domicilii aut contractus.

5. Si huic decreto vinculi Defensor non acquiescit et petit causam nullitatis deferri iudici domicilii aut contractus, exarare idem debet animadversiones, quibus suam oppositionem congruis argumentis sustentet.

6. Integrum est partibus vel harum alterutri se opponere iudicis decreto, et ad hoc exhibere suas deductiones aut documenta.

7. His sedulo perpensis, Officialis curiae vi can. 1841 potest suum decretum corrigere aut revocare.

8. Si iudex omnibus perpensis persistat in suo decreto, idemque confirmet, quaestio incidentalis deferenda erit per recursum Defensoris vinculi ad hanc Sacram Congregationem pro definitione.

V. - 1. Quoties autem quaestio de nullitate definita sit apud iudicem quasi-domicilii, et huiusmodi competentiam haec Sacra Congregatio suo rescripto non probaverit, in secunda instantia Defensor vinculi debet in primis ad examen adducere acta praeiudicialis instantiae de competentia circa quasi-domicilium, et si censeat rem non bene fuisse definitam, ad hanc Sacram Congregationem rem deferat.

2. Si causa de nullitate, ad curiam primae instantiae, vi, quasi donfiçilii partis conventae, delata sit antequam edita fuerit haec Instructio, Defensoris vinculi «rit huiusmodi quaestionem de competentia delibare, et ea omnia advertere et deducere, quae in Domino ei magis expedire, videantur, pro gravitate sui officii, et quaestionem ad hanc Sacram Congregationem deferre, si suspicio non spernenda adsit, fraudem, dolum aut saltem errorem in perpendendo isto titulo competentiae non defuisse.

'•3. Idem ius et omcium est Defensoris vinculi in tertia et ulteriore instantia.

Praesentem Instructionem in Audientia diei 22 Decembris an. 1929 Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, audita relatione infrascripti Secretarii Sacrae Congregationis ratam habere et adprobare dignatus est, eamque exsecutioni in omnibus curiis dioecesanis, Archiepiscoporum et Episcoporum onerata conscientia, mandari iussit: quibuscumque contrariis minime obstantibus.

Datum Romae ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 23 Decembris 1929.

83 M. CARD. LEGA, Episcopus Tusculanus, *Praefectus.*

L. © S.

D. Jorio, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

PAPIEN.

CONFIRMATIONIS CULTUS AB IMMEMORABILI TEMPORE PRAESTITI SERVO DEI BALTHASSARI A CLAVARIO SACERDOTI PROFESSO ORDINIS FRATRUM MINORUM BEATO NUNCUPATO.

In ecclesiastica curia Papiensi inquisitio ordinaria et informativa peracta fuit super cultu immemorabili seu casu excepto Servi Dei Balthassaris a Clavario, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum.

Eadem absoluta et clausa Romam transmissa atque huic Sacrae Rituum Congregationi tradita et aperta, summario etiam confecto, ex regestis constat haec omnia evenisse ante recentiora decreta Sacrorum Rituum Congregationis edita annis 1912 et 1913, et ante promulgationem Codicis iuris canonici, tit. XXV, can. 2125-2135, quibus praescribitur novus ordo procedendi in causis Servorum Dei beatificationis aequipollentis per viam cultus et casus excepti. Hisce expositis peculiaribus adiunctis, Causae Postulator humillime petiit atque obtinuit a Ssmo Domino Nostro Pio Papa XI benignam dispensationem ab hoc novo ordine, retento tamen veteri ordine et antiqua praxi circa praesentem Causam, ex decreto Sacrorum Rituum Congregationis diei 21'Decembris 1927.

Itaque pro Servo pei Balthassare a Clavario cuius cultum immemorabilem seu casum exceptum Causae actores probare aggressi sunt, idem Postulator ut huiusmodi cultus ab Apostolica auctoritate confirmaretur enixe rogavit. Qua super re iuridica discussio apud hunc Sacrum Ordinem, prouti oportebat, habita est.

Placet autem pauca innuere de ortu, vita et obitu Servi Dei, antequam de cultu sermo fiat.

Clavari ex nobili ac divite familia Eavaschieri, e comitibus Lavaniae, anno circiter 1420 ortus est Balthassar noster. Pueritia laudabiliter exacta, adolescens supernam vocationem religiosam sentiens, deliciis et divitiis, quas mundus poUicebatur, valedixit et in humilem ac pauperem familiam Fratrum Minorum qui tunc de Observantia dicebantur, admitti postulavit. Compos voti factus, tyrocinio expleto, sui Ordinis votis solemniter nuncupatis, atque studiis litterarum et scientiarum, praecipue philosophiae et theologiae absolutis, sacerdotio insignitus sacro ministerio inter populos egregiam dedit operam, in qua habuit virtutum, laborum et evangelicae praedicationis socium et amicum Beatum Bernardinum a Feltre.

Ardenti animarum salutis promovendae zelo incensus et vitae sanctitate clarisque ingenii sermonis et spiritus sacerdotalis dotibus pollens ad se trahebat populos qui ad conciones, confessiones et sacras functiones turmatim confluebant.

Diuturnis gravibusque correptus morbis inter quos, eo quem chiragram vocant, impotens pedibus standi et ambulandi a sodalibus sella deferebatur in templum vel in ^adiacens nemus ut fidelium confessiones exciperet, sacrosancto Missae sacrificio adesset, Ssmum Eucharistiae Sacramentum visitaret et sacras caeremonias et ritus publici cultus devotissime aspiceret, sanctisque precibus et rerum caelestium contemplatione recrearetur. Fertur etiam quod divinae Matris visione fuerit confortans et semel noctis tempore, copiosa cadente nive in nemus ubi ipse sedebat, humum in eius circuitu nix^ minime tetigerit. Uterque eventus veluti prodigiosus tum lapideo monumento saeculo xvi tum annalibus clavarensibus anno 1678 consignatus fuit. Tandem virtutibus et meritis dives Balthassar a Clavario, in coenobio S. Mariae de Campo in oppido *Binasco* extremum diem piissime obiit die 17 Octobris an. 1492; eiusque corpus speciali marmoreo sepulcro conditum fuit.

Fama sanctitatis vitae et splendor miraculorum effecerunt ut sub ipsum obitum in ecclesia S. Mariae de Campo, cultus publicus ecclesiasticus incoeptus, et magis in dies auctus, diffusus et constans usque in praesens exhibeatur huic Dei famulo Balthassari a Clavario sacerdoti professo

Ordinis Fratrum Minorum. Ut enim ex Actis processualibus constat huiusmodi cultus immemorialis probatur plurimis argumentis eratis ex titulo et signo beatitatis, ex imaginibus et simulacris aureola vel lucentibus radiis ornatis et in altari fidelium venerationi expositis, ex tabellis votivis ad sepulcrum vel ad imagines appensis, ex frequentibus peregrinationibus ad colendas sacras reliquias, interdum in publica supplicatione per urbes et oppida delatas, necnon ex triduanis festivitatibus, in honorem eiusdem Beati vel Sancti nuncupati, et ex canonicis recognitionibus et translationibus corporis ab ecclesia S. Mariae de Campo *Binasci* ad ecclesiam S. Crucis in dioecesi Papiensi an. 1805 et ad alteram S. Mariae de Monte Carmelo eiusdem civitatis an. 1810 necnon ad Basilicam Bononiam eiusdem dioecesis an. 1812; ab uno ad alterum altare huius ecclesiae an. 1854. Ad hunc cultum confirmandum proferuntur etiam documenta historica et authentica tum privata tum publica etiam ex scriptoribus italicis et exteris et ex curiis tum dioecesanis, tum religiosis praesertim Franciscalibus, quae Balthassarem a Clavario eodem titulo et eodem cultu décorant quo Bernardinum a Feltre eius socium in Ordine et ministerio, cuius cultus et titulus Beati iamdiu exstat ab Apostolica Sede adprobatus. Quibus visis et consideratis quae ex tabulis processualibus eruuntur, Rmus Episcopus Papien. Franciscus Ciceri, iudex Ordinarius pro conficiendo processu super cultu immemorabili seu casu excepto a decretis Urbanianis sequentem pronuntiavit sententiam die 2 Maii an. 1908: « Constare de cultu publico et ecclesiastico ab immemorabili tempore praestito, idest ante annum 1534, nunquam interrupto, et ad hanc nostram usque aetatem feliciter deducto, Dei Servo Fratri Balthassari a Clavario, sacerdoti professo Ordinis Minorum, ideoque nihil obstare quominus iste accenseatur inter casus exceptos a decretis sa. me. Urbani Papae YIII, et cultus idem a Sancta Apostolica Sede confirmetur. Et ita dicimus, pronunciamus et definitive sententiamus ».

Hisce omnibus actis inquisitionis Papiensis cum sententia Rmi Episcopi Ordinarii Romam delatis et Sacrae Rituum Congregationis exhibitis, instante Rmo P. Antonio M. Santarelli Ordinis Fratrum Minorum et Causae postulatore, observato ordine iuris indulto et praescripto, Emus ac Rmus Dominus Vincentius Card. Vannutelli, Episcopus Ostiensis et Praenestinus, Sacri Collegii decanus et eiusdem Causae Relator in Ordinariis Sacrorum Rituum comitiis subsignata die ad aedes Cancellariae Apostolicae coactis sequens dubium discutiendum proposuit: *«An sententia lata ab Illmo ac Revmo Episcopo Papiensi super cultu ab immemorabili tempore exhibito praefato Servo Dei seu super casu excepto a decretis sa. me. Urbani Papae VIII sit confirmanda in casu et ad effectum de quo*

agitur?» Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi. Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Carolo Salotti Fidei promotore generali, omnibus accurate perpensis rescribere censuerunt : *Affirmative seu confirmandam esse sententiam.* Die 7 Ianuarii 1930.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habuit et probavit. Die 8 Ianuarii 1930.

C. CARD. LAURENTI, *S. B. G. Praefectus.*

L. ffi S.

Ph. di Fava, *Substitutus.*

II

MAIORIGEN.

CANONIZATIONIS BEATAE CATHARINAE THOMASÏAE CANONISSAE REGULARIS PROFESSAE ORDINIS S. AUGUSTINI. P ALMAE BALEARIUM.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet post indultam eidem Beatae venerationem in casu et ad effectum de quo agitur?

Ut Breve Beatificationis Catharinae Thomasiae, Canonissae Begularis Ordinis S. Augustini, datum Bomae apud S. Mariam Maiorem die 3 Augusti 1792, pontificatus Pii YI anno decimo, enarrat, eadem Dei Famula in insula Maioriea, quae est altera ex insulis Balearibus, humili loco nata ac in prima sua aetate utroque parente orbata, apud suos propinquos divertit, qui cum vitam agrestem ducerent, ipsa quoque hoc vitae genus amplexa fuit, ita tamen, ut Dei gratia praeventa ac fortiter superatis innumeris domesticis externisque tentationibus, quae ab antiquo hoste quotidie suscitabantur, tanta profecerit virtute ut non solum omnes omnino mundi illecebras carnisque oblectamenta aspernata sit, sed, etiam ab his prorsus abhorruerit. Unde in religione se propius Deo mancipari desiderans, tandem voti compos facta, sic suam vitam instituit ut ob morum integritatem, candorem et castitatem, tamquam in candelabro posita, ceteris eiusdem asceterii sanctimonialibus semper praeluxerit, usque dum in caelestis sui Sponsi amplexibus evolavit in caelum. Id contigit mense Aprili, anno 1574, aetatis eius quadragesimo primo.

Quoniam vero post Caelitum beatorum honores eidem decretos, nova miracula, ipsa intercedente, a Deo patrata asserebantur, de reassumptione Causae ad effectum Canonizationis cogitatum est, ac die 20 Septembris anno 1797, respectivum decretum prodiit. Quo non obstante, Causa diu siluit ac solummodo exeunte saeculo xix ex Apostolico Indulto revixit. Etenim in memorata insula Maiorieensi aliae tres prodigiosae sanationes intercessioni Beatae Catharinae attributae sunt, de quibus, post Ordinarium Processum, Apostolica Inquisitio haberi debuit. Processu Apostolico rite confecto, die 3 Iulii anno 1897, propitium decretum de validitate fuit exaratum. Antepraeparatoria discussio in aedibus Emi Card. Vannutelli, Relatoris Causae, habita est die 26 Aprilis 1904. Verum ob exortas in casu difficultates Causae cursus interceptus fuit, donec hodiernus Postulator Benedicto XV, felicis recordationis, supplices admovit preces, ut Causam resumendam concederet. Cumque adhuc superstites essent optimi nonnulli oculares testes, imploratum est, ut novus processiculus super duabus sanationibus Apostolica auctoritate construeretur, seposito primo miraculo, utpote non necessario ad Canonizationis effectum; Utrumque benigne concessum est. Corroborata firmius ex novo additionali processu iuridica utriusque facti probatione, exquisita est sententia probatissimorum in medicis disciplinis peritorum, quatuor pro unoquoque miraculo, qui summa diligentia ac doctrina rem omnem expendentes, allatis argumentis omnem dubitationem amoverunt circa veritatem miraculi in utroque casu. Etenim tum in sanatione Mariae Antoniae Mattheu, quae mense Maio 1890 contigit, tum in altera Antoniae Noguera Magraner, quae mense Augusto anno .1872 evenit, clare demonstratum est, agi de gravibus morbis cum veris propriisque organicis laesionibus et cum praesenti discrimine vitae: quae omnia ad invocationem Beatae Catharinae Thomasiae subito evanuerunt, perfecta ac stabili sanitate illico restituta. Quod sane viribus naturae adscribi haud posse, quisquis genuinam miraculi rationem perspectam habeat, inficiari nequit. Porro ad Praeparatoriam Congregationem deventum fuit in Aedibus Vaticanis, die 26 Aprilis 1927, quam postea nova Praeparatoria, die 11 Iunii 1929 subsecuta est. In generalibus autem Comitiis, coram Ssmo D. N. Pio Papa XI, praefatus Causae Relator, Episcopus Ostiensis et Praenestinus et Sacri Collegii Decanus, die 25 Februarii 1930, sequens proposuit discutiendum dubium: *«An et de quibus miraculis constet post indultam eidem Beatae venerationem in casu et ad effectum de quo agitur?»*

Tum Rmi Cardinales et Patres Consultores huius Sacrae Congregationis singuli suum suffragium protulerunt. Sanctitas vero Sua, in re tam gravi, iudicium supremum pronuntiare distulit in alium diem, sib ceteris-

que spatium sumens ad caeleste auxilium, ac lumen humiliter implorandum.

Hodierna vero die, Dominica prima in Quadragesima, incruento sacrificio peracto et in hac Vaticani aula pontificio solio assidens, ad se accivit Emum Cardinalem Camillum Laurenti, Sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Rmum Cardinalem Vincentium Vannutelli Episcopum Ostiensem et Praenestinum et Sacri Collegii Decanum, Causae Relatorem, una cum E. P. Carolo Salotti, Sanctae Fidei promotore generali; iisque adstantibus, decrevit: ***Constare de duobus propositis miraculis scilicet de*** **primo:** ***Instantaneae perfectaeque sanationis Mariae Antoniae Mattheu ab inveteratis tumore iugulari et osteoperiostite sinistri pectoris naturae tubercularis, cum integrae, depulso marasmate, valetudinis restitutione;*** **et de altero:** ***Instantaneae perfectaeque sanationis Antoniae Noguera et Magraner, quae tubérculo pulmonis laborans, in postremo lethalis morbi stadio conclamata iam, ac prope animam agens, certo interitu illico eximitur, et perfectae sanitati restituitur.***

Atque hoc Decretum publici iuris fieri et in Acta Congregationis Sacrorum Rituum referri mandavit, die 9 Martii anno MDCCCOXXX.

C. CARD. LAURENTI, ***S. R. C. Praefectus.***

Ph. di Fava, ***/Substitutus.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

1

Causae in Tribunali Sacrae Romanae Rotae actae anno 1929, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva:

I. HIEROSOLYMITANA. - SEPARATIONIS.

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: L Limongelli, P. Guidi.

Dubia: I. «An et quomodo separatio a toro et habitatione concedenda sit in casu », et quatenus affirmative: II, « An et qua mensura pensio pro alimentis decernenda sit favore actricis ». III. « An et qua mensura partes ius habeant ad refectionem damnorum, in casu ».

/Sententia diei 3 Ianuarii: «Ad I. Negative. Ad II. Provisum in primo. Ad III. Non esse locum refectioni damnorum ».

II. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob intentionem contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* I. Florczak, U. Mannucci.

Vinculi Defensoris Substitutus: C. Conte.

Advocati: N. Ferrata, V. Sacconi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 7 Ianuarii: « Negative ».

III. ALATRINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Gughelmi.

Vinculi Defensor deputatus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 15 Ianuam: « Affirmative ».

IV. S. IACOBI DE CHILE. - FUNERUM.

Turnus Rotalis: **I. Grazioli,** *Ponens,* **F. Parrillo, G. Heard.**

Advocati: **H. Benvignati, A. D'Agata.**

Dubium: **« An ius parochi in casu laesum ita fuerit, ut sac. I. A. Lira eidem parocho emolumenta omnia funeris Dominae M. Rivas, detractis tantum expensis, restituere teneatur ».**

Sententia **diei 16 Ianuam: « Negative ».**

Y. SANCTI GERMANI DE BIMOUSKI. - SOLUTIONIS SEU EXSECUTIONIS SENTENTIAE ARBITRALIS.

Turnus Rotalis: **A. Jullien,** *Ponens,* **A. Wynen, G. Heard.**

Promotor Iustitiae: **F. Bracci.**

Advocati: **A, D'Alessandri, C. Astorri.**

Dubia: **I. « An constet de nullitate pactionis die 18 Septembris 1907 initae, in casu», II: «An et quomodo locus sit exsecutioni assertae sententiae arbitralis diei 16 Iulii 1920, in casu ».**

Sententia **diei 19 Ianuarii: « Ad I. Affirmative, ad mentem. Mens autem ea est quod nullitas huius pactionis non importat nullitatem assertae sententiae arbitralis de qua agitur. Ad II. Negative ».**

YI. BONAEREN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **F. Parrillo,** *Ponens,* **I. Florczak, U. Mannucci.**

Vinculi Defensor Substitutus: **C. Conte.**

Advocati: **N. Ferrata, V. Sacconi.**

Dubium: **« An sententia Rotalis diei 9 Ianuarii 1925 sit confirmanda vel infirmanda, in casu».**

Sententia **diei 19 Ianuarii: «Affirmative ad primam partem, negative ad alteram; seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».**

VII. VIENNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensor Substitutus: **C. Conte.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 28 Ianuarii: « Negative ».**

VIII. ADRIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **H. Quattrocolo,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen**

Vinculi Defensor Substitutus: **C. Conte.**

Advocatus: **A. Pericoli.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 29 Ianuam: « Negative ».**

IX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capitibus vis et metus; clandestinitatis; illegitimae adsistentiae sacerdotis celebrantis; defectus consensus.*

Turnus Rotalis: **I. Florczak,** *Ponens,* **U. Mannucci, A. Jullien.**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocatus: ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 31 Ianuarii: « Negative ».**

X. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis : **M. Massimi, Dec.** *Ponens,* **I. Grazioli, A. Wynen.**

Vinculi Defensor Substitutus: **C. Conte.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**

Dubium: **An constet de matrimonii nullitate, in casu.**

Sententia **diei 9 Februarii: «Negative».**

XI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen.**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocatus: **O. Astorri.**

Dubium: **«An sententia Rotalis diei 3 Aprilis 1917 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 11 Februarii: « Affirmative ad primam partem, negative ad alteram; seu non constare de matrimonii nullitate ».**

XII. Vic. APOST, DE NING-PO. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **B. Pellegrini.**

Dubium: **« An confirmanda vel infirmanda sit sententia Rotalis diei 10 Augusti 1927, in casu».**

Sententia **diei 18 Februarii: « Affirmative^ ad primam partem, negative ad alteram; seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».**

XIII. N. N. - NULLITATIS- MATRIMONII *ex capite vis et metus, atque conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **H. Quattrocolo, F. Morano.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Stella.**

Advocatus: **N. Patrizi.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 20 Februarii: « Negative ».**

XIV. MECHLINIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **F. Parrillo,** *Ponens,* **J. Florczak, U. Mannucci.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Stella.**

Advocatus: **F. Bersani.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 21 Februarii: « Negative ».**

XV. MONACEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae nec purificatae.*

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, F. Morano.**

Vinculi Defensor Substitutus: **C. Conte.**

Advocatus: **I. P. Certo.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».** /

Sententia **diei 25 Februarii: «Negative».**

XVI. VIENNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens,* **A, Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensor Substitutus: **C. Conte.**

Advocatus: **I. P. Certo.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 4 Martii: « Negative ».**

XVII. N. N, - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus, et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **H. Quattrocolo, F. Morano.**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocatus: **N. Ferrata.**

Dubium: **«An sententia Rotalis diei 10 Augusti 1928 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 6 Martii: « Affirmative ad primam partem, negative ad alteram; seu constare de nullitate matrimonii ».**

XVIII. TRANSILVANIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis.*

Turnus Rotalis: **II. Mannucci,** *Ponens, A.* **Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensor Substitutus: **I. Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **S. Rzewnicki.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 11 Martii: «Negative».**

XIX. TRANSILVANIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Dec.** *Ponens,* **I. Grazioli, F. Parrillo.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **S. Bzewnicki.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 11 Martii: « Negative ».**

XX. INSULEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **I. Grazioli,** *Ponens,* **F. Parrillo, F. Morano.**

Vinculi Defensor Substitutus: **C. Conte.**

Advocati: **A. D'Alessandri, L. Legrand et H. Benvignati.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 18 Martii: «Negative».**

XXI. MARIANOPOLITANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus atque defectus consensus.*

Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **H. Quattrocolo, F. Morano.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 5 Aprilis: « Affirmative ».**

XXII. COLOCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Dec.** *Ponens,* **I. Grazioli, F. Parrillo.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **S. Bzewnicki.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 29 Aprilis: «Negative».**

XXIII. N. N. - DIFFAMATIONIS ET ALIMENTORUM.

Turnus Rotalis: **F. Parrillo,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen.**

Promotor Iustitiae: **F. Bracci.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**

Dubium: **« An, qua mensura, et a quonam tempore N.N. teneatur alimenta uxori suae praestare, in casu ».**

Sententia **diei 4 Maii: «Affirmative in mestruis libellis anglicis quindecim a die discessus viri, demptis tamen quinquaginta libellis de quibus in appellata sententia ».**

XXIV. WRATISLAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII ***ex capite clandestinitatis.***

Turnus Rotalis: **A. Jullien,** ***Ponens,*** **F. Guglielmi, H. Quattrocolo.**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocatus: **N. Ferrata.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei .16 Maii: « Negative ».**

XXV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII ***ex capite defectus consensus.***

Turnus Rotalis: **A. Jullien,** ***Ponens,*** **F. Guglielmi, H. Quattrocolo.**

Vinculi Defensor Substitutus: **C. Conte.**

Advocatus: **H. Benvignati.**

Dubium: **«An constet de nullitate matrimonii in casu ».**

Sententia **diei 5 Iunii: « Negative ».**

XXVI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII ***ex capite conditionis appositae.***

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Dec, I. Grazioli, A. Wynen,** ***Ponens.***

Vinculi Defensor Substitutus: **C. Conte.**

Advocatus.: **V. Sacconi.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate in casu ».**

Sententia **diei 8 Iunii: « Affirmative ».**

XXVII. S. HIPPOLYTI. - NULLITATIS MATRIMONII ***ex capite defectus consensus.***

Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** ***Ponens,*** **H. Quattrocolo, F. Morano.**

Vinculi Defensor Substitutus: **C. Conte.'**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I. Stella.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 28 Iunii: « Affirmative ».**

XXVIII. N. N. -NULLITATIS MATRIMONII ***ex capite conditionis appositae.***

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Dec,** ***Ponens,*** **I. Grazioli, F. Parrillo.**

Vinculi Defensor Substitutus: **C. Conte.**

Advocatus **P. Mottis.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 1. Iulii: « Negative ».**

- XXIX. KAUNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: IT. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi.

Vinculi Defensor deputatus: I. Brocco.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. Rzewnicki.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 8 Iunii: « Affirmative ».

XXX. AMBIANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Morano, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor: C. Conte.

Advocatus: L. Legrand.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 9 Iulii: « Affirmative ».

XXXI. MONASTERIEN. -NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, Dec, *Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus: I. P. Certo.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 6 Iunii 1925 sit confirmanda, vel infirmanda in casu ».

Sententia diei 9 Iulii: « Affirmative ad primam partem, negative ad alteram; seu non constare de matrimonii nullitate ».

XXXII. C ORD ÜBEN. - RESTITUTIONIS ECCLESIAE (incidentalis).

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* U. Mannucci, F. Guglielmi.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Patroni: E. Suarez, Ph. Maroto.

Dubia: « I. An constet de legitima appellatione una cum querela nullitatis adversus sententiam Trib. Corduben. diei 27 Augusti 1926, in casu. Et quatenus negative: IL « An concedenda sit restitutio in integrum adversus praedictam sententiam, in casu ».

Sententia diei 12 Iulii: « Ad I, negative. Ad II, dilata et proponatur una cum quaestionis merito, citato ex officio ad interveniendum in causa R. P. D. Episcopo Corduben., ad praescriptum can. 1853 ».

XXXIII. BAIOCEN ET LEXOVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis atque vis et metus.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, Dec, *Ponens,* I. Grazioli, G. Heard.

Vinculi Defensor Substitutus: C. Conte. .

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: V. Pozzani.

Dubium: **« An sententia rotalis diei 3 Augusti 1925 sit confirmanda Tel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 13 Iulii: « Negative ad primam partem, affirmative ad alteram; seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».**

XXXIV. N. N'. - NULLITATIS MATRIMONII ***ex capite intentionis contra bonum prolis.***

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Dec,** ***Ponens,*** **I. G-razioli, A. Wynen.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Stella.**

Advocati: **V. Sacconi, H. Benvignati.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu »;**

Sententia **diei 17 Iulii: « Negative ».**

XXXV. BRUKLINIEN. - NULLITATIS MATRIMONII ***ex capite vis et metus.***

Turnus Rotalis: **A. Jullien,** ***Ponens,*** **F. Guglielmi, H. Quattrocolo.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Stella.**

Advocatus: **F. Boberti.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii in casu ».**

Sententia **diei 17 Iulii: « Negative ».**

XXXVI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII ***ex capite defectus consensus.***

Turnus Rotalis: **I. Grazioli, F. Parrillo,** ***Ponens,*** **U. Mannucci.**

Vinculi Defensor: I. **Trezzi.**

Advocatus: **H. Benvignati.**

Dubium: **« An sententia rotalis diei 17 Martii 1926 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 20 Iulii: « Affirmative ad primam partem, negative ad alteram; seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».**

XXXVII. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII ***ex capite vis et metus.***

Turnus Rotalis: **H. Quattrocolo,** ***Ponens,*** **F. Morano, A. Wynen.**

Vinculi Defensor Substitutus: **O. Conte.**

Advocatus: **H. Benvignati.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 23 Iulii: «Affirmative».**

XXXVIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII ***ex capite conditionis appositae.***

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Dec.** ***Ponens,*** **I. Grazioli, F. Parrillo.**

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus: Y. Pozzani.

Dubium: « An sententia rotalis diei 11 Augusti 1926 sit confirmanda Tel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 23 Iulii: « Aifirmative ad primam partem, negative ad alteram; seu non constare de matrimonii nullitate ».

XXXIX. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite amentiae.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, F. Morano.

Vinculi Defensor Substitutus: C. - Conte. /

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Limongelli.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 27 Iulii: « Negative ».

XL. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite ligaminis.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, Dec, *Ponens,* F. Guglielmi, F. Morano.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 27 Iulii: « Negative ».

XLI. TRANSILVANIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Morano, A. Wynen, *Ponens,* G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. Rzewnicki.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 30 Iulii: « Negative ».

XLII. N. N. - INIURIARUM ET DIFFAMATIONIS.

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* U. Mannucci, A. Jullien.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: I. P. Certo, A. Mittiga, D. Lazzarato *ex mandato gratuiti patrocinii.*

Dubia: « I. An constet de diffamatione inlata a Sac. T. equiti C. II. An et quomodo, attenta plena probationis facultate reo concessa ab actore, locus sit damnorum refectioni et retractationi, in casu ».

Sententia diei 1 Augusti: « Ad I negative, ad II provisum in primo ».

XLIII. WESTMONASTERIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus propter ignoratam matrimonii naturam.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, Dec. *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: « An sententia Botalis diei 20 Ianuarii 1926 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 2 Augusti: « Negative ad primam partem, affirmative ad alteram, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XLIV. BONONIEN. — NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis.*

Turnus Botalis: M. Massimi, Dec, I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: « An sententia Botalis diei 30 Ianuarii 1928 confirmanda vel infirmanda sit in casu ».

Sententia diei 5 Augusti 1929: « Negative ad primam partem, affirmative ad alteram; seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XLV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae contra bonum prolis.*

Turnus Botalis: I. Morano, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 6 Augusti: « Negative ».

XliVI. TRANSILVANIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Botalis: F. Morano, A. Wynen, *Ponens,* G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. Bzewnicki.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 6 Augusti: « Negative ».

XL VII. ALEXANDRIN, ARMENORUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Botalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

Vinculi Defensor Substitutus: C. Conte.

Advocatus: I. P. Certo.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 7 Augusti: « Affirmative.

- XL VIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae Mulieris.*

Turnus Rotalis: **H. Quattrocolo,** ***Ponens,*** **F. Morano, A. Wynen.**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 7 Augusti: « Affirmative ».**

XLIX. MEDIOLANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** ***Ponens,*** **A. Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I. B. Ferrata.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 8 Augusti: « Affirmative ».**

L. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: **M. Massimi,** ***Dec, Ponens,*** **I. Grazioli, F. Parrillo.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Stella.**

Advocatus: **A. D'Alessandri.**

Dubium: **« An sententia rotalis diei 31 Iulii 1928 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 9 Augusti: « Affirmative ad primam partem, negative ad alteram; seu constare de matrimonii nullitate ».**

LI. TYRNAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** ***Ponens,*** **A. Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocatus: **I. P. Certo.**

Dubia: **« I. An constet de nullitate sententiae latae a Tribunali Nitrien. die 4 Iulii 1928, in casu. II. An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 10 Augusti: « Affirmative ad primum; negative ad alterum ».**

LH. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus atque conditionis vel intentionis contra bonum fidei et sacramenti.*

Turnus Rotalis: **F. Parrillo,** ***Ponens,*** **U. Mannucci, A. Jullien.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Brocco.**

Advocatus: **H. De Angelis.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 12 Augusti « Negative ».**

LUI. LUBLINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

***Turnus Botalis:* U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi.**

***Vinculi Defensor Substitutus:* C. Conte.**

***Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* S. BzewnicM.**

***Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

***Sententiae* die 12 Augusti: « Affirmative.**

LIV. MILETEN. - PRAECEDENTIAE (incidentis).

***Turnus Botalis:* F. Morano, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.**

***Advocati:* C. Giusino, I. P. Certo.**

***Dubium:* « An constet de legitima appellatione in casu ».**

***Sententia* diei 12 Augusti: « Negative ».**

LV. N'. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

***Turnus Botalis:* F. Morano, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.**

***Vinculi Defensor Substitutus:* C. Conte.**

***Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* S. Bzewnicki.**

***Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

***Sententia* diei 12 Augusti: «Negative».**

LVI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus atque intentionis contra bonum sacramenti.*

***Turnus Botalis:* A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.**

***Vinculi Defensor deputatus:* I. Stella.**

***Advocatus:* I. P. Certo.**

***Dubium:* «An constet de nullitate matrimonii, in casu».**

***Sententia* diei 19 Octobris: « Negative ».**

LVII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

***{Turnus Botalis:* H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.**

***Vinculi Defensor Substitutus:* C. Conte.**

***Advocati:* V. Sacconi, N. Ferrata, H. Benvignati.**

***Dubium:* «An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

***Sententia* diei 29 Octobris: «Affirmative».**

L VIII. ADMINISTRATIONIS APOST. OENIPONTAN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

***Turnus Botalis:* II. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi.**

***Vinculi Defensor Substitutus:* C. Conte.**

***Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* D. Lazzarato.**

***Dubium:* «An constet de nullitate matrimonii, in casu».**

***Sententia* diei 7 Novembris: « Affirmative ».**

LIX. KAUNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: M.. Massimi, *Dec, Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.

Vinculi Defensor deputatus: I. Brocco.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. Bzewnicki.

Dubium: « An sententia rotalis diei 8 Inlii 1929 sit confirmanda vel infirmanda In casu ».

Sententia diei 23 Novembris: « Affirmative ad primam partem, negative ad alteram, seu constare de nullitate matrimonii » (cfr. n. XXIX).

LX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis, conditionis appositae, ligaminis.*

Turnus Rotalis: U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. Carabini.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 25 Novembris: «Negative».

LXI. TUSCULANA. - NULLITATIS *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* IT. Mannucci, A. Jullien.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. B. Ferrata.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 2 Decembris: « Negative ».

LXII. UTINEN. - IURIUM.

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati : V. Sacconi, D. Lazzarato *ex mandato gratuiti patrocinii.*

Dubia: «I. An et quaenam iura, exclusive quoad parochum loci Ospedaletto, competant Consortio cappellanorum ecclesiae Glemonensis in ecclesiis S. Agnetis et Omnium Sanctorum, in casu. II. An parochus loci Ospedaletto restituere teneatur eidem Consortio clavem ecclesiae S. Agnetis, in casu ».

Sententia diei 4 Decembris: « Ad I. Affirmative, seu ad Consortium cappellanorum ecclesiae Glemonensis, exclusive quoad parochum loci Ospedaletto, competere in ecclesiis S. Agnetis et Omnium Sanctorum iura, quae ante litem motam spectabant ad idem Consortium; id est, ius sacra in eisdem peragendi et ius earum custodiam servandi, salvis iuribus quae ad normam iuris communis competunt parocho loci in ecclesiis non exemptis. Ad II. Affirmative, seu parochum loci Ospedaletto teneri ad ecclesiae S. Agnetis clavem, quam recepit a praedicto Consortio, restituendam eidem ».

LXIII. N. N. - SEPARATIONIS.

Turnus Botalis: **M. Massimi, Dec, F. Morano,** ***Ponens,*** **A. Wynen.**

Promotor Iustitiae: **F. Bracci.**

•- *Advocatus:* **I. P. Certo.**

Dubium: **« An constet de causis separationis perpetuae vel saltem temporaneae in casu ».**

Sententia **diei 6 Decembris: « Affirmative, ad tempus indefinitum ».**

LXIV. PERG-ULANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Botalis: **M. Massimi, Dec,** ***Ponens,*** **I« Grazioli, F. Parrillo.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I. B. Ferrata.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 7 Decembris: « Negative ».**

LXV. YLADISLAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Botalis: **I. Grazioli,** ***Ponens,*** **F. Parrillo, F. Morano.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 13 Decembris: « Affirmative ».**

LXVI. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite simulati consensus.*

Turnus Botalis: **H. Quattrocolo,** ***Ponens,*** **F. Morano, A. Wynen.**

Vineuli Defensor: **I. Trezzi.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I. B. Ferrata.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 17 Decembris: « Negative ».**

LXVII. MECHLINIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Botalis: **U. Mannucci,** ***Ponens,*** **A. Jullien, G. Heard.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Brocco.**

Dubium: **« An sententia Botalis diei 30 Iunii 1928 confirmanda sit vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 18 Decembris: « Negative ad primam partem, affirmative ad alteram ; seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».**

II

Causae quae eodem anno 1929 transactae fuerunt, vel peremptae, vel quae absque definitiva sententia, ex peculiaribus circumstantiis, finem habuerunt; quibus adduntur decreta quoad recursus contra libellorum reiectionem.

I. IST. N. - ***Nullitatis matrimonii ex capite affinitatis in primo gradu lineae rectae ex copula illicita,*** **coram R. P. D. Quattrocolo.**

Ob defectum prosecutionis appellationis acta in archivo reponi, die 9 Ianuarii, R. P. D. Ponens decrevit.

II. ROMANA. **-** ***Nullitatis matrimonii ex capite defectus consensus,*** **coram R. P. D. Quattrocolo.**

Cum actoris procurator nullum actum iudicialem infra annum posuerit ad appellationem prosequendam, acta in archivo reponi, die 9 Ianuarii, R. P. D. Ponens decrevit.

III. PAMPILONEN. - ***Depositi pii et refectionis damnorum,*** **coram R. P. D. Quattrocolo.**

Cum ab interposita appellatione contra sententiam Rotalem diei 22 Decembris 1926 annus transierit quin aliquis actus iudicialis positus fuerit, die 9 Ianuarii, R. P. D. Ponens appellationem esse desertam declaravit, sententiamque impugnatam transiisse in rem iudicatam iuxta can. 1736.

IV. SIBERIAN. **-** ***Nullitatis matrimonii ex capite clandestinitatis,*** **coram R. P. D. Jullien.**

Decreto diei 19 Ianuarii, acta causae ad Pont. Commissionem pro Russia R. P. D. Ponens mitti iussit.

V. VILNEN. **-** ***Nullitatis matrimonii ex capite vis et metus,*** **coram R. P. D. Parrillo.**

Attento recessu ab appellatione facta a Defensore vinculi contra binam sententiam conformem pro matrimonii, nullitate R. P. D. Ponens decrevit die 30 Ianuarii, ius esse coniugibus novas nuptias contrahendi ad normam can. 1987, et acta in archivo reponi.

VI. KAUNEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite disparitatis cultus,* coram E. P. D. Guglielmi.

Ad normam can. 1740, cum actrix instantiae renuntiaverit, attento etiam facto quod reus conventus, legitime citatus per edictum, non comparuerit, audito voto Defensoris vinculi, actricis renuntiationem admitti et acta reponi in archivo, decrevit E. P. D. Ponens, die 23 Februarii.

VII. ÏT. N. - *Nullitatis matrimonii ex capite impotentiae viri,* coram B. P. D. Decano.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, appellationem declaravit desertam E. P. D. Ponens, die 1 Martii, ad normam can. 1736.

VIII. SAMOGITIEN. - *Separationis,* coram E. P. D. Jullien.

Attenta renuntiatione actoris, decreto diei 4 Martii, acta poni in archivo E. P. D. Ponens iussit.

IX. TRANSILVANIEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite vis et metus,* coram B. P. D. Mannucci.

Attenta morte conventi, acta poni in archivo, die 1Í Martii, R. P. D. Ponens decrevit.

X. E OMAN A. - *Obligationis,* coram E. P. D. Mannucci.

Cum nullus actus positus fuerit coram Turno constituto, instantiam haberi desertam, die 11 Martii, B. P. D. Ponens decrevit.

XI. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite vis et metus,* coram B. P. D. Mannucci.

Cum nullus per annum actus positus fuerit, die 11 Martii, instantiam haberi peremptam B. P. D. Ponens decrevit.

XII. PARISIEN. -'*Nullitatis matrimonii ex capite vis et metus,* coram E. P. D. Grazioli.

Cum neque actor neque rea ullum posuerint intra praefixum tempus processualem actum ad appellationem prosequendam adversus sententiam Eotalem diei 22 Iunii 1926, qua de matrimonii nullitate non constare in casu declaratum est, instantiam peremptam esse, die 27 Martii, E. P. D. Ponens decrevit.

XIII. SEATTLEN. - *Obligationis,* coram E. P. D. Jullien.

Cum actor nullum actum processualem posuerit per annum, B. P. D. Ponens decreto diei 3 Aprilis, ad normam can. 1736, appellationem peremptam declaravit.

XIV. BONONIEN. - *Finium parochialium,* coram R. P.-D. Decano.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, appellationem declarari desertam die 16 Aprilis, R. P. D. Ponens decrevit, ita ut sententia per appellationem oppugnata in rem iudicatam transierit (can. 1736).

XV. TERGESTINA. - *Crediti,-* coram R. P. D. Grazioli.

Cum actor et appellans in causa nullum intra annum, posuerit processualem actum ad, prosequendam appellationem contra sententiam Trib. Tergestini diei 31 Octobris 1927, instantiam peremptam esse, die 26 Aprilis, R. P. D. Ponens declaravit, et appellatam sententiam transiisse in rem iudicatam, ad tramitem can. 1736 Cod. iur. can.

XVI. RHEDONEN. - *Nullitatis matrimonii eco capite vis et metus,* coram R. P. D. Jullien.

Cum actor nullum actum processualem posuerit per annum, R. P. D. Ponens, decreto diei 1 Maii, acta reponi in archivo iussit.

XVII. UTINEN. - *Praetensi furti et poenarum,* coram R. P. D. Decano.

Cum per annum nullus actus processualis sit.positus, appellationem. adversus sententiam Rotalem diei 9 Augusti 1927, decreto diei 11 Maii, R. P. D. Ponens declaravit desertam, ad normam can. 1736, ita ut sententia Rotalis, etiam pro parte quae fuerat per appellationem oppugnata, in rem iudicatam transierit.

XVIII. GUASTALLEN. - *Reiectionis libelli,* coram R. P. D. Parrillo.

Visa renuntiatione instantiae exhibitae h. S. T. die 31 Augusti 1928, a recurrentis Patrono facta de speciali eius mandato, ad normam can. 1740, 2; attento voto Promotoris Iustitiae R. P. D. Ponens, die 12 Iunii, renuntiationem acceptari decrevit, simulque declarari sublatum esse obicem in cuius vim Tribunal Guastallen. incompetens se declaravit ad videndum de novi libelli acceptatione.

XIX. LEODIEN. - *Nullitatis matrimonii eso capite defectus consensus ob voluntatem excludendi perpetuitatem matrimonii,* coram R. P. D. Parrillo.

Cum annus iam emuxerit, quin ullus actus processualis interim positus fuerit, ad normam can. 1736, R. P. D. Ponens instantiam esse peremptam declaravit, decreto diei 14 Iunii.

XX. VILNEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite vis et metus,* coram R. P. D. Morano.

Attento obitu actricis, acta reponi in archivo R. P. D. Ponens decrevit, die 17 Iunii.

XXI. NANCEIEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite defectus consensus,* coram E. P. D. Morano.

Cum patronus actricis infra terminum ei praefixum neglexerit pro parte sua exsecutioni demandare decretum citationis conventi per edictum, acta reponi in archivo, die 30 Iulii, E. P. D. Ponens decrevit.

XXII. BAIONEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite vis et metus,* coram E. P. D. Grazioli.

Cum actrix in causa, litteris ad suum patronum actioni a se institutae pro demonstranda nullitate sui coniugii renuntiaverit, audito vinculi Defensore, B. P. D. Ponens, die 9 Augusti, missam renuntiationem ratam habuit, et acta causae in archivo reponi iussit.

XXIII. WESTMONASTERIEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite vis et metus,* coram E. P. D. Parrillo.

Cum nullus actus processualis ab anno positus fuerit, ad normam can. 1736, E. P. D. Ponens, die 13 Augusti, instantiam esse peremptam declaravit.

XXIV. AQUILANA. - *Nullitatis matrimonii ex capite defectus consensus et clandestinitatis,* coram E. P. D. Decano.

Cum nullus actus processualis positus sit per annum, appellationem declarari desertam ad normam can. 1736, die 7 Octobris, B. P. D. Ponens decrevit.

XXV. NANCEIEN ET TULLEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite conditionis appositae,* coram E. P. D. Grazioli.

Cum actor in causa intra annum nullum posuerit processualem actum ad prosequendam appellationem contra sententiam curiae diei 16 Decembris 1927, instantiam peremptam, die 7 Octobris, B. P. D. Ponens declaravit, et acta causae in archivo S. T. reponi iussit.

XXVI. TIBURTINA. - *Nullitatis matrimonii ex capite conditionis appositae,* coram B. P. D. Guglielmi.

Cum nullus actus processualis per biennium positus fuerit, ad normam -can. 1736, instantiam fuisse peremptam, die 17 Decembris, B. P. D. Ponens decrevit.

ACTA OFFICIORUM

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA. COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

BESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I, DE COLLATIONE PRIMAE TONSURAE

D. An vi canonis III § 2, conlati cum canone 955 § 1, Episcopus alienum subditum sine legitimis proprii Episcopi litteris dimissoriis ad primam tonsuram promovere licite possit.

B. *Negative.*

II. - DE OPTIONE

D. I. An vi canonis 398 § 2 prohibeatur [optio ad praebendas quomodocumque canoniae seu titulo canonicali adnexas.

II. *An* vi eiusdem canonis prohibeatur optio etiam ad domos, praedia aliaque a praebendis canonicalibus distincta.

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative.*

III. - DE BENEDICTIONE PAPALI

D. An Episcopus, plures habens regendas dioeceses, in earum altera benedictionem papalem Paschati Besurrectionis adnexam, de qua in canone 914, iure proprio in aliam diem transferre possit.

B. *Negative.*

IV. - DE MATRIMONIO FILIORUM APOSTATARUM

D. An sub verbis *ab acatholicis nati,* de quibus in canone 1099 § 2, comprehendantur etiam nati ab apostatis.

B. *Affirmative.*

V. - DE ULTIMIS VOLUNTATIBUS

D. Utrum verbum *moneantur,* de quo in canone 1513 § 2, sit praeceptivum, an tantum exhortativum.

R. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

VI. - DE IURE DENUNTIANDI NULLITATEM MATRIMONII

D. An coniuges qui, iuxta canonem 1971 § .1 n. 1 et interpretationem diei 12 Martii 1929, habiles non sunt ad accusandum matrimonium, vi eiusdem canonis §2 ius saltem habeant nullitatem matrimonii Ordinario vel promotori iustitiae denuntiandi.

B. *Affirmative.*

Datum ex Civitate Vaticana, die 17 mensis Februarii anno 1930.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses,*

L. © S.

I. Bruno, *Secretarius.*

PONTIFICIA COMMISSIO PRO RUSSIA

PROVISIO ECCLESIAE

Ssmus Dnus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, decreto Pontificiae Commissionis pro Bussia, edito die 23 Ianuarii -1930, titulari archiepiscopali Ecclesiae Bosporanae praeficere dignatus est B. P. D. Iosephum Kessler, hactenus Episcopum Tiraspolensem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, **6** Marzo, la Santità di Nostro Signore riceveva in solenne Udienza S. E. Don **LUIGI PIGNATELLI DELLA LEONESSA**, Principe di Monteroduni, inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario del Sovrano Militare Ordine Gerosolimitano di Malta, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 4 Marzo 1930, nel palazzo Apostolico Vaticano, coli'intervento degli Emi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati e Consultori Teologi, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* dei Sacri Riti, per discutere sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Beata Lucia Filippini, Fondatrice e prima Superiora dell'Istituto delle Maestre Pie Filippini, dal suo cognome così chiamate.

Martedì, 11 Marzo 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali con i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, che la compongono, hanno emesso il loro voto sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del Beato Teófilo da Corte, Sacerdote professo dell'Ordine dei Frati minori, i quali miracoli vengono proposti per la sua Canonizzazione.

Martedì, 18 Marzo 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e dei Consultori teologi, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* dei Sacri Riti, per discutere sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione dei Beati Giovanni de Brebeuf e Compagni, della Compagnia di Gesù, martiri del Canada, i quali miracoli vengono proposti per la loro Canonizzazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE -

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*26 **Dicembre** 1929.* **L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Membro della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.***

*16 **Marzo** 1930.* **Monsig. Amleto G. Cicognani, *Consultore della Sacra Congregazione di Propaganda Fide.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

8 Gennaio 1930. **L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti,** *Protettore della Arciconfraternita delle Sacre Stimmate* **(Boma).**

31 » » **L' Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli,** *Protettore delle Suore della Carità Cristiana, Figlie dell'Immacolata Concezione* **(Paderborn).**

5 Febbraio » **L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti,** *Protettore delle Suore dell'Immacolato Cuore di Maria* **(Los Angeles).**

6 » » **L'Emo Sig. Cardinale Luigi Sincero,** *Protettore delle Suore di Santa Marta* **(Chiavari)**

10 » » **L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli,** *Protettore delle Ancelle del S. Cuore, della Ven. Volpicelli* **(Napoli).**

13 » » **L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli,** *Protettore delle Suore di Maria Riparatrice* **(Boma).**

17 » » **L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli,** *Protettore della Congregazione delle Suore Insegnanti della S. Croce* **(Menzingen).**

1 Marzo » **Il sig. cav. Pio Manzia,** *Maestro di Casa dei SS. PP. AA.*

4 » » **Monsig. Stanislao Janasik,** *Uditore del Tribunale della Sacra Romana Rota.*

10 » » **L'Enio Sig. Cardinale Lorenzo Lauri,** *Protettore delle Suore della S. Vergine della Misericordia* **(Varsavia).**

25 » » **L'Eolo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli,** *Protettore delle Suore Adoratrici, Ancelle del Ssmo Sacramento* **(Madrid).**

Assistenti al Soglio Pontificio:

13 Dicembre 1929. **Monsig. Daniele Francesco Feehan, Vescovo di Fall River.**

10 G-ennaio 1930. **Monsig. Giovanni Mac Carthy, Vescovo di Sandhurst.**

U Marzo » **Monsig. Raffaele Carlo Rossi, Arcivescovo titolare di Tessalonica.**

Protonotarii Apostolici **ad instar participantium :**

22 Agosto 1929. **Monsig. Luigi Giovanni Klein, della diocesi di Lincoln.**

14 Ottobre » **Monsig. Alberto Petrasch, della medesima diocesi.**

» » » **Monsig. Pietro O'Loughlin, della medesima diocesi.**

18 Gennaio 1930. **Monsig. Carlo Delabar, dell'archidiocesi di Parigi.**

1 Febbraio » **Monsig. Paolo A. Kelly, della diocesi di Scranton.**

6 » » **Monsig. Arturo Melanson, della diocesi di Chatam.**

21 » » **Monsig. Ernesto Camu, dell'archidiocesi di Reims.**

» » » **Monsig. Luciano Paulot, della medesima archidiocesi.**

15 Marzo » **Monsig. Emilio Dauzon, dell'archidiocesi di Algeri.**

Prelati Domestici di S. S.:

17 Agosto 1929. **Monsig. Giacomo Guglielmo Stenson, della diocesi di Omaha.**

» » » **Monsig. Giacomo Aherne, della medesima diocesi.**

17 » » **Monsig. Enrico Schoof, della medesima diocesi.**

31 Ottobre » **Monsig. Albino Bo, dell'archidiocesi di Genova.**

7 *Novembre* » **Monsig. Enrico Pergami, dell'archidiocesi di Napoli.**

27 Novembre 1929.	Monsig Guglielmo E. Foley, della diocesi di Springfield (Massachusetts).
	Monsig. Cornelio A. Sullivan, della medesima diocesi.
	Monsig Giacomo J. Donnelly, della medesima diocesi.
»	Monsig. Ludovico 0. Trigaune, della medesima diocesi.
»	Monsig Antonio A. Cyran, della medesima diocesi.
13 Dicembre	Monsig Martino Giuseppe Foley, della medesima diocesi.
» »	Monsig. Carlo Johannes, della medesima diocesi.
» »	Monsig. Giovanni Pietro Moroney, della medesima diocesi.
23 »	Monsig Rodolfo Terlandy, della diocesi di Vacsa.
	Monsig, Giovanni Kokovay, della medesima diocesi.
» » »	Monsig Adalberto Varaszèji, della medesima diocesi.
24 » »	Monsig Carlo Dondi, dell'archidiocesi di Modena.
30 » »	Monsig, Leone Regent, della diocesi di Lilla.
14 Gennaio 1930.	Monsig Enrico Sarti, della diocesi di Pesaro.
15 » , »	Monsig Faustino Gianani, della diocesi di Pavia.
20 » »	Monsig Giovanni Forsyth, dell'archidiocesi di Sant'Andrea ed Edimburgo.
» » »	Monsig. Patrizio Mac Gettigan, della medesima archidiocesi.
24 » »	Monsig. Giacomo V. Hussie, della diocesi di Scranton.
	Monsig. Patrizio J. Roland, della medesima diocesi.
	Monsig. Giacomo J. Kowalewski, della medesima diocesi.
	Monsig. Michele E. Lynott, della medesima diocesi.
31	Monsig. Luigi Sorbi, della diocesi di Cortona.
»	Monsig. Dardano Dobici, della medesima diocesi.
	Monsig. Giuseppe Bertocci, della medesima diocesi.
3 Febbraio	Monsig. Giuseppe Manuel Pereira dos Reis, del patriarcato di Lisbona.
4 »	Monsig. Lodovico Bataille, della diocesi della Martinica.
5 »	Monsig. Casimiro Rolewski, dell'archidiocesi di Gnesna e Posnania.
	Monsig. Patrizio Keown, della diocesi di Clogher.
13	Monsig. Giuseppe Zanetti, della diocesi di Brescia.
	Monsig. Tommaso Stanislao Crank, dell'archidiocesi di Liverpool.
»	Monsig. Guglielmo Clarkson, della medesima archidiocesi.
15	Monsig. Pietro Tocchini, dell'archidiocesi di Lucca.
17	Monsig. Giovanni O'Reilly, della diocesi di Lancaster.
	Monsig. Teodoro Madlener, della diocesi di Bamberga.
	Monsig. Giovanni Dürbeck, della medesima diocesi.
21	Monsig. Giulio Lecomte, dell'archidiocesi di Reims.
22	Monsig. Giuseppe Evaristo de Goes Bittencourt, della diocesi di Ilheos (Brasile).
25	Monsig. Argemiro M. de Oliveira Pantoja, dell'archidiocesi di Beiern del Para.
	Monsig. Andrea Balázs, della diocesi di Transil vania.
	Monsig. Francesco Saverio Ritter, dell'archidiocesi di Milano.
26 »	Monsig. Stanislao Janasik, dell'archidiocesi di Gnesna e Posnania.
4 Marzo	Monsig, Alfredo irudel, della diocesi di Chatam.

4 Marzo .1930. **Monsig. Giovanni Wheten, della medesima diocesi.**
11 » » **Monsig. Glodoaldo Barbosa dos Santos, dell'archidiocesi di San Salvatore della Bahia.**
17 » » **Monsig. Antonio da Rosa Marques, dell'archid. di] Evora.**

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

5 Novembre 1929. **Monsig. Michele Leweck, della diocesi di Katowice.**
» » » **Monsig. Giovanni Ev. Milik, della medesima diocesi.**
29 » » **Monsig. Ambrogio Scherrer, della diocesi di San Gallo.**
22 Dicembre » **Monsig. Pietro Jobbi, della diocesi di Teramo.**
24 Gennaio 1930. **Monsig. Stefano Binon, della diocesi di Hajdudorog.**
6 Febbraio » **Monsig. Alfonso Zino, dell'archidiocesi di Genova.**
» » » **Monsig. Enrico Lagomarsino, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Antonio Gazzale, della medesima archidiocesi.**
22 » » **Monsig. Giuseppe Pinheiro Marques, del Patriarcato di Lisbona.**
» » » **Monsig. Dionisio Kajetanowicz, della diocesi di Leopoli.**
27 » » **Monsig. Paolo Babini, della diocesi di Faenza.**
28 » » **Monsig. Sebastiano Alagna, della diocesi di Mazzara del Vallo.**
» » » **Monsig. Calogero Cammarata* della diocesi di Caltanissetta.**
» » » **Monsig. Antonio P. Coria, della diocesi di León (Messico).**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

22 Febbraio 1930. **Monsig. Giacinto Marcozzi, della diocesi di Teramo.**
» » » **Monsig. Antonio Di Petta, della diocesi di Boiano.**
27 » » **Monsig. Giovanni Argnani, della diocesi di Faenza.**
28 » » **Monsig. Silvio Anichini (Boma).**
» » » **Monsig. Ferdinando Zorn, delF archidiocesi di Colonia.**
» » » **Monsig. Andrea Gehlen, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Francesco Griesser, della diocesi di S. Ippolito.**
» » » **Monsig. Giuseppe Wagner, della medesima diocesi.**

NECROLOGIO

26 Febbraio 1930. **Monsig. Luigi Versiglia, Vescovo tit. di Caristo.**
14 Marzo » **Monsig. Eugenio Ludovico Ernesto Julien, Vescovo di Arras.**
17 » » **Monsig. Costantino Chauvin, Vescovo di Evreux.**
20 » » **Monsig. Gennaro Cosenza, Arcivescovo tit. di Cirro.**
22 » » **Monsig. Fabio Berdini, Arcivescovo tit. di Traianopoli.**
24 » » **Monsig. Ambrogio Lud di, Vescovo tit. di Troade.**

Annus XXII - Vol. XXII 1 Maii 1930 Num. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAKIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE SANCTO AUGUSTINO EPISCOPO HIPPONENSI ET ECCLESIAE DOCTORE, MILLESIMO ET QUINGENTÉSIMO AB EIUS OBITU EXEUNTE ANNO.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Ad salutem humani generis constitutae providenter Ecclesiae quod Christus Iesus usque adhuc adfuerit praesentissimus sitque in posterum adfuturus, nisi id rei naturae ac necessitati prorsus congrueret et divini Conditoris sponsione, quam in Evangelio legimus, niteretur, ex ipsis tamen Ecclesiae fastis satis superque constaret, quam nulla unquam errorum lues inquinarit, nulla labefecerit, quantumvis frequentium, filiorum defectio, nullae impiorum hominum insectationes, vel ad atrocissima quaeque productae, prohibuerint quominus, in iuvenilem quendam revocata vigorem, perpetuo reviresceret. Quodsi non una eademque Dominus noster ratione, non una eademque via, instituti sui ad omne aevum pertinentis et stabilitati consuluit et incrementa provexit, at praecipue in unaquaque aetate insignes suscitavit homines, qui, suo ingenio laboribusque suis, ad temporum rerum-

que vices accommodatissimas, efficerent, ut de « potestate tenebrarum » cobibita ac devicta christianus populus identidem gauderet. Quem quidem divinae providentiae delectum multo, quam in plerosque, exquisitiorem liquet in Augustinum Tagastensem cecidisse, qui, cum et lucerna super candelabrum posita et cuiusvis eversor haeresis et aeternae dux salutis aequalibus suis apparais - set, non modo, saeculorum decursu, christifideles docere et consolari perrexit, verum nostra hac etiam aetate ad id summopere confert, ut fidei apud ipsos splendere veritas et divina item caritas flagrare ne desinat. Immo pervagata res est, Augustini scriptis, quod tam grandia sint, tam delectationis plena, haud paucos allici qui a Nobis dissident vel a fide omnino alieni videntur. Unde fit — cum in verteiltem annum a beato maximi Episcopi et Doctoris obitu dies quindecies saecularis auspicato incidat — ut ad eius agendam celebrandamque memoriam fere ubique gentium christifideles exardescant et praeclara admirationis pietatisque apparent atque edituri sint testimonia. Itaque, Apostolico officio et incredibili quadam animi voluptate permoti, communi Nos eiusmodi praeconio cum deesse nolimus, tum vos omnes, Venerabiles Fratres, et clerum populumque cuiusque vestrum hortamur, gratias caelesti Patri Nobiscum singulares agatis, quod tot tamque ingentibus Ecclesiam suam beneficiis per Augustinum locupletare, qui ex impertita sibi divinorum ubertate munerum tantum lucri et fecit ipse et in catholicorum universitatem derivavit. Quos quidem hodie decet non tam de viro gloriari, ad corpus Christi mysticum quasi prodigialiter olim adiuncto, quo, historiae iudicio, maiorem celsioremque ubique terrarum paene nullum ante actae aetates tulere, quam eius imbuere se atque alere doctrina vitaeque exempla sanctissimae persequi.

Laudari Augustinum, vel a Romanis Pontificibus, desit um nunquam est in Ecclesia Dei. Sanctum nimirum Episcopum adhuc viventem Innocentius I amicum sibi carissimum salutabat,[1] efferebatque litteras, quas ab ipso ab eiusque amatoribus episcopis quattuor acceperat: «litteras plenas fidei, totoque religionis

[1] **Innocentius Aurelio et Augustino episcopis: *epist. 184* inter augustinianas.**

catholicae vigore firmatas ».[1] Augustinum autem paulo ante vita functum Caelestinus I contra adversarios magnificis hisce verbis defendit: « Augustinum sanctae recordationis virum pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec umquam hunc sinistrae suspicionis saltem rumor aspersiti quem tantae scientiae olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam ante a meis semper decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in communi senserunt, utpote qui utique cunctis et amori fuerit et honori ».[2] Gelasius I Hieronymum una simul et Augustinum praedicabat «ecclesiasticorum lumina magistrorum »;[3] et Hormisdas ad Possessorem episcopum consulentem haec rescripsit sane gravissima: « De arbitrio tamen libero et gratia Dei, quod Romana, hoc est catholica, sequatur et asseveret Ecclesia, licet in variis libris beati Augustini, et maxime ad Hilarium et Prosperum, possit cognosci, tamen in scriniis ecclesiasticis expressa capitula continentur ».[4] Testimonium vero haud dissimile Ioannes II edidit, adversus haereticos ad Augustini opera provocando: « cuius doctrinam — aiebat — secundum praedecessorum meorum statuta, Romana sequitur et servat Ecclesia ».[5] Ecquis enim ignorat, per eas quae Augustini obitum excepere propius aetates, quam penitus in eius doctrina Romani Pontifices, ut, exempli causa, Leo Magnus, ut Gregorius Magnus, versati essent? Qui quidem sanctus Gregorius, tam de se modeste sentiens quam de Augustino honorifice, ad Innocentium Africae praefectum scribebat : « Si cupitis delicioso pabulo saginari, beati Augustini patriotae vestri opuscula legite et ad comparationem siliginis illius nostrum furfurem ne quaeratis ».[6] Atque in comperto est, Hadrianum I saepe Augustini locos afferre consuevisse, quem « egre-

[1] **Innocentius Aurelio, Alypio, Augustino, Evodio et Possidio episcopis: *epist. 183,* n. 1 inter augustinianas.**

[2] **Caelestinus Venerio, Marino, Leontio, Auxonio, Arcadio, Filtanio et ceteris Galliarum episcopis: *epist. 21,* c. % n. 3.**

[3] **Gelasius universis episcopis per Picenum, *circa fin.***

[4] **Hormisdas, *epist. 70,* ad Possessorem episcopum.**

[5] **Iohannes II, *epist, olim 3,* ad quosdam Senatorés.**

[6] ***Registrum epistolarum,* lib. X, *epist. 37,* ad Innocentium Africae praefectum.**

gium doctorem » appellabat;[1] constat item, Clementem VIII ad difficiles controversias inlustrandas et Pium VI, in Constitutione Apostolica « Auctorem fidei », ad ambages damnatae Pistoriensis Synodi nudandas, Augustini auctoritate usos fultosque esse. - Hoc praeterea in Episcopi Hipponensis honorem vertit, quod haud semel in Conciliis ipsa eius verba ad catholicam veritatem definiendam congregati legitime Patres adhibuere: quo in genere Concilia Arausicanum II ac Tridentinum commemorare satis esto. - Atque, ut ad iuventutis Nostrae annos respiciamus, placet heic verba referre et quasi animo periucunde volutare, quibus immortalis memoriae decessor Noster Leo XIII, postquam de illis mentionem fecerat qui Augustino aetate antecessissent, praestita ab ipso christianae philosophiae adiumenta dilauda vit: « Sed omnibus veluti palmam praeripuisse visus est Augustinus, qui ingenio praepotens, et sacris profanisque disciplinis ad plenum imbutus, contra omnes suae aetatis errores acerbissime dimicavit fide summa, doctrina pari. Quem ille philosophiae locum non attigit; imo vero quem non diligentissime investigavit, sive cum altissima fidei mysteria et fidelibus aperiret et contra adversariorum vesanos impetus defenderet; sive cum, Academicorum aut Manichaeorum commentis deletis, humanae scientiae fundamenta et firmitudinem in tuto collocavit, aut maiorum, quibus premuntur homines, rationem et originem et causas est persecutus ! »[2]

Verum, priusquam rem Nobis propositam pressius aggrediamur, animadverti ab omnibus volumus, laudes, quibus veteres scriptores nostrum ornarunt, amplissimas, recte esse intellegendas, non ita scilicet — quemadmodum, nonnulli, catholici sensus expertes, censuerunt — ut Augustini loquentis auctoritas supremae ipsi Ecclesiae docentis auctoritati anteferatur.

0 quam « mirabilis Deus in sanctis suis ! »[3] A quo tributam sibi misericordiam Augustinus vocibus ex interiore grati amantis-

[1] **Hadrianus I,** ***epist, 83,*** **episcopis per universam Spaniam commorantibus ; cf. •epist, ad Carolum regem de imaginibus,** ***passim.***

[2] **Encycl.** ***Aeterni Patris.***

» ***Ps. LXVII,*** **v. 36.**

simique animi veluti recessu expromptis in suo Confessionum libro declaravit vehementerque extulit. Providentissime enim adspirante Deo, eundem vix puerum pia Monica caritate Christi adeo incendit, ut ipse dicere aliquando potuerit: « Quoniam hoc nomen secundum misericordiam tuam, Domine, hoc nomen Salvatoris mei Filii tui, in ipso adhuc laete matris, tenerum cor meum praebiberat et alte retinebat; et quidquid sine hoc nomine fuisset, quamvis litteratum et expolitum et veridicum non me totum rapiebat ». [1] Adulescens vero, cum a matre abesset ethnicosque magistros audiret, ea de causa sivit Altissimus ut, de pristina remittens pietate, voluptatibus corporis infeliciter serviret seque in Manichaeorum laqueos indueret, quorum sectam novem ferme secutus est annos, ut scilicet, qui Gratiae Doctor futurus esset, is experiundo disceret et posteritati traderet, quanta animus vel nobilissimus imbecillitate ac fragilitate laboret, nisi christianae institutionis praesidio et assiduitate precum in via virtutis firmetur, per eam potissimum iuvenilem aetatem, cum et spiritus erroribus facilius allicitur ac delenitur, et primis sensuum motibus perturbatur animus; itemque idcirco sivit, ut ipso usu perciperet noster, quam miser ille sit, qui creatis rebus explere se atque exsatiare contendit, quemadmodum ipsemet serius coram Domino aperte fassus est: « Nam tu semper aderas misericorditer saeviens, et amarissimis aspergens offensionibus omnes illicitas iucunditates meas, ut ita quaererem sine offensione iucundari, et ubi hoc possem non invenirem quidquam, praeter te, Domine ». [2] Cur igitur Augustinus sibi ipsi a caelesti Patre relinqueretur, cui quidem fletibus precibusque Monica instaret, illud matrumfamilias exemplum, quae, per suam animi aequitatem lenitatemque, per suam perpetuam divinae misericordiae implorationem, tandem aliquando pervincunt ut ad bonam frugem suos liberos revocent? Neque enim fieri poterat ut tot filius lacrimarum periret; [3] ad rem ita noster; « Et in eisdem etiam libris quod de mea conver-

[1] *Confess.*, **lib. III, c. 4, n. 8.**
[2] *Gonfess.*, **lib. Il, c. 2, n. 4.**
[3] *Confess.*, **lib. III, c. 12, n. 21.**

sione narravi, Deo me convertente ad eam fidem, quam miserrima et furiosissima loquacitate vastabam, nonne ita narratum esse meministis, ut ostenderem me fidelibus et quotidianis matris meae lacrymis ne perirem fuisse concessum? »[1] Itaque Augustinus ab Manichaeorum haeresi sensim abalienari et quasi numinis afflatu impulsuque Mediolanum duci Ambrosio Episcopo obvius; « paulatim » Dominus « manu untissima et misericordissima pertractans et componens cor »[2] eius, efficere, ut sapientissimis Ambrosii sermonibus ad credendum in catholicam Ecclesiam inque Bibliorum veritatem adduceretur; iam tum Monicae filius, etsi sollicitudinibus vitiorumque illecebris nondum exsolutus, retinere tamen firmiter, viam salutis non esse divina providentia positam nisi in Christo Domino nostro atque in Scripturis Sacris, quarum una catholicae Ecclesiae auctoritas veritatem sponderet.[3] Verum o quam difficilis quamque laboriosa plena hominis, iam dudum de recta aberrantis, mutatio! Cupiditatibus enim ille concitationibusque animi serviebat adhuc, has ad cohibendas haud satis potens; tantumque aberat ut necessarias sibi vires saltem ex platonieorum de Deo deque rebus creatis doctrina hauriret, ut, contra, miserias suas maiore quoque miseria, scilicet superbia, cumulasset, nisi ab Apostoli Pauli Epistolis aliquando didicisset, qui velit christiane vivere, oportere eum humilitatis fundamento divinaeque gratiae auxilio niti. Iamque — rem commemoramus cuius narrationem repetere nemo queat quin se a lacrimis abstineat — de praeteritae vitae dolens admissis exemploque tot christifidelium permotus, qui vel omnium rerum iacturam facerent ut «unum... necessarium» lucrarentur, divinae misericordiae, quae ipsum suaviter insequebatur, tum denique manus dedit, cum, inter orandum, subita illa voce perculsus est « tolle et lege »; qui cum Epistolarum codicem prope positum aperuisset, illud ante oculos eius, caelestibus interea gratiis animum efficienter impellentibus, cecidit: « Non in comessationibus et ebrietatibus,

[1] ***De dono perseverantiae,* c. 20, n. 53.**

[2] ***Gonfess.,* lib. VI, c. 5, n. 7.**

[3] ***Confess.,* lib. VII, c. 7, n. 11.**

non in eubilibus et impudicitiis, non in contentione et aemulatione; sed induite Dominum Iesum Christum, et carnis providentiam ut? feceritis in concupiscentiis ».[1] Quo ex horae momento Augustinum, eo usque donec animam edidit, totum Deo deditum fuisse, in comperto est.

Brevi sane apparuit, quale et ad quam inlustria facinora « vas electionis » sibi Dominus in Augustino comparasset. Qui, sacerdotio initiatus posteaque episcopatu Hipponensi auctus, non tani Africae christianae quam Ecclesiae universae lumen praeferre copiosae doctrinae suae suique apostolatus beneficia impertire coepit. Meditari igitur ille Biblia sacra, diu multumque preces Domino adhibere — quarum significationes vocesque in eius libris adhuc resonant —, Patrum Doctorumque opera, qui eum antecesserant quosque demisso venerabatur animo, intentius perlegere, ut cotidie magis revelatas a Deo veritates introspiceret et calleret. Licet enim posterior sanctis illis viris succederet, qui splendidissima veluti sidera catholico nomini illuxerant, ut Clemens Romanus, exempli causa, et Irenaeus, ut Hilarius et Athanasius, ut Cyprianus et Ambrosius, ut Basilius, Gregorius Nazianzenus et Ioannes Chrysostomus; licet eodem tempore, quo Hieronymus, esset, Augustinus tamen maximam humano generi admirationem adhuc commovet ob subtilitatem gravitatemque sententiarum atque ob miram illam sapientiam, quam eius scripta, per diuturnum fere quinquaginta annorum spatium confecta et in vulgus edita, redolent. Quodsi arduum est, frequentissimas uberrimasque lucubrationes illas persequi, quae, cum ad omnia divinarum rerum capita, ad Bibliorum exegesim ad morumque disciplinam pertineant, tales quidem sunt, ut universas interpretes complecti et comprehendere vix queant, tamen cur non e tanta doctrinarum mole aliqua in lucem documenta vocemus, quae ad aetatem nostram accommodatior et christianae societati utiliora videantur?

Atque primum, in eo vehementer Augustinus elaboravit, ut mortales omnes perdiscerent persuasumque haberent quis esset,

[1] *Confess.*, **lib. VIII, c. 12, n. 29.**

idemque supremus, sibi praestituto finis quaeque unice ad veri nominis beatitatem sibi via muniretur. Ecquis, rogamus, quantumvis levis ac futilis, hominem, tamdiu voluptatibus fruitum tamque praeclaris ad huius vitae commoda sibi comparanda instructum artibus, audire sine ulla animi commotione potuisset Deo confitentem: « Fecisti nos ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te ? » [1] Quae quidem verba, cum totius summam sapientiae complectantur, tum, una simul, et Dei erga nos caritatem et singularem hominis dignitatem et miserandam eorum condicionem qui ab Auctore suo abalienati vivunt, aptissime describunt. Certe, hac nostra potissimum aetate, qua mirabiles creatarum rerum naturae cotidie clarius patefiunt prodigialemque earum vim atque virtutem homo, quo est ingenio, in suam redigit potestatem, ad commoda sua, ad suam làutitiam oblectationemque adhibiturus; hodie, inquimus, cum opera et artificia, quae aut intellectus aut illiberalis mortalium labor genuerit, in dies multiplicantur atque in omnes orbis terrarum partes incredibili quadam celeritate traiiciuntur; nimium quantum animus noster, se totum in res creatas abdendo, Creatorem obliviscitur, fluxa bona, neglectis aeternis, persequitur atque in privatum publicumque detrimentum in suamque ipsius perniciem ea dona convertit, quae a benignissimo Deo idcirco accepit ut Christi regnum latius proferret suamque salutem proveheret. Iamvero, ne nos sinamus humano eiusmodi civilique cultu absorberi, qui ad corporea et ad sensuum voluptates totus intendit, christianae sapientiae principia scrutemur ac meditemur oportet, ab Episcopo Hipponensi tam apte proposita atque explanata: « Deus ergo naturarum omnium sapientissimus conditor et iustissimus ordinatur, qui terrenorum oraamentorum maximum instituit mortale genus humanum, dedit hominibus quaedam bona huic vitae congrua, id est pacem temporalem pro modulo mortalis vitae in ipsa salute, et incolumitate ac societate sui generis, et quaeque huic paci vel tuendae, vel recuperandae necessaria sunt, sicut ea quae apte ac

[1] ***Confess.*, lib. I, c. 1, n. 1.**

convenienter' adiacent sensibus, lux, nox, aurae spirabiles, aquae potabiles, et quidquid ad alendum, tegendum, curandum ornandumque corpus congruit: eo pacto aequissimo, ut qui mortalis talibus bonis paci mortalium accommodatis recte usus fuerit, accipiat ampliora atque meliora, ipsam scilicet immortalitatis pacem, eique convenientem gloriam et honorem in vita aeterna ad fruendum Deo, et proximo in Deo: qui autem perperam, nec illa accipiat, et haec amittat ».[1]

De constituto autem hominibus fine supremo cum noster loqui institisset, adiicere idem properat, quicumque ipsum assequi volunt, inane eorum coeptum esse evasurum nisi Ecclesiae catholicae subiecerint sese modesteque paruerint, quae una sit divinitus nata ad lucem virtutemque animis conferendam, qua qui caret, necessario de recta deflectit et in salutis aeternae discrimen facile praeceps agitur. Etenim pro sua Deus benignitate nequaquam passus est, homines, quasi titubantes et caecos, ipsum anquirere: « quaerere Deum, si forte attrectent eum aut inveniant »;[2] at vero, depulsis ignorantiae tenebris, se per revelationem cognoscendum praestitit errantesque ad paenitentiae officium vocavit: « Et tempora quidem huius ignorantiae despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus ut omnes ubique paenitentiam agant».[3] Cum autem sacros scriptores suo spiritu affiavisset, Biblia et custodienda et authentice interpretanda Ecclesiae commisit, ab Unigenito suo conditae; cuius quidem Ecclesiae divinam originem, inde ab initio, per patrata ab ipso Conditore Christo miracula ostendit ac comprobavit: « Sanati languidi, mundati leprosi; incessus dandis, caecis visus, surdis auditus est redditus. Homines illius temporis aquam in vinum conversam, saturata quinque millia quinque panibus, transita pedibus maria, mortuos resurgentes viderunt: ita quaedam corpori manifestiore beneficio, quaedam vero menti occultiore signo, et omnia hominibus maiestatis testimonio consulebant: sic in se tunc animas errantes mortalium

[1] ***De civitate Dei,*** lib. XIX, c. 13, n. 2.

[2] ***Act. Apost.,*** XVII, 27.

[3] ***Act. Apost,*** XVII, 30.

divina commovebat **auoGoritas w .** [1] Esto, miraculorum frequentiam aliquantum, deinceps, remisisse; at qua **alia** de causa, quaesumus, nisi quia divinum testimonium ex ipsa prorsus mira fidei propagatione et societatis humanae, ad christianam de moribus doctrinam, emendatione altius in dies eminebat? « Parumne consultum rebus humanis arbitraris, — ita Augustinus, cum ad Ecclesiam Honoratum, amicum suum, revocare studeret — quod nihil terrenum, nihil igneum, nihil denique quod corporis sensus attingit, pro Deo colendum esse, ad quem solo intellectu am Mendum est, non pauci doctissimi disputant, sed imperitum etiam vulgus marium feminarumque in tam multis diversisque gentibus et credit et praedicat? quod continentia usque ad tenuissimum victum panis et aquae, et non quotidiana solum, sed etiam per contextos plures dies perpetuata ieiunia; quod castitas usque ad coniugii prolisque contemptum; quod patientia usque ad cruces fiammasque neglectas; quod liberalitas usque ad patrimonia distributa pauperibus; quod denique totius huius mundi aspernatio usque ad desiderium mortis intenditur? Pauci haec faciunt, pauciores bene prudenterque faciunt: sed populi probant, populi laudant, populi favent, diliguût postremum populi: populi suam imbecillitatem, quod ipsa non possunt, non sine provectu mentis in Deum, nec sine quibusdam scintillis virtutis, accusant. Hoc factum est divina providentia per prophetarum vaticinia, per humanitatem doctrinamque Christi, per Apostolorum itinera, per martyrum contumelias, cruces, sanguinem, mortes, per sanctorum praedicabilem vitam, atque in his universis digna rebus tantis atque virtutibus pro temporum opportunitate miracula. Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum fructumque videamus, dubitabimus nos eius Ecclesiae condere gremio, quae usque ad confessionem generis humani ab Apostolica Sede per succession.es episcoporum, frustra haereticis circumlatrantibus, et partim plebis ipsius iudicio, partim conciliorum gravitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis, columen auctoritatis obtinuit? » [2]

[1] ***De utilitate credendi,* c. 16, n. 34.**

[2] ***De utilitate credendi,* c. 17, n. 35.**

Has profecto Augustini sententias, quibus nihil est vigoris gravitatisque usque adhuc detractum, plane confirmatas nemo non dixerit diuturno hoc quindecim saeculorum spatio, quorum quidem decursu Ecclesia Dei, etsi **tam** multis calamitatibus rerumque perturbationibus pressa, tot laniata haeresibus ac discidiis, tot afflicta suorum defectione atque indignitate filiorum, nihilo secius, Conditoris sui nixa promissis, cum circumiecta considerent humana, aliud ex alio, instituta, non modo sospes atque incolumis stetit, verum etiam, unaquaque aetate, praeterquam quod miris sanctitatis devotionisque vitae exemplis ornatior exstitit caritatisque frequentissimis in christifidelibus acuit auxitque flammam, suorum praeterea missionalium martyrumque opera novos sibi populos adiunxit, quos penes inclita illa virginitatis laus et sacerdotii atque episcopatus dignitas efflorescunt ac vigent; tam penitus, denique, gentes universas suo caritatis iustitiaeque spiritu imbuit, ut vel homines, a quibus neglegitur atque oppugnatur, facere non possint quin ab ea ipsa loquendi agendique rationem mutuentur. Eecte igitur noster, Donatistis, qui veram Christi Ecclesiam ad quendam Africae angulum contrahere et coangustare auderent, cum obiecisset atque opposuisset universitatem seu, ut aiunt, catholicitatem Ecclesiae ad omnes homines pertinentis divinae gratiae auxiliis adiuvandos ac muniendos, argumentationem per sollemnia illa verba concludebat: « Securus iudicat orbis terrarum »,[1] quorum lectio, haud ita pridem, animum praeclari cuiusdam nobilissimique viri ita pepulit, ut is in. unicum Christi ovile ingredi haud diu multumque dubitant.[2]

Alte, ceteroqui, profitebatur noster, hanc Ecclesiae universae unitatem, itemque eius magisterii ab omni errore vacuitatem, non modo a non adspectabili Capite Christo Iesu proficisci, qui de caelo «gubernat corpus suum»[3] et per docentem Ecclesiam suam loquitur,[4] sed etiam ab adspectabili in terris capite, Romano

[1] *Contra epist. Parmeniani,* lib. III, n. 24.

[2] H. NEWMAN, *Apologia,* Edit. Londin. 1890, pp. 116-117.

[3] *Enarrat, in ps. 56,* n. 1.

[4] Ibidem.

Pontifice, qui, legitimo successionis iure, Petri Cathedram obtinet; haec enim successorum Petri series « ipsa est petra quam non vincunt superbae inferorum portae »,[1] nosque iustissime in Ecclesiae gremio « tenet ab ipsa sede Petri apostoli, cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendavit, usque ad praesentem episcopatum successio sacerdotum ».[2] Itaque, cum Pelagiana invasisset haeresis eiusque asseclae per dolum ac fallaciam mentes animosque fidelium conturbare niterentur, Patres Concilii Milevitani, quod inter alia, adspirante ac veluti duce Augustino, habitum est, disceptatas inter se quaestiones et confecta-ad eas dirimendas decreta nonne Innocentio I probanda proposuere? Qui, rescribendo, ob religionis studium ob animumque Pontifici Eomano deditissimum episcopos illos laudabat « scientes — inquiens — quod per omnes provincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent; praesertim quoties fidei ratio ventiiatur, arbitror omnes fratres et coepiscopos nostros, nonnisi ad Petrum, id est sui nominis et honoris auctorem referre debere, veluti nunc retulit vestra Dilectio, quod per totum mundum possit Ecclesiis omnibus in commune prodesse ».[3] Postquam igitur Romani Pontificis adversus Pelagium Caelestiumque sententia periata illuc est, Augustinus, contionando apud populum, memorabilia illa edidit: « Iam enim de hac causa duo concilia missa sunt ad Sedem apostolicam; inde etiam rescripta venerunt. Causa finita est, utinam aliquando finiatur error! »[4] Quae quidem verba, aliquantulum contracta, proverbii locum obtinuere: Roma locuta est, causa finita est. Atque haec alibi idem, postquam Zosimi Pontificis iudicatum rettulit, Pelagianos, ubicumque gentium erant, damnantis ac reprobantis: « In his verbis apostolicae Sedis tam antiqua atque fundata, tam certa et clara est catholica fides, ut nef as sit de illa dubitare christiano ».[5] Iamvero quisquis Ecclesiae

[1] *Psalmus contra partem Donati.*

[2] *Contra epist. Manichaei quam vocant fundamenti,* c. 4, n. 5.

[3] Innocentius Silvano, Valentino et ceteris qui in Milevitana synodo interfuerunt, *epist. 182,* n. 2 inter augustinianas.

[4] *Serm. 131,* c. 10, n. 10.

[5] *Epist. 190,* ad Optatum, c. 6, n. 23.

obsequitur, quae ab divino Sponso caelestis gratiae divitias per sacramenta potissimum conciliandas accepit, is, boni instar Samaritani, in vulnera filiorum Adam oleum et vinum infundit, ut reos a culpa expiet, debiles atque infirmos roboret et probos denique ad sanctioris vitae institutum conformet. Demus utique, aliquem Christi administrum oificio suo deesse nonnunquam potuisse, at num idcirco, sua destituta efficacitate, Christi virtus iacebat? « Et ego dico — Episcopum Hipponensem audiamus — et omnes dicimus, quia iustos oportet esse tanti iudicis ministros: sint ministri iusti, si volunt; si autem noluerint esse iusti qui cathedram Moysi sedent, securum me fecit magister meus, de quo Spiritus eius dixit;.Hic est qui baptizat ».* Utinam obloquentem Augustinum ii olim audissent omnes hodieque audirent, quotquot, Donatistarum more, causam alicuius sacerdotum lapsus praetexerunt, ut inconsútilem Christi vestem discinderent seque extra viam salutis miserrime deiicerent!

Vidimus, quam noster demisse, etsi ingenio praepotens, se Ecclesiae docentis auctoritati subiiceret, quod donec fecisset, noverat ne transversum quidem unguem a catholica se doctrina discessurum. At praeterea, cum illud perpendisset: « Msi credideritis, non intelligetis »,[2] probe didicerat, non modo, quotquot, fidei retinentissimi, Dei verbum supplici submissoque animo meditantur, eorum menti lumen superbis negatum hominibus de caelo praeferri, sed etiam sacerdotibus, quorum labia custodiant scientiam oportet,[3] id ofiicii incumbere — cum res revelatas apte explanare ac tueri earumque christifidelibus sensum dare teneantur — ut, quantum Dei concessu unicuique licet, in fidei veritates alte introspiciant. Quapropter, increata ipse Sapientia instinctus, orando divinarumque mysteria rerum commentando, illuc scribendo devenit, ut amplissimum splendidissimumque sacrae doctrinae veluti corpus posteritati reliquerit. Qui autem

[1] ***In Iohannis evang.*, tract. 5, n. 15.**

[2] **ISAI., VII, 9 (sec. LXX).**

[3] **MAL., II, 7.**

tam copiosa eiusmodi opera, Venerabiles Fratres, vel aliquantisper evolverit, ignorare is profecto non potest, quam acriter Hipponensis Episcopus eo animum appulisset ut in Dei ipsius cognitione proficeret. O quam recte Auctorem suum in rerum creatarum universitate ac temperatione agnovit, in eademque ut populus agnosceret sibi creditus, o quam scripsit contionatusque est **effi**cienter: « Vox quaedam est mutae terrae — aiebat — species terrae. Attendis et vides eius speciem, vides eius fecunditatem, vides eius vires, quomodo concipiat semen, quomodo plerumque afferat quod non est seminatura: vides et consideratione tua tamquam interrogas eam; et ipsa inquisitio interrogatio est. Cum autem inquisieris admirans et perscrutatus fueris, et magnam vim, magnam pulchritudinem, praeclaramque virtutem inveneris, quoniam apud se et a se habere hanc virtutem non posset, continuo tibi venit in mentem, quia non potuit a se esse, nisi ab il]o Creatore. Et hoc quod in ea invenisti, vox confessionis ipsius est, ut laudes Creatorem. Nonne considerata universa pulchritudine mundi huius, tamquam una voce tibi species ipsa respondet: Non me ego feci, sed Deus? »[1] O quotiens Conditoris sui absolutissimam perfectionem, pulchritudinem, bonitatem, aeternitatem, immutabilitatem potentiamque luculentissimis extulit verbis, tametsi recolere non desinebat, verius cogitari Deum quam dici veriusque esse quam cogitari,[2] illudque Creatori nomen imprimis convenire, quod sciscitanti Moysi a quo mitteretur, Deus ipse patefecit ![3] Verumtamen non in hoc noster acquievit, ut Dei naturam eatenus dumtaxat scrutaretur quoad sibi solis humanae intellegentiae viribus licuisset, sed praestantissimi ingenii aciem, sacris praelucentibus Litteris et Spiritu sapientiae duce, in maximum omnium mysterium intendit, quod tot Patres decessoresque sui, infinita propemodum constantia miro que animorum ardore, ab nefariis haereticorum oppugnationibus vindicarant: dicimus adorandam Patris et Filii et Spiritus Sancti in unitate divinae naturae Trinitatem.

[1] ***Enarrat, in ps. 144,* n. 13.**

[2] ***De Trinitate,* lib. VII, c. 4, n, 7.**

[3] ***Enarrat, in ps. 101,* n. 10.**

Superna enim luce perfusus, de hoc catholicae fidei capite ac fundamento tam alte subtiliter que disseruit, tit, qui eum consecuti sunt aetate Doctores, iam satis iisdem quodammodo fuerit ex Augustini lucubrationibus haurire unde solida illa divinarum rerum monumenta conficerent, in quae nullo non tempore depravatae humanae rationis tela, mysterium hoc omnium intellectu difficillimum detrectantis, irrito conatu iacta sunt. Atque huc Hipponensem Antistitem inducamus docentem: « ea dici proprie in illa Trinitate distincte ad singulas personas pertinentia, quae relative dicuntur ad invicem, sicut Pater et Filius, et utriusque Donum, Spiritus sanctus: non enim Pater Trinitas, aut Filius Trinitas, aut Trinitas Donum. Quod vero ad se dicuntur singuli, non dici pluraliter tres, sed unum ipsam Trinitatem: sicut Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus; et bonus Pater, bonus Filius, bonus Spiritus sanctus; et omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus: nec tamen tres dii, aut tres boni, aut tres omnipotentes; sed unus Deus, bonus, omnipotens ipsa Trinitas; et quidquid aliud non ad invicem relative, sed ad se singuli dicuntur. Hoc enim secundum essentiam dicuntur, quia hoc est ibi esse quod magnum esse, quod bonum esse, quod sapientem esse, et quidquid aliud ad se unaquaeque ibi persona, vel ipsa Trinitas dicitur ».[1] Prolata haec quidem subtiliter ac presse: similitudinibus tamen utitur ille aptissimis, unde mysterium aliquo pacto intellegamus, ut, exempli causa, quando Trinitatis imaginem considerat, redditam in hominis anima quae ad sanctitatem progreditur, quaeque, cum sit Dei memor, tum cogitat ipsum ac diligit: ita ut aliquantulum inspiciamus quomodo Verbum a Patre gignatur, « qui omnia quae substantialiter habet in coaeterno sibi Verbo suo dixit quodam modo »,[2] et quomodo Spiritus sanctus a Patre Filioque procedat, qui « communem, qua invicem se diligunt Pater et Filius, nobis insinuât caritatem ».[3] Monet deinde Augustinus, ut hanc Dei imaginem in nobis clariorem pulchrio-

[1] ***De Trinitate,* lib. VIII, prooem., n. 1.**

[2] ***De Trinitate,* lib. XV, c. .21, n. 40.**

[3] ***De Trinitate,* lib. XV, c. 17, n. 27.**

remque cotidie, usque ad vitae exitum^ reddamus, qui cum advenerit, iam divina in nobis insita imago « ipsa perficietur visione, quae tunc. erit post iudicium facie ad faciem, nunc autem proficit per speculum in aenigrnate ». [1] Nec fieri unquam poterit quin satis Hipponensem Doctorem admiremur, Unigeniti Dei humana carne induti mysteria explanant em, expressis que verbis —quae S. Leo Magnus in epistola dogmatica ad Leonem augustum attulit — postulantem ut « agnoscamus geminam substantiam Christi, divinam scilicet, qua aequalis est Patri, humanam, qua maior est Pater. Utrumque autem simul, non duo, sed unus est Christus: ne sit quaternitas non Trinitas Deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis et caro, sic unus est Christus, Deus et homo ». [2] Sapienter igitur fecit Theodosius iunior cum imperavit, ut, nulla non adhibita reverentiae testificatione, ad Ephesinum Concilium noster arcesseretur, ubi protrita est Nestoriana haeresis; verumtamen inopinatus Augustini obitus prohibuit, quin ad coeuntium Patrum voces vox illa vehemens ac valida accederet, in haereticum hominem exsecratura, qui Christum, ut ita dicamus, dividere divinamque Beatissimae Virginis maternitatem impugnare ausus esset.[3] Neque hoc loco praetereundum, etsi rem vix attingimus, regiam Christi dignitatem, quam sane ut tueremur et christifidelibus colendam proponeremus, Encyclicas Litteras « Quas primas » exeunte Anno Sacro dedimus, haud semel ab Augustino in luce collocatam esse, quemadmodum ipsae comprobant lectiones ex eius scriptis excerptae, quas in Festi D. N. Iesu Christi Regis liturgiam inducere placuit.

Nemo autem fortasse ignorat, de rerum eventorumque omnium abs Deo gubernatione quam mirifice ille — mundi historiam, universis usus adiumentis quae sibi ex assiduo Bibliorum studio ex humanoque eorum temporum cultu suppeterent, uno veluti complexu perspiciens — in nobilissimo *De Civitate Dei* opere disputant. Etenim in societatis humanae gradibus ac processi-

[1] ***De Trinitate,* lib. XIV, c. 19, n. 25.**

[2] ***In Iohannis evang.,* tract. 78, n. 3. Cf. S. Leonis *epist. 165, Testimonia,* c. 6.**

[3] **Ibidem; cf. *Breviarium causae Nestorianorum et EutycManorum,* c. 5.**

bus, acriore ut erat iudicio, duas intuetur atque agnoscit civitates, quas condiderant « amores duo: terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei, caelestem vero amor Dei usque ad contemptum sui », *• Babylonem alteram, alteram Hierusalem, quae « permixtae sunt, et ab ipso exordio generis humani permixtae currunt usque in finem saeculi », [2] non uno tamen eodemque exitu, quandoquidem Hierusalem cives cum Deo in perpetuum denique regnaturi, Babylonis asseclae crimina sua cum daemonibus in aeternum expiaturi sunt. Quamobrem humanae consortionis historia nihil aliud pervestiganti Augustino apparet nisi descriptio quaedam effusae continuo in nos caritatis Dei, qui, caelestem civitatem, cuius initia posuit, per triumphos perque aerumnas, sic provehit, ut eius incrementis vel ipsas terrestris civitatis insanias ac flagitia servire iubeat, congruenter ad illud: « diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti ». [3] Dicendum propterea, stulte eos insipienterque facere, quotquot in aetatum decursu dumtaxat dominari arbitrantur aut caecae ludibria iocosque fortunae aut cupiditates ambitionesque praepotentium hominum aut perpetuos mentium animorumque motus ad fovendas naturales vires, ad artium progressiones, ad commoda huius vitae comparanda conversos, cum, contra, nisi incremento Civitatis Dei, scilicet evangelicae veritati propagandae promovendaeque animarum saluti, rerum eventa non pareant, accommodate ad arcana quidem sed misericordiae plena illius consilia, « qui attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter ». [4] Atque hanc ut rem paulo diutius persequamur, innrere Augustinus turpitudinis notam, immo — aptius dixeris — ignitum stigma, Graecorum ac Eomanorum paganitati, cuius desiderio religionis, quam pulcritudine, convenientia et suavitate praestantem haberent, nonnulli, vel nostris hisce temporibus, leves ac libidinosi scriptores

[1] *De civitate Dei,* **lib. XIV, c. 28.**

[2] ***Enarrat, in ps. 64,*** **n. 2.**

[3] ***Rom.,*** **VIII, 28.**

[4] ***Sap.,*** **VIII, 1.**

perire visi sunt; idemque praeterea, qui suae aetatis cives Dei miserrime oblitos tam probe nosset, mordax interdum, nonnumquam indignabundus, commemorare quicquid daemones coercitionis atque insulsitatis, quicquid atrocitatis et luxuriae, per falsum deorum cultum, in nominis vitam intulerant. Neque enim esse potest alicui salus in ea, quam terrestris Civitas sibi proponit ineptam quandam absolutionis perfectionis que imaginem: hanc enim aut fere nullus in se referet aut, si quis referat, inanis tantummodo fluxaeque is gloriae voluptatem consequetur. Laudat profecto noster priscos Romanos, qui « privatas res suas pro re communi, hoc est republica, et pro eius aerario contempserunt, avaritiae destiterunt, consuluerunt patriae consilio libero; neque delicto secundum suas leges, neque libidini obnoxii: his omnibus artibus tamquam vera via nisi sunt ad honores, imperium, gloriam: honorati sunt in omnibus fere gentibus; imperii sui leges imposuerunt multis gentibus » :[1] at tamen, ut aliquanto inferius animadvertit, quid aliud per tot tantosque labores adepti sunt « praeter illum gloriae humanae inanissimum fastum, in quo perceperunt mercedem suam, qui eius ingenti cupidine arserunt, et ardentia bella gesserunt? »[2] Unde, ceteroqui, non sequitur, ut laetabiles inceptorum successus atque ipsum imperium, quibus Creator noster ad secreta providentiae suae consilia utitur, iis solum obtingant, qui .caelestem Civitatem neglexerint. Deus enim « Constantinum imperatorem non supplicantem daemonibus, sed ipsum verum Deum colentem, tantis terrenis implevit muneribus quanta optare nullus auderet »,[3] et secundis fortunis partisque cumulate victoriis Theodosium frui voluit, qui « Ecclesiae se membrum esse magis quam in terris regnare gaudebat »,[4] et, ab Ambrosio de caede Thessalonicensi obiurgatus, « sic egit paenitentiam, ut imperatoriam celsitudinem pro illo populus orans magis fieret videndo prostratam quam peccando timeret

[1] ***De civitate Dei,* lib. V, c. 15.**

[2] **Ibidem, c. 17, n. 2.**

[3] **Ibidem, c. 25.**

[4] **Ibidem, c. 26.**

iratam ».[1] Iamvero, quamvis huius vitae bona nulli non concedantur, sive bonus is est, sive maius, itemque omnibus, honestis improbisve hominibus, calamitates incidere queant, tamen dubitare non licet, quin commoda atque incommoda in terris sic divinitus disperdantur, prouti ad aeternam animarum salutem causamque interest caelestis Civitatis. Cum igitur principes ac rectores populorum ab Deo idcirco potestatem habeant, ut, in suae cuiusque dicionis finibus, ad exsequenda divinae providentiae consilia operam suam, quasi socii, conferant, planum est, oportere eos, mentis oculis a praefinito altissimo hominibus fine nequaquam deflexis, dum terrestri civium prosperitati consulunt, non modo nihil agere ac iubere, unde christianae iustitiae caritatisque legibus aliquid obveniat detrimenti, sed etiam non caduca bona suis ad cognoscendum persequendumque reddere faciliora. « Neque enim nos — ita Hipponensis antistes — christianos quosdam imperatores ideo felices dicimus, quia vel diutius imperarunt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hostes reipublicae domuerunt, vel inimicos cives adversus se insurgentes et cavere et opprimere potuerunt. Haec et alia vitae huius aerumnosae vel munera, vel solatia, quidam etiam cultores daemonum accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnum Dei, quo pertinent isti: et hoc ipsius misericordia factum est, ne ab illo ista, qui in eum crederent, velut summa bona desiderarent. Sed felices eos dicimus, si iuste imperant, si inter linguas sublimités honorantium et obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur, et se homines esse meminerunt ; si suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum maiestati eius famulam faciunt; si Deum timent, diligunt, colunt; si plus amant illud regnum ubi non timent habere consortes ; si tardius vindicant, facile ignoscunt; si eamdem vindictam pro necessitate regendae tuendaeque reipublicae, non pro saturandis inimicitiarum odiis exserunt; si eamdem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ***¿id*** spem correctionis indulgent; si quod aspere coguntur plerum-

[1] *De civitate Dei,* **lib. XV, c. 26.**

que decernere, misericordiae lenitate et beneficiorum largitate compensant; si luxuria tanto eis est castigatior, quanto posset esse Uberior; si malunt cupiditatibus pravis, quam quibuslibet gentibus imperare: et si haec omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriae, sed propter charitatem felicitatis aeternae: si pro suis peccatis, humilitatis et miserationis et orationis sacrificium Deo suo vero immolare non negligunt. Tales christianos imperatores dicimus esse felices interim spe, postea re ipsa futuros, cum id, quod exspectamus, advenerit ».[1] Species haec quidem ac forma christiani principis, qua nullam nobiliorem ac perfectiorem inveneris: ipsam tamen haud ille induat atque exprimat, qui, saepe hebeti, animi saepius obcaecatae concitationibus, humanae sapientiae confidit, sed is tantummodo, qui, doctrina conformatus evangelica, didicit, sese reipublicae praeesse, divinae congruenter temperationi, scilicet optime feliciterque, non posse, nisi in medullis sibi haereat iustitia cum caritate animique demissione coniuncta: « Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatem habent super eos benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: et qui praecessor est, sicut ministrator ».[2] Itaque cum misere ii omnes decipiantur quotquot Civitatis statum ita ordinant, quasi nulla supremi hominum finis, nulla recti bonorum huius vitae usus habenda sit ratio, tum alii satis multi errant, qui censent, leges reipublicae regundae hominumque generi provehendo ad illius praecepta quadrare non posse, qui edixit: « Caelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt »:[3] Christi Iesu, inquimus, qui Ecclesiam suam praeclara illa atque immortali ornavit muniitque constitutione, quam tot rerum temporumque varietates, tot vexationes, nec antehac, viginti horum saeculorum spatio, labefactare potuerunt, nec unquam posthac concutere, usque ad orbis terrarum novissima, poterunt. Cur igitur quicumque sunt populorum gubernatores de suorum civium bono ac salute solliciti, Ecclesiae actionem

[1] ***De civitate Dei,*** **lib. V, c. 24.**

[2] **Luc, XXII, 25-26.**

[3] **Luc, XXI, 33.**

praepediant? Nonne potius, quantum rerum condiciones ferunt, eidem se adiutores praebeant oportet? Neque enim Civitati metuendum, fore ut in peculiaria eius proposita ac iura invadat Ecclesia: quae quidem iura christifideles, ad sui Auctoris nominis praecepta, tam obsequenter veriti ab initio sunt, ut, cum vexarentur ac caederentur, dicere merito possent: « Principes persecuti sunt me gratis».[1] Ad rem praeclare, ut solet, Augustinus: « Quid enim christiani laeserant regna terrena ? Numquid eorum Bex milites suos prohibuit impendere et exhibere quae debentur regibus terrae? Nonne de hoc sibi calumniam molientibus Iudaeis ait: Eeddite Caesari quae Caesaris sunt, et Deo quae Dei sunt? Nonne tributum de ore piscis etiam ipse persolvit? Nonne praecursor eius, militibus regni huius quid facere deberent pro aeterna salute quaerentibus non ait: Cingulum solvite, arma proiicite, regem vestrum deserite, ut possitis Domino militare; sed ait: Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis; suificiat vobis stipendium vestrum? Nonne unus militum eius et dilectissimus comes eius commilitonibus suis et quodammodo Christi provincialibus dixit: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit? Et paulo post ait: Eeddite omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diliga tis. Nonne praecepit ut pro ipsis etiam regibus oraret Ecclesia? Quid ergo eos christiani offenderunt? quod debitum non reddiderunt? in quo christiani non sunt terrenis regibus obsecuti? Ergo terreni reges christianos gratis persecuti sunt ».[2] Nihil aliud sane ab Christi discipulis postulandum, nisi ut iustis nationis suae legibus obediant, modo tamen ne quid ipsis aut imperari aut prohiberi velit, quod, contra, lex Christi aut prohibeat aut inciperet, commoto sic inter Ecclesiam et Civitatem discidio. Vix propterea dicere attinet — quod iam satis Nobis videmur significasse — nihil Civitati detrimenti obvenire ab Ecclesia posse, immo potius plurimum accedere adiumenti atque utilitatis. Quo in genere non

[1] ***Ps. GXVI,* v. 161.**

[2] ***Enarrat, in ps. 118,* sermo 31, n. 1.**

est cur heic pulcherrimis iterum utamur Hipponensis Episcopi, verbis, quae in extremis Encyclicis Litteris « De christiana iuventutis educatione » attulimus, vel aliis illis, haud ita minus ad persuadendum aptis, quae fel. rec. proximus decessor "Noster Benedictus XV in suis Encyclicis Litteris « Pacem Dei munus » ideo rettulit, ut clarius ostenderet, Ecclesiam continenter christiana lege nationes consociare studuisse itemque id omne provexisse, unde iustitiae, caritatis communisque pacis beneficia inter homines constarent, ut « ad unitatem quandam prosperitatis fautricem gloriaeque » populi erigerentur.

Iamvero, cum divinae gubernationis veluti lineamenta descripsisset, omnia generatim enucleando, quae Ecclesiam Oivitatemque respicere sibi viderentur, non heic consistit noster, sed, ultra progressus, quomodo gratia Dei, interiore profecto atque arcana ratione, hominis intellectum ac voluntatem permoveat, peracute dispicit et contemplatur. Quae quidem Dei gratia quantum in animo posset, iam tum ipsemet senserat, cum, mirum in modum Mediolani ilico immutatus, omnes dubitationis tenebras diffugisse animadvertit. « Quam suave •— aiebat — mihi subito factum est carere suavitatibus nugarum! et quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat. Eiiciebas enim eas a me, vera tu et summa suavitas: eiiciebas, et intrabas pro eis omni voluptate dulcior, sed non carni et sanguini; omni luce clarior, sed omni secreto interior; omni honore sublimior, sed non sublimibus in se».[1] Scripturis interea sacris potissimumque Pauli Apostoli epistolis, qui miro item modo ad Christum sequendum traductus olim erat, Hipponensis Episcopus magistris ducibusque uti, cum tradita ante a sanctissimis viris doctrina cumque catholico fidelium sensu cohaerere; concitari cotidie acrius in Pelagianos, qui hominum per Christum. Iesum Redemptionem omni carere efficacitate praefracte dictitarent; divino denique spiritu instinctus, in plures annos et ruinam, post protoparentum labem, humani generis, et rationes quae gratiae Dei cum libero

[1] *Confess.*, **lib. IX, c. 1, n. 1.**

arbitrio intercedunt, et praedestinationem quam vocant, vestigare. Vestigavitque adeo subtiliter feliciterque, ut, Doctor Gratiae nuncupatus deinceps atque habitus, ceteros catholicos posteriorum aetatum scriptores, praeeundo, adiuvent atque una simul prohibuerit, quominus in diíñcülimis eiusmodi quaestionibus alterutrum peccarent; quominus scilicet docerent aut in homine de prístina integritate deiecto liberum arbitrium esse nomen sine re, ut prioribus novatoribus et iansenistis placuit, aut divinam gratiam nec gratuito impertiri nec omnia posse, quemadmodum Pelagiani fabulabantur. Atque huc ut nonnulla ad usum apta inferamus, quae nostrae homines aetatis magno non sine fructu meditentur, plane liquet, qui Augustinum legerint, non eos in errorem perniciosissimum raptum iri, qui saeculo duodevicesimo pervagatus est, insitas videlicet voluntati inclinationes, quod sint rectae omnes, nec metuendas esse nec coercendas. Quo ex falso principio cum illae profectae sunt educandi rationes, haud ita multo ante in Encyclicis Litteris Nostris «De christiana iuventutis educatione » improbatae, quae eo demum evadunt, ut, nullo inter sexus interiecto discrimine, nulla item in nascentem puerorum atque adulescentium libidinem cautio adhibeatur; tum licentia illa scribendi legendive, comparandi celebrandive spectacula, unde innocentiae pudicitiaeque non tam insidiae ac pericula, quam reapse lapsus ac iacturae struuntur; tum etiam inhonesta illa vestiendi consuetudo, quam ad exstirpandam christianae mulieres nunquam satis eniti queant. Docet enim noster, hominem, ex quo protoparentes peccavere, iam non ea integritate esse, in qua creatus est, quaque cum frueretur, facile expediteque ad recte agendum ferebatur: in hac, contra, mortalis condicione vitae oportere eum malis refragati atque imperare cupiditatibus, quibus trahitur ac pellicitur, ad illud Apostoli: « Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, et captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis ».[1] In quo pulchre Augustinus ad populum suum: « Quamdiu hic vivitur, fratres, sic

[1] ***Rom.*, VII, 23.**

est: sic et nos qui senuimus in ista militia, minores quidem hostes habemus; sed tamen habemus. Fatigati sunt quodam modo hostes nostri iam etiam per aetatem : sed tamen etiam fatigati non cessant qualibuscumque motibus infestare senectutis quietem. Acrior pugna iuvenum est: novimus eam, transivimus per eam... Quamdiu enim portatis mortale corpus, pugnat contra vos peccatum: sed non regnet. Quid est, non regnet ? Id est ad obediendum desideriis eius. Si coeperitis obedire regnat. Et quid est obedire, nisi ut exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato...? Non exhibeas membra tua arma iniquitatis peccato. Dedit tibi Deus potestatem per Spiritum suum ut membra tua teneas. Surgit libido, tene tu membra: quid factura est quae surrexit? Tu tene membra: noli exhibere membra tua arma iniquitatis peccato; noli armare adversarium tuum contra te. Tene pedes ne eant ad illicita. Libido surrexit, tene tu membra: tene tu manus ab omni scelere: tene tu oculos, ne male attendant: tene aures, ne verba hbidinis libenter audiant: tene totum corpus, tene latera, tene summa, tene ima. Quid facit libido? Surgere novit, vincere non novit. Surgendo assidue sine causa, discit et non surgere ».[1] Quodsi ad eiusmodi pugnam arma salutis nobis induamus, postquam a peccato nos abstinere coeperimus, hostium retuso sensim impetu extenuatisque viribus, tandem aliquando ad illum requietis locum convolaturi sumus, ubi infinito gaudio triumphemus. Atque non erit nisi gratiae Dei tribuendum, quae interius et menti lumen et voluntati robur suppeditat, si tot inter impedimenta ac certamina vicimus: gratiae Dei, inquimus, qui cum nos creaverit, potest idem, per sapientiae potentiaeque suae thesauros, animum nostrum caritate incendere ac prorsus complere. Merito igitur Ecclesia, quae e Sacramentis in nos gratiam dérivât, sancta appellatur, cum non modo continenter perpetuoque efficiat ut innumerabiles homines cum Deo arcto amicitiae vinculo coniungantur in eaque perseverent, sed etiam ex iis satis multos ad invictam animi magnitudinem, ad perfectam vitae sanctimoniam, ad heroica facinora per-

[1] *Serm. 128,* c. 9-10, n. 11-12.

ducat atque evehat. Etenim numerus nonne quotannis augetur martyrum, virginum, confessorum, quos admirandos filiis suis imitandosque proponit? Venustissimi nonne strenuae. virtutis, castitatis caritatisque flores sunt isti, quos gratia Dei e terris caelo inserit? Ii solummodo in nativa infirmitate consistunt ac iacent, quicumque et divinis sollicitationibus repugnant et sua libertate recte uti nolunt. Gratia item Dei sinit, ut de nullius desperemus salute quoad in terris is degat, de omnibus, praeterea, cotidie maiora caritatis incrementa speremus; in eademque gratia positum est humilitatis seu demissionis fundamentum, cum perfectissimus quisque illud non meminisse non possit: « Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? »[5] et facere idem nequeat, quin grato illum prosequatur animo, qui « infirmis servavit, ut ipso donante invictissime quod bonum est vellent, et hoc deserere invictissime nollent ».[2] Atque benignissimus Christus Iesus ad postulanda gratiae suae dona stimulos nobis admovet: « Petite, et dabitur vobis: quaerite, et invenietis: pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: et qui quaerit invenit: et pulsanti aperietur ».[3] Donum ipsum perseverantiae « suppliciter emereri potest ».[4] Idcirco in sacris aedibus privata et publica imploratio non desinit: « Quando enim non oratum est in Ecclesia pro infidelibus atque inimicis eius ut crederent? Quando fidelis quisquam amicum, proximum, coniugem habuit infidelem, et non ei petivit a Domino mentem obedientem in christianam fidem? Quis autem sibi umquam non oravit, ut in Domino permaneret? »[5] Itaque Deo, Venerabiles Fratres, estote vos supplices, et supplex vobiscum esto clerus populusque vester — Doctore gratiae auspice —, pro iis praecipue qui aut fidei catholicae exsortes sunt aut de recta aberrarunt; praeterea qui ad sacerdotium nati ac vocati videantur, sanctam eorum institutionem

[1] *I Cor.,* IV, 7.

[2] *De correptione et gratia,* c. 12, n. 38.

[3] MATTH., VII, 7-8.

* *De dono perseverantiae,* c. 6, n. 10.

[5] Ibidem, c. 23, n. 63.

quoquo pacto curatote, cum futuri ii sint, officio suo congruenter, divinae gratiae dispensatores.

Qui primus de vita et rebus Augustini scripsit, Possidius, iam tum affirmabat, multo magis quam qui eius opera legissent, « ex eo proficere potuisse, qui eum et loquentem in ecclesia praesentem audire et videre potuerunt, et eius praesertim inter homines conversationem non ignoraverunt. Erat enim non solum eruditus scriba in regno caelorum, de thesauro suo proferens nova et vetera, et unus negotiatorum, qui inventam pretiosam margaritam, quae habebat venditis, comparavit: veram etiam ex iis ad quos scriptum est, Sic loquimini, et sic facite; et de quibus Salvator dicit: Qui fecerit et docuerit sic homines, hic magnus vocabitur in regno caelorum ».[1] Etenim, ut ab omnium capite virtutum exordiamur, Dei caritatem noster, reliqua abdicando, sic concupiit ac persecutus est, tam constanter in se acuit, ut cor ignitum in manu habens merito effingatur. Quisquis autem *Confessiones* vel semel evolverit, num colloquium a filio, ad fenestram Ostiensis domus, cum matre habitum oblivisci unquam queat? Nonne tam vivida est tamque suavis eiusmodi narratio, ut Augustinum et Monicam, illic, alterum prope alteram, in caelestium rerum contemplatione defixos videre videamur? « Colloquebamur ergo — ita scribit — soli valde duleiter; et praeterita obliviscentes, in ea quae ante sunt extenti, quaerebamus inter nos apud praesentem Veritatem, quod tu es, qualis futura esset vita aeterna sanctorum, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Sed inhiabamus ore cordis in superna fluenta fontis tui, fontis vitae qui est apud te, ut inde pro captu nostro aspersi, quoquo modo rem tantam cogitaremus... Et dum loquimur et inhiamus illi, attigimus eam modice toto ictu cordis; et suspiravimus et reliquimus ibi religatas primitias spiritus, et remeavimus ad strepitum oris nostri, ubi verbum et incipitur et finitur. Et quid simile Verbo tuo Domino nostro, in se perma-

[1] ***Vita S. Augustini,* c. 31.**

neïiti sine vetustate, atque innovanti omnia?»[1] Tales autem mentis et animi a corpore veluti secessus in eius vita insuetos ne dixeris. Si quid enim sibi temporis ab officiis laboribusque cotidianis vacui supererai, sacras Scripturas meditari, tam-sibi notas, unde deleetationem lucemque veritatis concipere^ cogitatione atque animo ab Dei operibus mysteriisque summae eius erga nos caritatis sensim ad ipsas divinas perfectiones sublimiter ferri in easque veluti demergi, quantum pro supernae gratiae copia sibi licuisset. « Et saepe istud facio — nobiscum veluti arcano communicare videtur—, hoc me delectat, et ab actionibus necessitatis •quantum relaxari possum, ad istam voluptatem refugio. Neque in his omnibus quae percurro consulens te, invenio tutum locum animae meae nisi in te, quo colligantur sparsa mea, nec a te quidquam recedat ex me. Et aliquando intromittis me in affectum multum inusitatum introrsus ad nescio quam dulcedinem, quae si perficiatur in me, nescio quid erit quod vita ista non erit ».[2] Quapropter clamabat: « Sero te amavi, pulchritudo tam antiqua et tam nova! sero te amavi! »[3] Atque o quam amanter Christi vitam contemplabatur, cuius similitudinem cotidie perfectiorem in se exprimere et caritatem caritate rependere studebat, haud aliter quam ipsemet virginibus, consulendo, instillabat: « Toto vobis ligatur in corde, qui pro vobis est fixus in cruce! »[4] Qua quidem Dei caritate cum in dies ardentius flagraret, tum in ceteris virtutibus incredibiliter profecit: neque ulli non admirari hominem liceat — quem tali excellentem ingenio ac sanctitate venerarentur, exfolièrent, consulerent audirentque omnes — in scriptis, quae in publicum proditura erant, inque epistulis suis illuc intentissimum, ut non modo, quae sibi laudes tribuerentur, eas auctori bonorum omnium, tamquam ipsi uni debitas, referret et ceteris animos et, salva veritate, praeconia adiiceret, sed etiam conlegas episcopos honore ac reverentia prosequeretur, maximos

[1] ***Confess.,* lib. IX, c. 10, n. 23-24.**

[2] ***Confess.,* lib. X, c 40, n. 65.**

[3] **Ibid., c. 27, n. 38.**

[4] ***De sancta virginitate,* c. 55, n. 56.**

praesertim illos qui antecesserant, ut Cyprianum et Gregorium JSTazianzenum, ut Hilarium et Ioannem Chrysostomum, ut suum fidei magistrum Ambrosium, quem ut patrem venerabatur et cuius saepe praecepta ac gesta recolere consueverat. Verum, quae a Dei caritate seiungi nequeat, splenduit in nostro animarum caritas, earum potissimum, quas, pro pastorali officio, moderaretur.

Ex quo enim, divino adspirante numine, per fiduciam Valerii episcopi populique delectum, primum sacerdotio initiatus ac deinde ad Hipponensem sedem evectus est, totus in eo fuit ut gregem suum, et sanae pabulo doctrinae alendo et ab luporum incursionibus tutando, ad aeternam duceret beatitatem. Fortiter igitur ille, at caritate in errantes homines comite, impugnare haereses; populo suo ab fallaciis praecavere, quas per id temporis Manichaei, Donatistae, Pelagiani, Ariani adhiberent; ita hos ipsos coarguere, ut non modo falsae doctrinae propagationem cohiberet et praedas recuperaret, sed etiam eos fidei catholicae adiungeret. Quamobrem ad disceptandum, vel publice, paratus perpetuo esse, cum de divino auxilio, de insita veritati vi atque virtute deque populi constantia summopere confideret, et, si qua haereticorum commentaria ad se perferrentur, nullam interponere moram quominus ea singillatim refelleret, nec opinionum insulsitate nec disserendi spinis nec adversariorum pervicacia iniuriisque vexatus ac devictus. Sed nihilo secius, quamvis tam acriter pro veritate contenderet, hostium istorum emendationem, quos benevolentia et christiana caritate complectebatur, a Deo flagitare nullo tempore destitit; atque ex ipsis eius scriptis apparet, quanta cum demissione animi ac persuadendi vi eos alloqueretur: « Illi in vos saeviant qui nesciunt cum quo labore verum inveniatur, et quam difficile caveantur errores. Illi in vos saeviant, qui nesciunt quam rarum et arduum sit carnalia phantasmata piae mentis serenitate superare... Postremo illi in vos saeviant, qui numquam tali errore decepti sunt, quali vos deceptos vident. Ego autem qui diu multumque iactatus tandem respicere potui quid sit illa sinceritas, quae sine inanis fabulae narratione percipitur... qui denique omnia illa figmenta, quae vos diuturna consuetu-

dine implicatos et constrictus tenent, et quaesivi enrióse, et attente audivi, et temere credidi, et instanter quibus potui persuasi, et adversus alios pertinaciter animoseque defendi: saevire in vos omnino non possum, quos sicut meipsum illo tempore, ita nunc debeo sustinere, et tanta patientia vobiscum agere, quanta mecum egerunt proximi mei, cum in vestro dogmate rabiosus et caecus errarem ».[1] Propterea Episcopi Hipponensis religionis studium, assiduam actionem atque animi benignitatem cur spes fefellisset, cur exitus? Manichaei ad ovile Christi trahi, Donati discidium seu schisma esse desinere, Pelagiani omnino disiici; ut, post Augustini obitum, de eo Possidius scribere posset: « Et erat ille memorabilis vir, praecipuum dominici corporis membrum, circa universalis Ecclesiae utilitatem sollicitus semper ac pervigil. Et illi divinitus donatum est ut de suorum laborum fructu, etiam in hac vita gaudere provenisset, prius quidem in Hipponensi Ecclesia et regione, cui maxime praesidebat, unitate ac pace perfecta; deinde in aliis Africae partibus, sive per seipsum, sive per alios et quos ipse dederat sacerdotes, pullulasse, et multiplicatam fuisse Domini Ecclesiam pervidens, illosque Manichaeos, Donatistas, Pelagianistas, et Paganos ex magna parte defecisse, et Ecclesiae Dei sociatos esse congaudens: profectibus quoque et studiis favens erat et exsultans bonorum omnium; indisciplinationes pie ac sancte tolerans fratrum, ingemiscensque de iniquitatibus maiorum, sive eorum qui intra Ecclesiam, sive eorum qui extra Ecclesiam sunt constituti; dominicis, ut dixi, lucris semper gaudens, et damnis moerens ».[2] Quodsi in magnis Africae et vel universae Ecclesiae negotiis forti noster invictoque animo fuit, at patrem gregi suo tam studiosum benignumque se praestitit quam qui maxime. Condonari saepissime apud populum consueverat, aut depromptas plerumque e Psalmis, e Ioannis Evangelio, e Pauli Epistolis sententias, ad tenuiorum simpliciorumque hominum captum accommodate, enucleando, aut abusus et vitia, si qua

[1] ***Contra epist. Manichaei quam vocant fundamenti,* c. 2-3, n. 2-3.**

[2] ***Vita S. Augustini,* c. 18.**

apud Hipponenses irrepsissent, optimo sane exitu, corripiendos in eoque diu multumque elaborabat, ut non solum peccatores Deo reconciliare^ pauperibus opitularetur et pro reis intercederet, verum etiam — quamquam per haec avocari ac diduci animum conquerebatur—ut lites et iurgia componeret, quae de profanis rebus inter christifideles haberentur, anteposita scilicet saeculi fastidiis episcopalis caritatis exercitatione. Quae quidem caritas animique magnitudo potissimum in summo rerum discrimine eluxit, cum, Vandalis Africam vastantibus, nihil sacerdotum dignitati, nihil sacris aedibus parcitum est. Haerentibus videlicet nonnullis episcopis ac presbyteris quid inter tot tantasque calamitates agendum sibi foret, sanctissimus senex, quem unus ex: iis sententiam rogasset, aperte rescripsit, nulli sacerdoti, cuius ministerio fideles carere non possent, licere a populo suo, quicquid esset eventurum, abscedere. « An non cogitamus — aiebat — cum ad istorum periculorum pervenitur extrema, nec est potestas ulla fugiendi, quantus in Ecclesia fieri soleat ab utroque sexu, atque ab omni aetate concursus; aliis baptismum flagitantibus, aliis reconciliationem, aliis etiam paenitentiae ipsius actionem, omnibus consolationem et Sacramentorum confectionem et erogationem? Ubi si ministri desint, quantum exitium sequitur eos qui de isto saeculo vel non regenerati exeunt vel ligati! quantus est etiam luctus fidelium suorum, qui eos secum in vitae aeternae requiem non habebunt! quantus denique gemitus omnium, et quorumdam quanta blasphemia de absentia ministeriorum et ministrorum! Vide quid faciat maiorum temporalium timor, et quanta in eo sit acquisitio maiorum aeternorum. Si autem ministri adsint, pro viribus quas eis Dominus subministrat, omnibus subvenitur: alii baptizantur, alii reconciliantur, nulli dominici corporis communione fraudantur, omnes consolantur, aedificantur, exhortantur, ut Deum rogent, qui potens est omnia quae timentur, avertere; parati ad utrumque, ut si non potest ab eis calix iste transire, fiat voluntas eius, qui mali aliquid non potest velle ».[1] Atque

[1] *Epist. 228,* n. 8.

ita concludebat: «Qui autem sic fugit ut gregi Christi ea quibus spiritualiter vivit, alimenta subtrahantur, mercenarius ille est, qui videt lupum venientem et fugit, quoniam non est ei cura de ovibus ».[1] Monita, ceteroqui, noster confirmavit exemplo; in urbe enim sui honoris sede, a barbaris obsessa, magnanimus Pastor, qui cum populo suo manserat, animam Deo reddidit.

Iamque ut id adiiciamus, quod plenior Augustini laudatio-postulare videtur, testis historia est, sanctum Ecclesiae Doctorem, qui, Mediolani, vidisset « extra urbis moenia sub Ambrosio nutritore »[2] « diversorium sanctorum » et, paulo post matris obitum, monasteria « Eomae etiam plura... neque hoc in viris tantum, sed etiam in feminis »[3] cognovisset, vix ad Africae oras appulit, de animis ad absolutionem perfectionemque vitae, in religioso statu, promovendis cogitare coepisse, et coenobium in praedio quodam suo excitasse* in quo « constitutus, ferme triennio, et a se iam alienatis curis saecularibus, cum iis qui eidem adhaerebant, Deo vivebat, ieiuniis, orationibus, bonisque operibus, in lege Domini meditans die ac nocte ».[4] Sacerdotio autem auctus, aliud mox Hippone condidit in Ecclesiae vicinia coenobium; « et cum Dei servis vivere coepit secundum modum et regulam sub sanctis Apostolis constitutam: maxime ut nemo quidquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia, communia, et distribuentur unicuique sicut opus erat ».[5] Postquam vero ad episcopalem dignitatem elatus est, cum nec sibi communis vitae beneficia deesse nec omnibus Hipponensis Antistitis salutatoribus vel hospitibus patere monasterium vellet, in ipsa episcopali domo clericorum coenobium constituit, ea lege, ut, paternis bonis abdicatis, communiter vitam viverent — ab saeculi quidem illecebris remotam et lautitiae omnis expertem, non austeriorem tamen atque asperiorèm — et caritatis in Deum

[1] *Epist. 228,* **n. 14.**

[2] ***Confess.,*** **lib. VIII, c. 6, n. 15.**

[3] ***De moribus Ecclesiae catholicae et de moribus Manichaeorum,*** **lib. I, c. 33, n. 70.**

[4] **POSSIDIUS, *Vita S. Augustini,* c. 3.**

[5] **Ibid., c. 5.**

proximosque officia una simul exsequerentur. Sanctimonialibus autem, quas, haud procul incolentes, sua ipsius soror gubernaverat, legem dedit mirabilem, cum sapientiae tum moderationis plenam; qua hodie reguntur religiosae bene multae utriusque sexus familiae, non modo quotquot augustinianae nuncupantur, sed etiam quae a conditore cuiusque suo legem ipsam peculiaribus constitutionibus auctam accepere. Cuius quidem instituti perfectioris vitae, ad consilia evangelica traductae, seminibus apud suos iactis, non tam de Africa christiana noster quam de Ecclesia universa meritus est, cui ex eiusmodi militia tantum accessit, aetatum decursu, tantumque hodie accedit utilitatis atque incrementi. Quo in genere, adhuc vivente Augustino, insigne coeptum laetissimi consecuti sunt fructus, narratque Possidius, religiosos viros sane multos, Patris legiferi, qui undique rogaretur, concessu, in omnes partes abiisse, ut, quasi igne ab igne capto, et nova coenobia coudèrent et Africae Ecclesias, doctrina et sanctitatis exemplo, iuvarent. Licuit igitur nostro^ de praeclara ista religiosae vitae actione, quae optatis suis tam plene responderet, ita gaudere, ut aliquando significaret: « Ego qui haec scribo, perfectionem de qua Dominus locutus est, quando ait diviti adolescenti, Vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et veni sequere me; vehementer adamavi, et non meis viribus, sed gratia ipsius adiuvante sic feci. Neque enim quia dives non fui, ideo minus mihi imputabitur: nam neque ipsi apostoli, qui priores hoc fecerunt, divites fuerunt. Sed totum mundum dimittit qui et illud quod habet, et quod optat habere dimittit. Quantum autem in hac perfectionis via profecerim, magis quidem novi ego quam quisquam alius homo; sed magis Deus quam ego. Et ad hoc propositum quantis possum viribus alios exhortor, et in nomine Domini habeo consortes, quibus hoc per meum ministerium persuasum est ».[1] Atque velimus hodie, ubique gentium, sancto Doctori similes, plures « seminatores casti consilii » suscitari, qui, prudenter quidem at

[3] ***Epist. 157,*** **c. 4, n. 39.**

fortiter et perseveranter, religiosae et sacerdotalis vitae, divino utique nutu, suasores se praebeant, ut caveatur aptius ac provideatur, ne christiani debilitentur spiritus et gradatim morum integritas pereat.

Hominis res gestas ac promerita, Venerabiles Fratres, dicendo adumbravimus, cui ob peracuti ingenii vim, ob doctrinae ubertatem elationemque, ob sanctitatem ad tam sublime fastigium provectam ob invictamque catholicae veritatis defensionem, aut paene nullum aut paucissimos sane eorum comparaveris, qui ab humani generis initio usque adhuc floruere. Laudatorem superius non unum induximus; at vero quam suaviter, quam recte Hieronymus aequali ac familiarissimo suo: « Mihi autem decretum est te amare, suscipere, colere, mirari, tuaque dicta quasi mea defendere ».[1] Et rursus: « Macte virtute, in orbe celebrans; catholici te conditorem antiquae rursum fidei venerantur atque suscipiunt, et quod signum maioris gloriae est, omnes haeretici detestantur: et me pari prosequuntur odio; ut quos gladiis nequeant, voto interficiant ».[2] Summopere igitur Nobis cordi est, Venerabiles Fratres, quem, anno quindecies saeculari ab eius obitu haud ita multo post exeunte, Nosmet ipsi per has Encyclicas Litteras perlibenter commemoravimus, eundem in populis vestris ita commemorari, ut ipsum nemo non colat, nemo, potissimum, non imitari contendat, gratias Deo de beneficiis, quae Ecclesiae per tam magnum Doctorem obvenerunt, nemo non agat. In quo novimus, insignem Augustini subolem esse ceteris—ut aequum est — exemplo praeituram, quae redditos sibi, fel. rec. decessoris Nostri Leonis XIII benignitate, Patris legiferi cineres, Papiae, ad S. Petri in Caelo Aureo pie adservat ac custodit: quo utinam christifideles, sacrum eius corpus veneraturi et quam concessimus admissorum veniam lucraturi, undique frequentissimi coeant. At praeterire silentio non possumus, quae quantaque in animo

[1] *Epist. 172,* **n. 1 inter augustinianas.**
[2] *Epist. 195,* **inter augustinianas.**

Nostro spes insideat atque exspectatio, fore ut, qui Cartilagine proxime agendus est Eucharisticus omnium nationum Conventus, is, praeterquam quod in Christi Iesu sub speciebus latentis triumphum, in Augustini praeterea honorem evadat. Cum enim in ea urbe Conventus habeatur, ubi olim noster haereticos devicit et christianos in fide roboravit; in Africa illa latina, cuius veteres laudes nulla unquam oblitterabit aetas, quaeque splendidissimum illud sapientiae lumen progenuit; ab Hippone haud multo procul, cui feliciter obtigit, ut tam diu eius spectaculo virtutum ac pastoralibus curis f meretur: fieri profecto non potest, quin sancti Doctoris et memoria et illa de Augusto Sacramento doctrina — quam, ut ex ipsa Ecclesiae liturgia plerisque aliqua ex parte cognitam atque perspectam, praetermisimus — coeuntium illuc animis, immo paene oculis obversetur. Omnes denique christifideles hortamur, eosque praecipue qui Carthaginem conventuri sunt, Augustinum apud divinam clementiam deprecatorem adhibeant, ut feliciores posthac dies Ecclesiae illucescant, et qui in tanta illa Africae immensitate indigenae advenaeque, aut catholicae veritatis adhuc expertes aut a Nobis dissidentes, vivunt, nec lucem illi doctrinae evangelicae per missionales nostros sibi allatae reficiant, nec hi ad amantissimae Matris Ecclesiae gremium confugere cunctentur.

Caelestium interea munerum conciliatrix esto, itemque paternae Nostrae benevolentiae testis, apostolica benedictio, quam vobis, Venerabiles Fratres, et universo clero populoque vestro peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum die xx mensis Aprilis, in festo Paschae Resurrectionis D. N. I. C, anno **MDCCCCXXX,** Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

23 Aprilis 1930

I

Hac feria IV, die 23 Aprilis, in consueta aula Palatii Apostolici Vaticani habitum est *Consistorium secretum.* Assidente Summo Pontifice Reverendissimus Cardinalis Camillus Laurentii, sacrorum Rituum Congregationi Praefectus, compendiosa narratione vitam, virtutes ac miracula retulit Beati Confessoris Theophili a Curte, sacerdotis professi in Ordine Fratrum Minorum et Beatae virginis Catharinae Thomas, Canonissae regularis professae in Ordine Sancti Augustini; ac insuper acta universa recensuit, quae in causa Beatificationis et Canonizationis utriusque sacra Rituum Congregatio, praevio rigoroso examine admiserat et approbaverat.

Qualibet relatione expleta Sanctissimus Dominus noster Reverendissimorum Patrum Cardinalium singillatim suffragia exquisivit: « An scilicet deveniendum sit àd solemnem praefati Beati (vel Beatae) Canonizationem »: et singuli Patres Cardinales sententiam suam aperuerunt.

II

Consistorio secreto felici successu peracto, iussu Sanctissimi Domini nostri, continenter habitum est *Consistorium publicum* pro solemni peroratione utriusque Causae Canonizationis praefatorum Beati et Beatae. Nimirum DD. Vincentius Sacconi et Augustus Milani sacrae Consistorialis Aulae Advocati, relatis vitam, virtutibus et miraculis Beati Theophih a Curte et Beatae Catharinae Thomas respective, pro solemni Canonizatione utriusque de more institerunt.

Tum R. P. D. Nicolaus Sebastiani, Apostolicarum litterarum ad Principes Secretarius, stans a sinistro pontificii Solii latere, DD. Advocatis in genua provolutis, Sanctitatis Suae nomine, hisce verbis respondit:

« Ad orationes, quas modo, prouti soletis, diserte habuistis, ut Beatissimum Patrem^rogaretis, vellet, inf allibili supremae auctoritatis suae iudicio, Beatum Theophilum a Curte et Beatam Catharinam Thomasiam in Sanctorum caelitum numerum adscribere, respondere iubeor, quod non tam

TO bis quam utrique religiosae sodalitati, cuius nomme perorasti^, in optatis iam diu est, idem Sanctissimo Domino nostro placere vehementer. Avet profecto ipsemet, pro suo religionis studio et pro spe, qua tenetur, admodum laeta spiritualium fructuum, duos illos, de quorum virtutibus, recte factis, miraculis, clariore per vos in luce collocatis, perlibenter audivit, colendos universo catholico orbi imitandosque proponere. Alterum enim, Aracoelitanae Minorum Provinciae alumnum, in comperto est non modo demissione animi, paupertatis spiritu et austeriore vita, cuius esset imprimis cupidus, longe inter suos praestitisse, sed etiam christianae plebis emendationem tam sollerter amanterque consuevisse persequi, ut de assidua divinarum reriim contemplatione ad contionandum, ad expiandos animos, miro quidem exitu, prosiliret ardentiòr; altera, Ordinis Sancti Augustini in insula Maiorica canonissa regularis, verbis ipsis sepulcri monumento insculptis iure meritoque «superis familiaris, daemonibus terrifica, virtutibus eximiis ac miraculis conspicua» describitur. Dignos igitur ambos nemo non dixerit, quorum celsissimam vitae perfectionem, per mirabilia rerum a Deo ,comprobatam, pontificalis sententia iam nunc agnoscat atque efferat. Verumtamen Beatissimus Pater eiusmodi decretum non ante pronuntiaturus est quam, in Consistorio semipublico, Purpuratorum Patrum, simulque Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, in Vaticanas Aedes ad tanti definitionem negotii coeuntium, suffragia de more exquisiverit atque excepta probant. Iam nihil reliquum, nisi ut, Sanctissimi Domini mandato, omnes moneam, cum vos qui in hac aulae maiestate coram adestis, tum eos qui, sane inviti at pia rem cogitatione prosequentes, hinc absunt, velle ipsum, preces interea Spiritui Paraclito, ad impetrandam sibi superni luminis copiam, adhiberi flagrantissimas.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE PONTIFICIO SEMINARIO SEU COLLEGIO AETHIOPICO

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Curis ac laboribus nunquam Apostolica Sedes pepercit, ut quos funestum discidium ab Ecclesiae unitate filios sane carissimos ante actis temporibus abstraxisset, iidem ad communis omnium Patris complexum quantocius reducerentur. Cuius quidem actuosae Summorum Pontificum sollicitudinis non expers fuit antiquissima illa Aethiopiae Ecclesia quae ab apostolico viro S. Frumentio, iam saeculo iv, evangelicae veritatis luce perfusa, eximiis doctrinae et sanctitatis laudibus statim enituit; attamen, cum sibi, hostili Islamitarum dominatione veluti circumclusae, aditus ad Beati Petri Cathedram interciperetur, cumque schismaticae Aegypti Ecclesiae exemplo atque appulsu eadem de recta abduceretur via, in monophysitarum haeresim ipsa pedetentim incidit. Quam ob rem, per diuturnum saeculorum decursum, Christi doctrinam Aethiopiae populi haud germanam atque integram retinuere; quod quidem ipsi illius Ecclesiae Legati in Oecumenici Florentini Concilii coetibus quodammodo confessi sunt, cum in suorum schismatis excusatione, hisce inter alia verbis Decessorem Nostrum f. r. Eugenium Papam IV allocuti sunt: « Aliarum Ecclesiarum secessio atque rebellio fuit voluntaria; hincque earum populi in servitutem exterminiumque sunt dati. Nostra autem intermissio et elongatio a Sede Tua nequaquam a perfidia aut levitate alia, sed processit a provinciarum distantia et a periculis, quae subeunt comineantes ».

Sapienti igitur consilio f. r. Sixtus Papa IV Decessor Noster ut earum necessitudinum vincula, quae feliciter in Florentino Concilio Aethiopiae gentem Apostolicae Sedi iterum devinxissent, non tam consistèrent, quam arctiora etiam atque firmiora in posterum redderentur, prope Vaticanas Aedes domum atque eidem continens S. Stephani Maioris sacellum Aethiopibus attribuit, ea quidem mente ut, qui e longinquis illis regionibus, Ss. Apostolorum Petri et Pauli sepulcrum veneraturi in Urbem se contulissent, in hac eadem domo, non modo hospitio exciperentur, sed etiam

iis, quae suscepissent, de christiana religione studiis commode inibi, vacare possent, et pietati suae opportune satisfacere. Itaque, per duorum circiter saeculorum spatium, monachi non pauci, ex Aethiopia Romam convenientes, hoc sibi. designatum domicilium incoluerunt, in eodemque, ad regularis disciplinae normam, communem vitam egerunt. Quod profecto non parum iisdem attulit utilitatis, quandoquidem in hoc catholici nominis veluti centro ac quasi sub Summorum Pontificum oculis commorantes, non modo ad studiosiorem cum Apostolica Sede coniunctionem salubriter excitati sunt, sed etiam tuttora ex eadem haurire potuerunt christianae religionis praecepta atque instituta. Neque minus Decessoribus Nostris id attulit commodi, cum ab religiosis viris huc coeuntibus Aethiopicae Ecclesiae res facilius ipsi dignoscere, iisdemque satius atque consultius prospicere possent.

At quae, insequenti aetate, miserrimae in Aethiopia fuerunt catholicae rei condiciones id effecerunt ut sanctissima eiusmodi cum Iesu Christi Vicariò fidei caritatisque vincula infringerentur, atque adeo pervetustum illud S. Stephani Maioris hospitium, quod Romanorum Pontificum liberalitas Aethiopibus concesserat, desertum ab iisdem relinqueretur. Paterna tamen Decessorum Nostrorum cura atque sollicitudo erga dissitam illam dominici gregis partem nunquam deferbuit, ut litterae etiam testantur, quas anno miUesimo septingentésimo quarto Cardinalis Sacri Consilii Fidei propagandae Praefectus, Pontificis nomine, ad augustum Aethiopiae Imperatorem dedit. In hisce enim haec habentur: « Illud etiam praeclarum Sanctitas Sua in tuae gentis gratiam nuperrime fecit quod ecclesiam S. Stephani Protomartyris a Summis Pontificibus una cum hospitio contiguo Aethiopiae nationi olim in Urbe concessam pietate ac magnificentia se digna reparavit, ornavitque; ac insuper cogitat de eodem hospitio primo quoque tempore amplificando ac decenter exornando, ut Aethiopes quos in posterum vel religionis amor, vel Sacrae Congregationis studium ad Urbem impelleret, commodioribus hic aedibus ac debitis humanitatis officiis hic excipiantur ».

Minilo setius, per longum adhuc annorum intervallum, haud uberes, quin immo exiguos fructus tulit sedula, in opportuno eiusmodi incepto provehendo, Summorum Pontificum navitas. Cum vero, superiore saeculo, feliciora catholicae rei in Aethiopia affulgerent auspicia, cumque ibi sacrae missionalium expeditiones a multis ac vel ab ipsis Civitatis Principibus satis magna aequanimitate exciperentur, tum a quibusdam Apostolicis viris hoc peropportunum sane consilium initum est, ut Seminarium Aethiopicis sacrorum alumnis rite instituendis Massiliae primum, ac dein hac in alma Urbe excitaretur atque aperiretur. Quod quidem consilium f. r. Bene-

dictus Papa XV proximus Decessor Noster tam volenti animo prosecutus est, ut ad felicem exitum adduxerit, in hanc rem vetus Aethiopicum hospitium destinando, in quo non modo Aethiopiae monachi iterum exciperentur sed etiam ex illis regionibus alumni et alerentur et sacris disciplinis ita instituerentur, ut aliquando sacerdotali dignitate insigniti et ad gentem suam reversi, strenui, exsisterent catholicae veritatis adsertores atque praecones. Attamen huius hospitii, domus nimium quidem angusta videbatur et ad propositum non satis apta atque idonea; quapropter consentaneum Nobis visum est, ut peculiarem quoque Nostram in nobilissimum Aethiopiae gentem ostenderimus benevolentiam, novam amplioremque prope Nos, atque in ipso Vaticanae Urbis Statu Aethiopia Collegii exaedificare sedem, quae quidem, absoluta necessariisque rebus convenienter instructa, feliciter iam dedicata est.

Ut autem Nostram in hoc Collegium paternam voluntatem luculentius testemur, ad iuridicam eius erectionem devenire statuimus. Itaque ad maiorem divini Nominis gloriam et ad catholicae rei incrementum, Seminarium seu Collegium Aethiopicum, in Vaticanae Urbis Statu conditum, apostolica Nostra auctoritate constituimus, eidemque Pontificii Collegii nomen et iura attribuimus.

Immo quo propius, sicut iam animo, et oculis Nostris illud amplectamur, novum benevolentiae pignus eidem Collegio dare cupientes, iis derogantis quae per Apostolicas sub plumbo Litteras *Ex Lateranensi pacto* die trigesima mensis Maii proxime elapso anno datas decrevimus; et volumus ac statuimus ut ex nunc sub iurisdictione sit Nostri in Vaticanae Urbis Statu Vicarii generalis. Ac fore confidimus, instanterque a Deo precamur, ut Pontificium hoc Collegium, quemadmodum novam dignioremque sedem adeptum est, ita nova etiam alacritate ferveat, eoque alumnos rite sancteque conformando pro viribus intendat, ut filii Nobis carissimi, quos infausta rerum eventa, potius quam hominum improbitas, ab Apostolica Sede seiunxere, ad commune unius Pastoris ovile quam primum revocentur.

Cum autem domus hospitii Aethiopici S. Stephani Maioris in commodum Collegii diruta fuerit, Collegio noviter exstructo unitum seu inclusum declaramus idem hospitium cum omnibus bonis, iuribus ac privilegiis a Praedecessoribus Nostris ipsi tributis.

Volumus praeterea ut harum Litterarum transumptis etiam impressis manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent.

Quae denique hisce Litteris statuimus, decrevimus, indiximus, ea rata omnia firmaque permanere auctoritate Nostra volumus, iubemus: quibuslibet etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo ac trigesimo, die decima secunda mensis Februarii, Pontificatus Nostri nono.

Fr. ANDREAS Card. FRÜHWIRTH,
Cancellarius S. B. E.

ALOYSIUS Card. SINCERO
a Secretis S. C. pro Ecclesia Orientali

Alfonsus Carinci, ***Protonotarius Apostolicus.***
Dominicus Spolverini, ***Protonotarius Apostolicus***

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Catte. Ap. vol. XLI, n. 62. **- M. Riggi.**

ACTA SS, CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I s

DECRETUM

DE CONSISTORIO AD EXQUIRENDA SUFFRAGIA PRO CANONIZATIONE QUORUMDAM BEATORUM SERVORUM DEI.

In Consistorio, subsignata die habito in Palatio Apostolico Vaticano, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI die vigesima secunda mensis Maii p. f. Consistorium semipublicum fieri decrevit, in quo exquiret Episcoporum sententiam pro canonizatione B. Theophih" a Curte, Conf., sacerdotis professi ex Ordine Fratrum Minorum, B. Catharinae Thomas, Virg., canonissae regularis ex Ordine S. Augustini, et forte aliorum Beatorum Servorum Dei, quorum causa penes Sacrorum Rituum Congregationem ad praesens agitur. Quapropter Ssmus Dnus praescribit ut omnes Antistites, qui sunt intra centesimum ab Urbe lapidem, si possint, Romam tempestive petant, praefato Consistorio intersint, suffragium suum edituri; et solemni canonizationi, si in eodem Consistorio indicta fuerit, adsistant. Ceteros vero Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Praelatos seu Abbates *nullius* de his quae supra memoravimus certiores reddit, laetus quidem si qui ad eumdem finem romanum iter suscipere valeant.* Ne autem frequentibus

MONITUM

Rmi Archiepiscopi et Episcopi qui, iuxta adnexum Sacrae Congregationis Consistorialis convocationis decretum* Romae semipublico Consistorio pro Canonizationibus rei sacris canonizationum solemniis intererunt, oportet ut quamprimum subscripto Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto *{Piazza Capranicd, 98, Boma-120)* per epistolam significent quo circiter die venturi sint, ut Praesulum numerus opportune cognoscatur, et ipsi schedulas et intimationes pro Consistorio vel Canonizationibus tempestive accipere possint.

Ne vero Apostolici cursores in schedularum distributione ancipites haereant de Episcoporum domiciliis, oportet ut ipsi Archiepiscopi et Episcopi in scriptis eumdem Caeremoniarum Praefectum de suo quisque domicilio certiorem faciant.

Iidem Antistites secum déférent vestes praelatitias laneas violaceas, cum mantelleto pariter laneo, violacei coloris, biretum, rocchetum et cappam laneam violaceam

itineribus nimium graventur Ordinarii locorum, Sanctitas Sua benigne indulget ut qui bac occasione Romam convenerint et praefatis solemniis adfuerint, proxima vice ab obligatione sacra Limina visitandi eximantur.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 23 Aprilis 1930.

ꟗB B- CARD. POMPILJ, Episcopus Yeliternus.

L. $ S.

f Fr. Raphaël C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

sine pellibus armellineis pro Consistorio; quibus vero cappae praesto non sint, ex benignitate Sanctissimi Domini nostri Papae, ad Consistorium fas erit accedere indutos mantelleto supra rocchetum.

Pro sacris vero canonizationum solemniis, Praesules défèrent amictum, mitram ex linea tela alba et unum pluviale simplex ex lamina argentea, sin minus ex serico damasceno *albo,* et alterum coloris *rubri.*

Antistites, autem, Cardinalitia dignitate praefulgentes, vestes cardinalitias *rubei* coloris et cappam *violaceam* sine pellibus armellineis pro Consistorio habebunt. Pro solemniis autem canonizationum induent calceos rúbeos, amictum, planetam *albam* vel *rubram* opere phrygio aureo distinctam, mitram serico-damascenam cum vimpa et superpelliceo pro cappellano caudatario, qui induet vestem sericam violaceam cum crocea lanea violacei pariter coloris.

Praesules ad Ordines vel Congregationes religiosas pertinentes quoad rochetum et qualitatem ac colorem vestium, consuetum morem servabunt.

A die I^ Maii e cappis Emorum et Rmorum S. R. E. Cardinalium, Episcoporum et officialium Curiae tollentur pelles armellineae, et Cardinales ac Antistites aliique de capella, domo vel familia Pontificis, ad Ordines vel religiosas Congregationes non pertinentes, vestes séricas induent.

Romae, die 23 Aprilis 1930.

De mandato Ssmi D. N. Papae.

L. & S.

CAROLUS RESPIGHI,

Protonot. Ap., Qaerem. Praefectus.

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

31 Martii 1930. — **Titulari episcopali Ecclesiae Sebastopolitanae, praefecit R. D. Antonium Hilf rieh, parochum loci** *Wiesbaden,* **quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Caroli Augustini Kilian, Episcopi Limburgensis.**

2 Aprilis. — **Cathedrali Ecclesiae Brixinensi, R. D. Ioannem Geisler, antecessorem in Seminario theologico Brixinensi.**

3 Aprilis. — **Titulari episcopali Ecclesiae Seliensi, R. D. Olavum Off.erdahl, Vicarium Apostolicum de Norvegia.**

11 Aprilis.—**Metropolitanae Ecclesiae Ultraiectensi, R. D. Ioannem Henricum Gerardum Jansen, canonicum theologum et Vicarium capitularem eiusdem metropolitanae Ecclesiae.**

16 Aprilis. — **Cathedrali Ecclesiae Peoriensi, R. P. D. Iosephum Henricum Schlarman, Antistitem Urbanum, parochum ecclesiae cathedralis Bellevillensis.**

22 Aprilis. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Nicaenae, R. P. D. Iosephum Pizzardo, hactenus Archiepiscopum Cyrrhensem.**

SACKA CONGREGATIO RITUUM

I

SANCTI MINIATI

CANONIZATIONIS BEATI THEOPHILI A CURTE SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet post indultam eidem Beato venerationem in casu et ad effectum de quo agitur f

Praeclarissimae Fratrum Minorum Familiae, quovis tempore de Ecclesia Dei atque de civili societate optime meritae, novum ac singulare gaudium merito accedit, quum Theophilus a Curte, Sacerdos professus eiusdem Familiae, iam caelitum Beatorum honores assecutus, novis cia-

rere miraculis conspicitur, quae a sedulo Causae Postulatore pro eiusdem Beati Theophili Canonizatione proposita sunt. Sed prius de Beati Theophili vita aliquid innuisse opportunitas exposcit. Curte in Corsica e nobilibus aeque ac piis parentibus, Ioanne Antonio de Signori et Magdalena Arrighi, die 30 Octobris anno 1676 ortus est Theophilus, matureque sacro fonte ablutus, Blasii nomine eidem imposito. A teneris ?nnis eximiae pietatis cultor, de virtute in virtutem progrediens, cunctis admirationi et exemplo exstitit. De statu eligendo recogitans, decimo septimo aetatis anno, Institutum S. Francisci in Familia Minorum amplexus est, post grave certamen cum parentibus, aegre id ferentibus, proprio Blasii nomine, ut moris est, in illud Theophili auspicatissima commutato.

In coenobio S. Mariae Novae civitatis Neapolitanae philosophicis ac theologicis studiis vaca vit, quibus, summa cum laude, finem dedit Romae* in conventu Aracoelitano. Sacerdotio auctus, ad coenobium Civitellae missus, ibi solitudinem sacri Recessus degustavit,- a quo evocatum Superiores in insulam Corsicam ablegarunt ut ibi etiam recollectionis rigorem constabiliret. Nec spe sua frustrati sunt: namque in conventu oppidi Zuani, inter innumeras contradictiones prudenter ac feliciter superatas, recollectionem illam introduxit, firmavit, constabilivit. Alium recessum in oppido Phicecli, vulgo *Fuceochio,* dioecesis Sancti Miniati, constituit, sancteque gubernavit ad annum usque 1740, die 19 Maii, quo obdormivit, in Domino. Post pretiosam eius mortem, latius in dies diffusa est eiusdem sanctitatis fama, prodigiis illustrata. Quibus rite probatis Leo XIII, felicis recordationis, die 4 Septembris anno 1895 eumdem Dei Famulam solemniter inter Beatos retulit. Sed novis accedentibus prodigiis post indultam Beato Theophilo venerationem, Causae reassumptionem idem Pontifex die 26 Februarii anno 1901 manu sua signare dignatus est.

Quo igitur tanti momenti Causa rite instrueretur et ad optatum finem perduceretur solertem operam, actores impendere sategerunt. Ex duabus sanationibus, de quibus agitur, ea quae primo loco recensetur, scilicet sanatio sororis Teresiae Ulivelli ab interno cisto-adenomate die 8 Septembris anni 1924 evenit in monasterio S. Salvatoris, loci vulgo *Fucecehio* in dioecesi S. Miniati. De processu super hac sanatione confecto in curia S. Miniati, Eomam postea transmisso, validitatis decretum prodiit die 23 Martii anni 1927. Post antepraeparatoriam Congregationem 'habitam die 13 Decembris anni 1927 in aedibus Emi Dñi Cardinalis Vincentii Vannutelli, Episcopi Ostien. et Praenestin., Causae Relatoris, ut ampliores haberentur super praefato miraculo notitiae, per decretum diei 16 Martii 1928 eidem Ordinario S. Miniati munus demandatum est ut novum additionalem processum construeret. Hisce omnibus rite peractis, Causae

Postulator Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam XI suppliciter exoravit ut rursus de alio etiam asserto prodigio fieret excussio, scilicet de sanatione sororis Mariae Dominicae Lota, e sanctimonialibus Visitationis, quae iam Massiliae evenerat die 30 Novembris 1906. Porro de validitate processus qui in Massiliensi curia super hac sanatione iam constructus fuerat, in comitiis particularibus diei 21 Februarii 1911 disceptatum fuit, et respectivum decretum editum. Deinceps de eodem miraculo discussio habita fuit in antepraeparatoria Congregatione diei 19 Novembris 1912, nec non in duabus successivis Congregationibus praeparatoriis diei 20 Iunii 1916 et diei 27 Maii 1919. Postea vero Causa de hac sanatione Mariae Dominicae siluerat. Accedente autem Summi Pontificis implorata concessione, reassumpta est eiusdem sanationis Mariae Dominicae Lota discussio, duorum aliorum peritorum ex officio praehabitis votis. Itaque de utroque hoc asserto prodigio praeparatoria Congregatio noviter habita est in Aedibus Vaticanis die 12 Martii superioris anni 1929. Iam vero ex diligentissimis habitis super utroque casu investigationibus, adhibitisque reiteratis votis probatissimorum in medica disciplina peritorum, ea luce veritas utriusque miraculi effulsit ut iam nullus daretur dubitandi locus. Etenim tum in una tum in altera sanatione eas constat fuisse organicas et anatómicas morborum laesiones, ut perfecta et durabilis sanitas, invocato Beati Theophili patrocinio, subito restituta, vires omnes naturae excedat. Rebus sic stantibus, tandem super utroque miraculo disceptatum est in Generalibus Comitiis, in eodem Palatio Apostolico Vaticano coadunatis die 12 Martii 1930. In quibus a Revmo Cardinali Vincentio Vannutelli, Episcopo Ostiensi et Praenestino, Causae Relatore, propositum fuit sequens dubium: *An et de quibus miraculis constet, post indultam eidem Beato venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur.* Sanctissimus Pater, suffragiis tum Reverendissimorum Patrum Cardinalium, tum Consultorum attente exceptis, priusquam Suum supremum iudicium pronuntiaret, adstantes monuit, effusis precibus Deum exorandum ut Sancti Spiritus illustrationem in re tanti momenti elargiri dignaretur.

Hac vero die, Dominica III in Quadragesima, Eucharistico Sacrificio devotissime litato, ad Vaticanas aedes ad se accersiri iussit Revmum Cardinalem Camillum Laurenti Sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Vincentium Vannutelli, Ep. Ostiensem et Praenestinum ac Sacri Collegii Decanum, Causae Relatorem, una cum R. P. Carolo Salotti Sanctae Fidei Promotore generali, iisque adstantibus, pontificio solio assidens, rite pronuntiavit: *Constare de duobus miraculis, Beato TheopMlo a Curte intercedente, a Deo patratis;* scilicet de primo: *Instantaneae perfectaeque*

sanationis Sororis Teresiae Ulivelli a cisto-adenomate interno: et de altero: *Instantaneae perfectumque sanationis Sororis Dominicae Lota a pleuritide chronica tuberculari, et ab eius gravissimis effectibus, nempe: «Symphysi pleurica ac scoliosi cervico-dorsali, necnon retractione emithoracica et tossiemia tuberculari et a consequenti extrema organica extenuatione ».*

Huiusmodi autem Decretum evulgari et in Acta Sacrorum Rituum Congregationis referri mandavit, die 23 Martii anno 1930.

C. CARD. LAURENTI, *S. C. R. Praefectus.*

L. © S.

Ph. di Fava, *Substitutus.*

II

SANCTI MINIATI

CANONIZATIONIS BEATI THEOPHILI A CURTE, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM.

SUPER DUBIO

An stante approbatione duorum miraculorum, tuto *procedi possit ad solemnem huius Beati canonizationem.*

Seraphici Patris Francisci vestigia pone sequutus, mira sanctitatis laude floruit B. Theophilus a Curte, sacerdos professus Ordinis Minorum, religiosae Provinciae Romanae Aracoelitanae singulare decus et ornamentum. Is, honesto loco Curte in insula Corsica natus, mundo mature valedixit, atque ita se Deo in religiosae vitae instituto mancipavit, ut summa animi humilitate atque evangelica paupertate, vere relictis omnibus, uni Christo adhaeserit. Superiorum nutu ad sacros recessus sui Ordinis propagandos et confirmandos, una cum B. Thoma a Cora quem socium vitae et aemulum virtutis habuit, strenue adlaboravit. Ita vero in solitudine per contemplationem Deo vacabat, ut inde, caritate inflammatus, ad plebem christianam evangelizandam miro zelo prorueret, innumeras Christo animas lucrifaciens. Yitam poenitentiae asperitate et omni virtutum genere claram sanctissimo fine in recessu vulgo *Fucecchio* dioecesis S. Miniati die decimanona Maii anno millesimo septingentésimo quadragesimo, aetatis vero suae sexagesimo quarto, complevit. Eum miraculis clarum Leo XIII, gloriosae recordationis, anno millesimo octingentesimo nonagésimo quinto Beatum, nuncupavit.

' Post indultam ei venerationem, benignissimus Deus Theophilum novis prodigiis adeo illustravit, ut summa altarium gloria iure meritoque dignus reputaretur. Quare die vicesimasexta Februarii, anno millesimo nongentesimo primo, laudatus Pontifex Leo XIII reassumptionem Causae propria manu firmare dignatus est. Duae porro prodigiosae sanationes a Sacra Rituum Congregatione iuridico examine perpensae fuerunt: de quibus, intercessione Beati Theophili a Deo obtentis, per Decretum die vicesimatertia Martii anno millesimo nongentesimo trigesimo editum, Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI suprema sua auctoritate constare declaravit. Dubium vero quod supererat de Caelitum Sanctorum honoribus, eidem Beato in Ecclesia *tuto* decernendis, quum a Rmo Cardinali Vincentio Vannutelli, Episcopo Ostiensi ac Praenestino, et Causae Relatore, propositum fuisset in Generalibus Comitiis ad Vaticanas Aedes habitis die prima mensis Aprilis anno millesimo nongentesimo trigesimo coram eodem Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI, tum Revmi Cardinales, tum Patres Consultores affirmativum suffragium protulerunt.

Attamen idem Beatissimus Pater sententiam suam proferre distulit, atque, ut in re tanti ponderis auxilium superni luminis impetraretur, hortatus est.

Hac itaque die sexta Aprilis, Dominica Passionis, anno millesimo nongentesimo trigesimo idem Ssmus Pater, Sacra Hostia in domestico Sacello pientissime litata, nobiliorem aulam Vaticanam ingressus ac pontificio solio assidens ad Se arcessivit Rmos Cardinales Camillum Laurenti, Sacrorum Rituum Congregationi Praepositum, nec non Vincentium Vannutelli Episcopum Ostiensem et Praenestinum, Sacri Collegii Decanum Causaeque Relatorem, una cum R. P. Carolo Salotti, Sanctae Fidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, iisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: Tuto *procedi posse ad solemnem Beati Theophili a Curte canonizationem.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi, atque in Sacrorum Rituum Congregationis acta referri mandavit die sexta Aprilis anno millesimo nongentesimo trigesimo.

O. CARD. LAURENTI, *S. B. C. Praefectus.*

L. E i S.

A. Carinci, *Secretarius.*

III

MAIORICEN.

CANONIZATIONIS BEATAE CATHARINAE THOMASIAE, CANONISSAE REGULARIS PROFESSAE ORDINIS SANCTI AUGUSTINI P ALMAE BALEARIUM.

SUPER DUBIO

An stante approbatione duorum miraculorum* tuto *procedi possit ad solemnem huius Beatae canonizationem.

Catholica Hispania, quae a remotis usque temporibus, tot tantosque viros ac mulieres, mira sanctitate praestantes, genuisse gloriatur, et quibus Beatorum vel Sanctorum honores Ecclesia frequentius decrevit, nova merito gestit laetitia, cum iam aliam, suae gentis praeclaram, virtutibus filiam, ad Sanctorum honores properare conspiciat. Inserenda quippe albo Sanctorum exhibetur Ancilla Dei Catharina Thomasia, Canonissa Regularis ex Ordine Sancti Augustini, in monasterio Sanctae Mariae Palmae Balearium, Maioricensis dioecesis.

Eximiae huius Famulae Dei notitias vitae breviter, clare et eleganter sequens inscriptio complectitur quam tribuni populi ad perennandam sanctitatis famam Catharinae, pretioso marmore super eius sepulcro sculptam voluere. *Hic condita est Ancilla Christi Soror Catharina Thomasia, huius Regni Balearis indigena, huius Coenobii monialis professa, a teneris annis Deo addictissima, superis familiaris, daemonibus terrifica, virtutibus eximiis ac miraculis conspicua. Obiit anno millesimo quingentésimo septuagesimo quarto, nonis Aprilis, vitae suae quadragesimo primo, vigintiquinque diebus minus. Corpus illius post quadraginta annos ab obitu, incorruptum inventum. In quorum memoriam et cultum, cum in hunc locum, recens exstructum, transferretur, religiosa Balearium pietas hoc mausoleum dicat, consecrat, septimo idus Septembris millesimo sexcentésimo vigesimo octavo.*

Hanc Dei Famulam, quam clementissimus Deus suae bonitatis et gratiae divitiis largiter ditavit, Pius Sextus Pontifex Maximus die tertia Augusti anno millesimo septingentésimo nonagésimo secundo in Beatarum Virginum album retulit. Novis deinde accedentibus assertis miraculis per decretum diei vigesimae Septembris anno millesimo septingentésimo nonagésimo septimo, Causa reassumpta est. Verum varia ob rerum adiuncta diu haec siluit. Sedulus Causae Postulator duas novas proposuit sanationes quae miraculo videbantur tribuendae. Quatuor probatissimi periti ex

officio super unaquaque sanatione suam emiserunt sententiam, videlicet has sanationes naturae viribus minime tribui posse. Peractis ver© quatuor iudicialibus comitiis, quorum postremum coram Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI, eadem Sanctitas sua per decretum diei nonae Martii huius anni constare,, edixit de prodigiosis sanationibus e quibus altera Mariam Antoniam Matheu, altera vero Antoniam Noguera y Magraner respiciebat.

Unum supererai inquirendum, utrum Caelitum Sanctorum honores Beatae Catharinae Thomasiae *tuto* decerni possent. Quapropter in Sacrae huius Congregationis conventu, habito coram Sanctissimo Domino Nostro die prima vertentis Aprilis, Reverendissimus Cardinalis Vincentius Vannutelli, Episcopus Ostiensis et Praenestinus, Sacrique Collegii Decanus, Causae Relator, dubium instituit: *An stante approbatione duorum miraculorum post indultam Beatae Catharinae Thomasiae venerationem* tato *procedi possit aä solemnem ipsius canonizationem.* Quamvis vero Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores unanimi suffragio *tuto* procedi posse respondissent, nihilominus Beatissimus Pater, quum gravissimi momenti res in deliberatione versaretur, mentem suam aperire distulit, ut diuturnis interea precibus ad divinam opem efflagitandam spatium suppeteret.

Hodierna vero die sexta Aprilis, Dominica Passionis, Eucharistica Hostia religiosissime litata, et in nobiliori Vaticani Aula pontificio solio assidens, ad se arcessiri iussit Reverendissimos Cardinales Camillum Laurenti Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum et praefatum Vincentium Vannutelli, Causae Relatorem, una cum R. P. Carolo Salotti, Sanctae Fidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, iisque praesentibus, rite pronuntiavit: « Tuto *procedi posse ad solemnem Beatae Catharinae Thomasiae canonizationem* ».

Hoc autem decretum in vulgus edi, atque in Sacrorum Rituum Congregationis acta referri mandavit die sexta Aprilis anno millesimo nongentesimo trigesimo.

C. CAED. LAURENTI, *S. B. C. Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ALTUNEN.

NULLITATIS MATRIMONII (QUAGLIARELLO-QUAGLIARELLO)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Petri Quagliarello, in eausa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 12 Iunii 1930, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascriptis subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

1) ***An constet de nullitate sententiae curiae AUunensis in casu.***

2) ***An constet de nullitate matrimonii in casu.***

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Petri Quagliarello curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

L. £g S. **G. Heard,** ***Ponens.***

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 3 Aprilis 1930.

T. Tani, ***Notarius.***

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Pierre Quagliarello, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), 12 Juin 1930, à 11 heures, pour concorder ou souscrire les doutes ci-dessous rapportés, et fixer le jour de la cause devant la Rote.**

1) ***Gonste-t-il de la nullité de la smtence rendue à Altoona dans ce cas?***

2) ***Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?***

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Pierre Quagliarello devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

D'IÁBIÜM ROMANAE CURIAE

Martedì, 8 Aprile, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in Udienza solenne S. E. il Sig. Dott. **NICOLA PETRESCU GOMNBN**, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario di Rumenta, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

• Martedì, I° Aprile 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Eoli e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati e Consultori Teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto dapprima "sul dubbio detto del *luto* per la solenne canonizzazione del Beato Teofilo da Corte, Confessore, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori; quindi sul dubbio detto del *tuto* per la solenne canonizzazione della Beata Caterina Thomas, Canonichessa regolare dell'Ordine di S. Agostino; infine su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Ven. Serva di Dio Paola Frassinetti, fondatrice delle Suore di S. Dorotea, i quali miracoli vengono proposti per la beatificazione della medesima Venerabile Serva di Dio.

Martedì 8 Aprile 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, coli'intervento degli Eminentissimi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e Consultori Teologi, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* dei Sacri Riti per discutere sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Ven. Servo di Dio Fr. Corrado Parzham, laico professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini, i quali miracoli vengono proposti per la sua beatificazione.

Martedì, 29 Aprile 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, innanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori Teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto dapprima sul dubbio detto del *tuto* per la solenne beatificazione della Ven. Serva di Dio Paola Frassinetti, Fondatrice delle Suore, di S. Dorotea e quindi su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Beato Roberto Card. Bellarmino, Vescovo e Confessore della Compagnia di Gesù, i quali miracoli vengono proposti per la canonizzazione del medesimo Beato.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

25 Marzo 1930. **L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti,** *Protettore dell'Istituto delle Suore del Verbo Incarnato* **(Messico).**

31 » » **L'Emo Sig. Cardinale Enrico Gasparri,** *Protettore delle Suore dei vecchi abbandonati* **(Valenza).**

» » » **L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli,** *Protettore della Congregazione di S. Maria dell'Anima* **(Roma).**

1 Aprile » **L'Eolo Sig. Cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Beimonte,** *Protettore del monastero delle Cappucci/ne di S. Romualdo in Fabriano.*

3 » » **Monsig. Alfonso Carinci,** *Segretario della Sacra Congregazioni dei Riti.*

4 » » **L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier,** *Protettore delle Suore della Carità di S. Carlo* **(Nancy).**

14 » » **L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier,** *Protettore delle Suore del S. Cuore di Gesù* **(Angers).**

15 » » **L'ESio Sig. Cardinale Eugenio Pacelli,** *Protettore della Congregazione della Beata Vergine Maria (Dame Inglesi* **- Roma).**

20 » » **L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli,** *Protettore della Società del S. Cuore di Gesù* **(Roma).**

Protonotarii Apostolici **ad instar participantium:**

24 Marzo 1930. **Monsig. Urbano Draxl, dell' Am m. Apostolica di Innsbruck.**

7 *Aprile* » **Monsig. Leone Thibault, della diocesi di Angers.**

Prelati Domestici di S. S.:

18 Dicembre 1929. **Monsig. Francesco Marchesana della diocesi di Crema.**

25 Marzo 1930. **Monsig. Enrico P. Niemann, della diocesi di St. Joseph.**

8 Aprile » **Monsig. Antonio Santandreu, dell'archidiocesi di S. Francisco.**

» » » **Monsig. Guglielmo W. Sullivan, della medesima archidiocesi.**

» » » **Monsig. Giorgio Lacombe, della medesima archidiocesi.**

» > » **Monsig. Roberto Sampson, della medesima archidiocesi.**

» » » **Monsig. Francesco Mac Elroy, della medesima archidiocesi.**

ONORIFICENZE

Cou Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

15 Febbraio 1930. **Al sig. prof, picola Jorga (Rumenia).**
22 » » **Al sig. dott. Camillo Krofta (Cecoslovacchia).**

La Placca dell'Ordine Piano:

12 Febbraio 1930. **Al sig. marchese Carlo Sacripante, Esente delle Guardie Nobili Pontificie.**

La Commenda con placca dell'Ordine Piano:

15 Febbraio 1930. **Al sig. prof. Alessandro Borza (Rumenia).**

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

12 Febbraio 1930. **Al sig. marchese Rodolfo Varano, Cadetto nella Guardia Nobile Pontificia.**
» » » **Al sig. conte Pietro Salimei, Cadetto nella Guardia Nobile Pontificia.**

La Gran Croce dell'Orarne di S. Gregorio Magno, classe civile:

9 Gennaio 1930. **AI sig. marchese Lodovico de Vogüé (Egitto).**
7 Febbraio » **Al sig. Don Juan Pedro De Domecq y Nuñez de Villavicienció.**
22 » - » **Al sig. dott. Václav Mueller (Cecoslovacchia).**

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 Febbraio 1930. **Al sig. comm. Giorgio Deviolaine, della diocesi di Soissons.**

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

18 Gennaio 1930. **Al sig. Francesco Folonari, della diocesi di Brescia.**
15 Febbraio **» Al sig. Stanislao Girdvainis (Lituania).**
25 » » **Al sig. dott. Arnöst Roztocil (Cecoslovacchia).**
» » » Al **sig. dott. Jaroslao Hendrych (Cecoslovacchia).**
18 Marzo » **Al sig. Raffaele Balli viari (Bolivia).**

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 Luglio 1929. **AI sig. prof. Giulio Kovách, dell'archidiocesi di Strigonia,**
20 *Dicembre* **» Al sig. cav. Maurizio Van poulie, della diocesi di Versailles,**
11 Gennaio 1930. **Al sig. avv. Ivo Coccia (Roma).**
20 » **» Al sig. cav. Adolfo Lampuguani, dell'archidiocesi di Milano.**
24 **» » Al sig. avv. Giacomo Bombardala, del Patriarcato di Venezia.**
29 » » **Al sig. Giuseppe Vacchini (Róma).**
» » » Al sig. Mario Vacchini (Roma).

3 *Febbraio 1930.* **Al sig. Giuseppe Grassi, della diocesi** di **Albano.**
10 » » **Al sig. Giacomo Marcellot, della diocesi** di **Langres.**
11 » » **Al sig. Giuseppe Garofani, della diocesi** di **Sabina.**
14 » » **ÀI sig. cav. Emilio Delisse, dell'archidiocesi di Rennes.**
15 » » **Al sig. barone Gabriele De Josika (Rumenia).**
» » » **Al sig. Niccolò Betegh (Rumenia).**
» » » **Al sig. prof. Giuseppe Frollo (Rumenia).**
18 » » **Al sig. cav. Renato Jourdain, della diocesi** di **Soissons.**
19 » » **Al sig. Domenico de Arsuaga Aniel Izaguirre y Mignot, della diocesi di Vittoria.**
21 » » **Al sig. cav. Paolo Pietro Baugas, della diocesi** di **Angers.**
1 *Marzo* » **Al sig. Lodovico Cichowicz, delFarchidiocesi** di **Gnesna e Posnania.**
13 » » **Al sig. barone Fernando de Vissocq, della diocesi** di **Poitiers.**
17 » » **Al sig. conte Pietro de l'Epinois de Scalibert, dell'archidiocesi di Lione.**
» •» » **Al sig. conte Pietro de Marcellus, della diocesi** di **Angoulême.**
» » » Ai **sig. Carlo de Harenne, dell'archidiocesi di Algeri.**

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

12 *Febbraio 1930.* **Al sig. conte Giuseppe Salimei, della Guardia Nobile Pon**tine **ia.**
» » » **Al sig. marchese Francesco Theodoli, della Guardia Nobile Pontificia,**
1 - *Marzo* » **Al sig. conte Alberto De Montcabrier, dell'archid. di Parigi.**
» » » **Al sig. Giuseppe Kergall, della medesima archidiocesi.**

Il *Cavalierato dell' Ordine di S. Gregorio Magno,* ***classe civile:***

8 *Maggio 1929.* **Al sig. Teófilo Steinmuller, della diocesi di Lilla.**
19 *"Dicembre* » **Al sig. Francesco Gandolfi, della diocesi di Milano.**
4 *Gennaio 1930.* **Al sig. Enrico Eras, della diocesi di Bois-le-Duc.**
10 » » **Al sig. rag. Carlo Zanchi, della diocesi di Bergamo.**
17 » » **Al sig. Leone Geurts, delFarchidiocesi di Malines.**
18 » » **Al sig. Giacomo Paeffgen, dell'archidiocesi di Friburgo.**
20 » » **Al sig. Zacharia Frank, della diocesi di Ratisbona.**
» » » **Al sig. Francesco Westhoff, della diocesi di Münster.**
24 » » Al **sig. conte Enrico De Dreuille, della diocesi di Moulins.**
» » » **Al sig. conte Giuseppe de Gaulmyn, della medesima diocesi.**
27 » » **Al sig. Giovanni Stefano McGroarty, della diocesi di Los Angeles.**
30 » » **Al sig. Corrado de Wendt, della diocesi di Paderborn.**
» » » Al **sig. Antonio Del Bufalo, della diocesi di Poggio Mirteto.**
4 ***Febbraio*** » **Al sig. Maurizio de Lavigne de Sainte Suzanne, della diocesi della Martinica.**
5 » » **Al sig. Annibale Gras, della diocesi di Ginevra, Losanna e Friburgo.**
lo » » **Al sig. Guglielmo Zekeli (Rumenia).**
19 » » **Al sig. avv. Agostino Bouré, della diocesi di Soissons.**

19 Febbraio 1930. **Al sig. Enrico Ferte, della medesima diocesi.**
» >> » **Al sig. Achille Bertrand, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. doit. Ugo Rosendahl, della diocesi di Munster.**
22 » » **Al sig. Carlo' Augusto Collin, dell'archidiocesi di Rennes.**
» » » **Al sig. Paolo Maria Lerebours-Pigeonnière, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. Giuseppe Gieret de Langavant, della medesima diocesi.**
3 Marzo » **Al sig. Giovanni Erberto Canning, dell'archidiocesi di Cardio'.**
8 » » **Al sig. Alberto Dupuis, dell'archidiocesi di Montréal.**
» » » **Al sig. Ulrico Boileau, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. Alfredo Boyer, della medesima archidiocesi.**
lo » » **Al sig. Guglielmo Giovan Francesco Nuijens, della diocesi di Ruremonda.**
17 » » **Al sig. Claudio Pallandre, dell'archidiocesi di Lione.**
» » » **Al sig. Antonio Tezenas du Montcel, della medesima archidiocesi.**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

25 Gennaio 1930. **Al sig. col. Armando Patino Samudio, dell'archidiocesi di Lima.**

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

14 Febbraio 1930. **Al sig. ing. Cristiano Penneseu Kerteh (Rumenia).**
» » » **Al sig. Tiberio Brediceanu (Rumenia).**
15 » » **Al sig. dott. Francisco Kräuter (Rumenia).**
» » » **Al sig. Giovanni Thesnea Grecianu (Rumenia).**
» » » **Al sig. Basilio Trifu (Rumenia).**
» » » **Al sig. Giovanni Lugosianu (Rumenia).**
15 Marzo » **Al sig. Alberto Cordatellas (Bolivia).**

La Commenda eon Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

18 Gennaio 1930. **Al sig. dott. Enrico Aengenheister, dell' archidiocesi di Friburgo.**

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

16 Aprile 1929. **Al sig. Enrico Gabriel da Silva (Portogallo).**
8 Gennaio 1930. **Al sig. Vincenzo Lorenzo Mannucci (Roma).**
» » » **Al sig. Andrea Buffolano (Roma).**
25 » » **Al sig. dott. Francesco Tavoni (Roma).**
1 Febbraio » **Al sig. Domenico Zorn, dell'archidiocesi di Colonia.**
6 » » **Al sig. rag. Carlo Boni (Roma).**
» » **Al sig. Giovanni Battibocca, dell'archidiocesi di Camerino.**
11 » **Al sig. Giuseppe Lanna, della diocesi di Segni.**
13 » » **Al sig. Ottolino Giussani-Bareggi (Roma).**
14 » » **Al sig. dott. Leonida Marin, della diocesi di Padova.**
19 » » **Al sig. Nicola Cipollone, dell'archidiocesi di Lanciano.**

II Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa

28	*Dicembre*	*1929.*	**Al sig. Luigi Frascari (Roma).** ~~
18	*Gennaio*	*1930.*	**Al sig. Giuseppe De Corato, della diocesi di Andria.**
27	»	»	**Al sig. Ubaldo Papi, dell'archidiocesi di Firenze.**
30	»	».	**Al sig. Giuseppe Pianta, della diocesi di Ivrea.**
»	»	»	**Al sig. Alessandro Zegna, della medesima diocesi.**
5	*Febbraio*	»	**Al sig. Francesco Saverio Breitenbach (Baviera).**
»	»	»	**Al sig. Giuseppe Schmid (Baviera).**
7	»	»	**Al sig. Costantino Gasperini (Roma).**
10	»	»	**Al sig. Lodovico Lepìtre, della diocesi di Langres**
17	»	»	**Al sig. Alessandro Costantini (Roma).**
21	*Marzo*	»	**Al sig. Giulio Magri (Roma).**

NECROLOGIO

14	*Gennaio*	*1929.*	**Monsig. Giovanni Martino Adam, Vescovo tit. di Tbmuis:**
13	*Giugno*	»	**Monsig. Guglielmo Barry, Arcivescovo di Hobart.**
2	*Agosto*	»	**Monsig-. Giovanni Giacomo Keane, Arcivescovo di Dubuque.**
3	»	»	**Monsig. Timoteo Geremia Makdassi, Vescovo di Zaku, rito caldeo.**
		»	**Monsig. Enrico Lespinasse de Saune, Vescovo tit. di Rizonte.**
4	*Aprile*	*1930.*	**Monsig. Paolo Felice Beau vain de Beauséjour, Vescovo di Carcassona.**
		»	**Monsig. Ludovico Ferretti, Vescovo di Colle Val d'Elsa.**
		»	**Monsig. Giuseppe Anselmo Luque, Vescovo tit. di Fornos.**
il		»	**Monsig. Nicola Marconi, Arcivescovo tit. di Teodosiopoli Eur.**
12		»	**Monsig. Francesco Muñoz e Izquierdo, Patriarca delle Indie Occidentali.**
18		»	**E ino Sig. Card. GÌOACCHINO ARCOVERDE DE ALBUQUBRQDB CAVALCANTE, del Titolo dei Ss. Bonifacio e Alessio, Arcivescovo di San Sebastiano de Rio de Janeiro."**
18		»	**Monsig. Giovanni Festa, Arcivescovo tit. di Nicea.**
»		»	**Monsig. Giuseppe Marusié, Vescovo di Segna e Modrussa.**
19		»	**Monsig. Bernardino Vitale Bigi, Vescovo tit. di Antedone.**
21		»	**'Monsig. Giovanni Rossi, Vescovo tit. di Nebo.**
30		»	**Monsig. Innocenzo Da viia y Matos, Vescovo di Gatamarca.**

Annus XXII - Vol. XXII 2 Iunii 1930 Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

19 Maii 1930

I

Hac feria II, die 19 Maii, in consueta aula Palatii Apostolici Vaticani habitum est *Consistorium secretum.* Assidente Summo Pontifice Reverendissimus Cardinalis Camillus Laurenti, sacrorum Rituum Congregationi Praefectus, compendiosa narratione vitam, virtutes ac miracula retulit Beatorum Ioannis de Brébeuf, Isaaci Jogues et Sociorum, Societatis Iesu, Martyrum, atque Beati Roberti S. R. E. Card. Bellarmino, Conf., Soc. Iesu, et Beatae Luciae Filippini, Virg. Fundatricis Instituti Magistrarum Piarum Filippini; ac insuper acta universa recensuit, quae in causa Beatificationis et Canonizationis eorumdem sacra Rituum Congregatio, praevio rigoroso examine, admiserat et approbaverat.

Qualibet relatione expleta Sanctissimus Dominus noster Reverendissimorum Patrum Cardinalium singillatim suffragia exquisivit: « An scilicet deveniendum sit ad solemnem praefatorum Beatorum Canonizationem »: et singuli Patres Cardinales sententiam suam aperuerunt.

Il

Consistorio secreto felici successu peracto, iussu Sanctissimi Domini nostri, continenter habitum est *Consistorium publicum* pro solemni peroratone Causarum Canonizationis praefatorum Beatorum. Mmirum DD.Fran-

ciscus Pacelli, Ioannes Guasco, Christophorus Astorri, sacrae Consistorialis Aulae Advocati, relatis vitam, virtutibus et miraculis Beatorum quorum singuli Causam egerant, pro solemni eorum Canonizatione de more institerunt.

Tum E. P. D. Nicolaus Sebastiani, Apostolicarum litterarum ad Principes Secretarius, stans a sinistro pontificii Solii latere, DD. Advocatis in genua provolutis, Sanctitatis Suae nomine, hisce verbis respondit:

« Die tertio ac vicesimo superioris mensis, de cultu duobus christianae perfectionis heroibus augendo rite peroratum; hodie vero, cum absoluta omnia sint, quae ex Apostolicae Sedis instituto agenda superessent, eam ipsam cultus amplificationem a Beatissimo Patre pro aliis pluribus, facunde dicendo, poposcistis. Qui quidem omnes, sanctimoniae laude perillustres, nimium quantum rei. catholicae profuere: videlicet Ioannes de Brébeuf eiusque socii, asperrimis toleratis in evangelii praedicatione laboribus et facto dein strenue fortiterque martyrio, unde obtigit, quasi ex iacto divinitus semine, ut inter feros Canadensium regionum indígenas, contumaces ante atque indociles, Fides nostra celerius sane latiusque propagaretur; Robertus Bellarmino, sacram tuendo doctrinam novatorumque errores sapienter refutando; Lucia Filippini, denique, se puellarum institutioni atque educationi devovendo totam, relictâque, post obitum, piarum sodalitate magistrarum, quae ipsius operam, veluti hereditate traditam, sancte actuoseque perpetuarent. Cum igitur res agatur, quam ad laetum properare ac perduci exitum si optimo cuique gratum, erit sane pergratum Pontifici, habetote iam vos in singulorum, quos memoravi, virtutibus ac promeritis heic dilucide enarrandis haud nequiquam adhibitam nec temere interpositam eloquentiam vestram. Atque alia, praeterea, accedit causa, cur Sanctissimus Dominus noster multo sit ad ita dehberandum proclivior, ut cupitis: quod scilicet praeclaris hisce Ecclesiae filiis, qui beati perpaucis ante annis renuntiari, sunt, novis patratis, tam brevi temporis spatio, per eos deprecatores miraculis, videatur Deus ipse legitimam amplissimamque universorum christifidelium venerationem maturare voluisse. At Pontifex tamen, qui, religiosissimus hoc in genere iudex, omnia, quadam quasi trutina, diu multumque examinare consuevit, eo est animo ut supersedeat aliquantum, donec Patres Cardinales et sacrorum Antistites, ad mentem cuiusque suam aperiendam vocatos, in Consistorio semipublico, quod. propediem habebitur, sententiam rogaverit; intereaque se omnium adiuvari ac muniri precibus optat, ut ad ineundum tanti momenti consilium. Spiritus Paracliti afflatu regatur ac permoveatur. — Haec Beatissimus Pater praecepit ut ad orationes vestras suo ipsius nomine responderem».

Die 22 Maii 1930

CONSISTORIUM SEMIPUBLICUM DE CANONIZATIONE BEATORUM IOANNIS DE BRÉBEUF ET SOCIORUM, MARTYRUM; ROBERTI B ELLARMINI, EPISCOPI CONFESSORIS, ET THEOPHILE A CURTE, CONFESSORIS, AC BEATARUM CATHARINAE THOMASIAE ET LUCIAE FILIPPINI, VIRGINUM.

Feria V, die 22 Maii 1930, in consueta Aula Palatii Apostolici Vaticani, Consistorium semipublicum habitum est, in quo Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI tam Reverendissimorum Patrum Cardinalium, quam Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum itemque Praelatorum seu Abbatum *nullius,* quibus ius est, suffragia excepit pro futura canonizatione Beatorum Ioannis de Brébeuf, Isaaci Jogues, Gabrielis Lalemant, Antonii Daniel, Caroli Garnier, Natalis Chabanel, Renati Goupil et Ioannis de La Lande, Martyrum, S. I., Roberti Cardinalis Beharmino, S. I., Episcopi confessoris, et Theophih a Curte, O. F. M., Confessoris' ac Beatarum Catharinae Thomasiae Virginis, monialis professae in Ordine Canonissarum S. Augustini, et Luciae Fihppini, Virginis, fundatricis Instituti Magistrarum Piarum ab eius cognomine nuncupatarum.

Suffragia exeepturus Beatissimus Pater haec praefatus est :

VENERABILES FRATRES

Obstare iam nihil videtur, quominus beatis Ioanni de Brébeuf eiusque sociis martyribus, Roberto Bellarmino Episcopo confessori et Theophilo a Curte confessori, Catharinae Thomasiae et Luciae Filippini virginibus, sanctorum caelitum honores ubique gentium deferri iubeamus. Acta enim res apud Consilium sacris Ritibus tuendis magna illa, qua solet idem, disceptationum severitate; accessere, quemadmodum nostis, duo Consistoria secreta, publica duo: ut profecto appareat, nullum iam nunc dubitatione nullum haesitationi locum relinqui. Verum in causa tam gravi, quae cum infallibili Romani Pontificis magisterio penitus cohaereret, ne quod humanae sapientiae adminiculum praesidiumque mitteremus vel neglegeremus, vos, Venerabiles Fratres, quotquot potissimum minus longe a Nobis abestis, huc in Consistorium semipublicum acciri voluimus, commentariis de eorundem bea-

torum vita, virtutibus, miraculis tempestive unicuique coeuntium traditis, ut, re etiam atque etiam cognita ac perspecta, iudicium Nobis vestrum aperire possetis. Id igitur, Venerabiles Fratres, postulamus, ut de beatis hisce ad summos honores evehendis comprobatae hominum sanctitati debitos, quid singuli sentiatis, alius post alium vestrae ex ordine dignitatis, profiteamini.

Exceptis vero adstantium suffragiis, Sanctissimus Dominus Noster haec addidit verba:

Ex suffragiis modo latis didieimus, beatos, de quibus agitur, vobis plane dignos haberi, quos in sanctis caelitibus numeremus: in eandem vero sententiam scitote Nosmet ipsos discedere perlibenter. Itaque, in Petriani templi maiestate iisque caeremoniis, quae apparatu ipsae suo eventi magnitudinem declarant, sacra eiusmodi sollemnia peragere certum Nobis deliberatumque est. Utque tempus rei gerendae de more praefiniamus, die dominico proximi mensis Iunii altero et vicesimo, beatis Catharinae Thomasiae et Luciae-Filippini; die autem dominico eiusdem mensis undetricesimo, beatis Ioanni de Brébeuf eiusque sociis, Eoberto Bellarmino et Theophilo a Curte sanctorum caelitum honores, apostolica auctoritate Nostra, decreturi sumus. Quod quidem eventum ut faustum sit, sit felix et catholico nomini bene vertat, divinum Ecclesiae Conditorem, Venerabiles Fratres, una Nobiscum rogare ne desinatis.

Tum, obtenta venia Summi Pontificis, Praefectus Caeremoniarum Apostolicarum Protonotarios Apostolicos adstantes ita rogavit: « Ego Carolus Eespighi, Caeremoniarum Apostolicarum Praefectus, rogo vos omnes Protonotarios et Notarios Apostolicos hic praesentes, ut de sententiis, consilio et unanimi, consensu Eeverendissimorum Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalium, nec non Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum et Abbatum, deque Summi Pontificis oratione ac deliberatione praehabitis super soUemni Canonizatione beatorum Martyrum Ioannis de Brébeuf et sociorum; beatorum Eoberti Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalis Bellarmino et Theophili a Curte nec non beatarum Catharinae Thomasiae et Luciae Filippini, unum vel plura, publicum

seu publica eonficiatis instrumentum vel instrumenta ad perpetuam rei memoriam». Cui antiquior e Protonotariis Apostolicis praesentibus Illmus et Revmus P. D. Dominicus Iorio, innuens Cubicularios de numero, respondit : « Conficiemus, vobis testibus ».

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE MANILA ET NOVAE SEGÖBIAE

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS DIOECESIS LINGATEN.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Continuam omnium Ecclesiarum soUicitucunem habentes, omni studio curare debemus ut earum circumscriptiones ita temporum locorumque adiunctis respondeant, ut gregi Dominico sibi credito pascendo et regendo facilius ac salubrius sacri Pastores consulere queant. Cum itaque archidioecesis de Manila et dioecesis Novae Segobiae tanto incolarum numero frequentissimae territoriali circumscriptione latissime pateant ita ut in remotioribus regionibus nedum distantia sed etiam viarum diñicultate Pastores a gregibus nimius seiungantur, enixe ab Apostolica Sede, ad utilius christifidelium regimini consulendum, expostulatum est, ut ab iisdem dioecesibus quaedam territorii partes separentur et in novam erigantur dioecesim. Votis itaque et consensu suffulti sacrorum Antistitum, qui modo dioeceses ipsas regunt, necnon favorabili voto praehabito venerabilis fratris Guhelmi Piani Archiepiscopi Dramensis, Delegati Apostolici in PhiHppinis Insulis, prae oculis habentes spirituales tot animarum necessitates, his precibus annuendum censuimus. Quare, consilio dilectorum filiorum Nostrorum S. R. E. Cardinahum Sacrae Congregationis Consistorialis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, iis insuper attentis quae in Apostolicis Litteris *Quae mari Sinico* die decima septima mensis Septembris anno mihesimo nongentesimo secundo a fel. rec. Leone Papa Decimo tertio Praedecessore Nostro statuta sunt, Apostoli&ae potestatis plenitudine a praefatis dioecesibus de Manila et Novae Segobiae territorii partem distrahimus, atque ex ea novam ac distinctam dioecesim constituimus ac erigimus *Lingayensem* ab urbe *Lingayen* appellandam; in hac vero urbe sedem et cathedram episcopalem statuimus, eiusque eccle-

slam paroecialem ad cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus eique propterea omnia privilegia et iura concedimus quibus ceterae cathedrales Ecclesiae fruuntur. Huius novae dioecesis limites iidem erunt ac limites paroeciarum quas ipsi, ut infra, assignandus et attribuimus. Paroeciae autem hae sunt: I) Ex archidioecesi de Manila sex et viginti, idest: *Agno, Alaminos, Anda, Balincaguin, Balungao, Bani, Bolinao, Burgos, Basol, Fguia, Infanta, Bosales, San Quintin, Umingan,* quae exstant in civili provincia de *Pangasinan;* insuper *Cupayo, Karanglan, Lupao, Muñoz, Nampikuan, Bantabangan, Puncan, San José, San Juan de Guimba,* quae sunt in provincia civili de *Nueva Ecija,* denique *Masinloc, Candelaria, Santa Cruz,* in ambitu provinciae civilis de Zambales. II) E dioecesi Novae Segobiae paroeciae septem et triginta, scilicet: *Aguilar, Alava, Alcalá, Asingan, Basista, Bautista, Bayambang, Binalonan, Binmaley, Calasiao, Bagupan, Lingayen, Malasiqui, Manaoag, Mangaldan, Mangatarem, Mapandan, Pozorrubio, Salasa, San Carlos, San Fabian, San Isidro, San Jacinto, San Manuel, San Nicolas, Santa Barbara, Santa Maria, Suai, Tayug, Urbistondo, Urdaneta, Villasis,* quae omnes sunt in provincia civili de *Pangasinan;* denique *Camiling, Gerona, Moneada, Paniqui, Pura,* quae ad provinciam civilem de *Tarlac* pertinent. Hanc vero novam cathedralem Ecclesiam Idngayensem suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae de Manila, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri archiepiscopi de Manila subiicimus. Reservamus autem Apostolicae Sedi facultatem libere novam decernendi istius dioecesis dismembrationem, quoties id expedire in Domino visum fuerit. Lingayensibus insuper pro tempore Episcopis omnes tribuimus honores, insignia, favores, iura ac privilegia, quibus alii Antistites in Philippinis Insulis iure communi vel legitima consuetudine gaudent ac fruuntur, eosque iisdem oneribus et obhgationibus adstringimus. Quum autem temporum adiuncta prohibeant quominus in praesens canonicorum Capitulum in eadem dioecesi instituatur, iubemus loco canonicorum dioecesanos Consultores ad normam can. 423 et seq. eligi. Mandamus item ut, quamprimum fieri poterit, saltem parvum Seminarium dioecesanum iuxta Codicis decreta et Sacrae Congregationis de Seminariis normas erigatur. Optamus insuper ut, ipsius dioecesis sumptibus, bini delecti iuvenes, vel modo saltem unus Romam in Pontificium Collegium de Propaganda Fide, vel Pium Latinum Americanum, vel aliud item ecclesiasticum institutum pro opportunitate eligendum, non intermissa vice mittantur, ut in hac alma Urbe sub oculis fere Romanorum Pontificum succreseant ac ecclesiasticis disciplinis instituantur. Quod vero attinet ad huius dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii capitularis, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidehum iura et onera aliaque huiusmodi ser-

vanda iubemus quae sacri canones decernunt. Quod autem ad clerum in particulari spectat, statuimus ut eo ipso clerici omnes censeantur adscripti Ecclesiae illi in cuius territorio legitime exstant. Volumus denique ut oinnia documenta et acta, quae novam banc dioecesim respiciunt, quamprimum fieri poterit a cancellariis archidioecesis de Manila et dioecesis Novae Segobiae tradantur cancellariae dioecesis Lingayensis ut in eius archivo serventur. Episcopalem mensam huius novae dioecesis constituent bona et reditus ad ipsam dioecesim, pertinentia pro rata a dioecesibus de Manila et Novae Segobiae ipsi transferenda et solvenda; nec non curiae emolumenta et ceterae oblationes quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis erecta est, praeberi solent praeter ea quae ad hunc finem iam oblata vel collecta sunt.

Eebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsequenda deputamus venerabilem fratrem Gubernium Piani, Archiepiscopum Dramensem ac in Philippinis insulis Apostolicum Delegatum, eique propterea tribuimus necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, atque dirimendi controversias quae in exsecutionis actu oriri possunt, onere eidem imposito ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses a praesentibus Litteris datis authenticum exemplar transmittendi peractae exsecutionis. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis eadem prorsus tribuatur fides quae hisce Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibus que Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibus-

cumque, etiam speciali mentione dignis. Nemini autem quae hisce Litteris Nostris dismembrationis, erectionis, evectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere, vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo octavo die decimanona mensis Maii, Pontificatus Nostri anno septimo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *Cancellarius S. B. E.*

CAROLUS CARD. PEROSI, *S. C. Consistorialis Secretarius.*

Alfonsus Carinci, ***Protonotarius Apostolicus.***
Hector Castelli, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. XXXVIIL n. **9. - M. Riggi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

DISTRACTO TERRITORIO EX VICARIATIBUS DE MUKDEN ET DE JEHOL ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE SZE-PING-KAI IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ex hac sublimi Principis Apostolorum cathedra, quam, obtinemus divinitus, sublimi tamquam e specula in omnes vel longo terrarum marisque spatio seiunctas ab hoc catholici orbis centro regiones oculos mentis Nostrae convertimus, et quae rei sacrae procurationi melius expediendae conducant, quaeque cedant in exploratam fidelis populi utilitatem, sollicito studio, apostolica Nostra auctoritate interposita, decernere maturamus. Iamvero cum venerabilis frater Ioannes Maria Blois,*e Societate Parisiensi Missionum ad exteras gentes, Episcopus titularis Lambaesitanus et Vicarius Apostolicus de Mukden instanter Nos flagitaverit *ui* **ob territorium late patens suae iurisdictioni subiectum, et incolarum ibique commorantium multitudinem suus de**

Mukden vicariatus divideretur, et ex hoc territorio diviso ac separato nova ad catholicam fidem validius promovendam conderetur circumscriptio ecclesiastica; quumque iisdem motus rationibus venerabilis frater Conradus Abels, e Congregatione a Corde Immaculato Beatae Mariae Virginis, Episcopus titularis Laganiensis et Vicarius Apostolicus de Jehol, petierit similiter ut pars quaedam territorii a suo quidem vicariatu seiuncta in novam circumscriptionem includeretur: Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, praehabito voto venerabilis fratris Celsi Costantini, Archiepiscopi titularis Theodosiopolitani, Delegati Apostolici in Sinis, precibus praefatis annuendum ultro libenterque existimavimus. Quare motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, partem districtus civilis de *Tao-ciiang-tao* quae ad vicariatum de Mukden pertinet, itemque etiam eiusdem districtus partem, quae vicariatui de Jehol paret, a praedictis vicariatibus separamus; et totum districtum de Tao-chang-tao seiunctum sic ac dismembratami, qui praefecturas civiles de *Liaoynanhsien, TungliaoTisien, Taonanhsien, SJiwangshanhsien, Changtuhsien, Kangpinghsien, Kaitunghsien, Taoanlisien, Lishuhsien, AnJcwanghsien, Hwaitehsien, Ohanyuhsien, Tuchuanhsien, GJiengtunghsien et Fahuhsien,* complectitur, in novam praefecturam apostolicam erigimus, cui nomen facimus de *Sze-ping-kai* quamque ad Nostrum et Sanctae huius Sedis Apostolicae beneplacitum curis tradimus sacerdotum e Seminario de Pont Viau e provincia de Quebec pro exteris Missionibus. Huic autem novae praefecturae apostolicae sub-praefecturam etiam civilem unimus de *Chang-ou-hsien* hucusque ad vicariatum de Jehol pertinentem.

Porro haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac manere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die n mensis Augusti anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASTARKI, ***a Secretis Status.***

II

FINES REGUNTUR INTER VICARIATUS APOSTOLICOS DE LOANGO ET DE BRAZZAVILLE IN AFRICA CENTRALI.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidehum saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestemus Nos admonet supremi apostolatus munus, quo in terris divinitus fungimur. Iamvero quum Ordinarii vicariatuum apostolicorum de Loango et de Brazzaville in Africa centrali a Nobis humiliter expostülaverint ut limites Missionum sibi concreditarum non satis in praesens definiti mutarentur; Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Eidei praepositis, huiusmodi precibus annuendum existimavimus. Quae cum ita sint, certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium tenore, volumus ac mandamus ut vicariatus apostolici de Loango et de Brazzaville in Africa Centrali sequentibus in posterum limitibus constituantur, nempe linea devortiorum aquarum fluminum *Louesse et Bonanza* usque ad continentem *Louolo* vel *Lori-*, cursu huius fluminis; linea recta quae a fontibus fluminis *Louolo* discedens illas fluminis *Nzoanina* attingit; cursu huius fluminis, et fluminis *Ndouo Niari* usque ad continentem *Loukougni;* cursu eiusdem fluminis usque ad confluentem *Comba;* cursu denique istius numinis usque ad eius scaturigines.

Hanc autem hmitum variationem et definitionem ratam habemus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex" nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis auctoritate qualibet scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die n mensis Augusti anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

ECCLESIA CATHEDRALIS SUESSANA, SUB TITULO SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI, HONORIBUS BASILICAE MINORIS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Suessanae in Auruncis civitatis cathedrale templum, quod loco vetustissimae ecclesiae, quae inibi exsistebat, initiis saeculi post Christum natum decimisecundi erectum est, inter latiali regioni finitimae Campaniae sacras aedes conspicua fama exornatur ob formam suam artisque opera quibus renidet. Ad instar basilicae romanae exstructum, cryptaque antiqua donatum, tribus navibus constat, quae columnas suffultae altaria aliaque affabre facta supellectilia exhibent; tessellato praesertim pavimento, instructa tesseris orchestra, vermiculato s culpturato que ambone prostantibus; in principe autem atrii arcu copiosis figuris multisque casibus gesta Sancti Petri Apostoli narrantur; templum enim ipsum in honorem Sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli Deo dicatum est. Eodem in templo sanctuarium quoque habetur prodigiosae imaginis Beatae Mariae Virginis, cui populi Suessani *Advocatae* nomen adhaeret. Imagini vero ipsi Episcopus Suessanus vigore facultatum, quas eidem Patriarchalis Basilicae Vaticanae Principis Apostolorum. Capitulum concessit, anno MDCCCCIV mense Septembri auream coronam solemniter imposuit. Vetustum Virginis simulacrum christifideles tum civitatis ac regionis Auruncorum tum provinciarum, quae contiguae sunt, tutelam Deiparae invocantes singulari cultu venerantur. Quibus omnibus attentis, cum venerabilis frater Suessanus Episcopus a Nobis exposcat ut, hoc anno quinquagesimo ab inito Nostro sacerdotio, idem templum* cathedrale honoribus privilegiisque Basilicae minoris decorare velimus: Nos ad benevolentiae Nostrae erga clerum populumque dioecesis ipsius pignus exhibendum, quod sit quoque sacerdotalis iubilaei Nostri mnemosynon, votis memoratis concedere ultro libenterque existimavimus. Quam ob rem, audito etiam dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam cathedralem Suessanam sub titulo Sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli dignitate tituloque Basilicae minoris augemus illique privilegia atque honorificentias tribuimus, quae huic titulo de iure competunt.

Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvni mensis Novembris, anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

IV

SEPARATO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE YUNNANFÜ" IN SINIS, ERIGITUR MISSIO INDEPENDENS DE TA-LI.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Munus apostohcum, quo in terris fungimur, exigit a Nobis ut necessitatibus christifidehum provehendaeque religionis ubique locorum, data opportunitate, tempestive provideque consulamus. Quopropter cum edoceamur ab Apostolico Vicario de Yunnanfu in Sinis vicariatum ipsum latius patere ac multitudine incolarum refertum èsse, ita ut ex eodem opportune separanda sit quaedam pars territorii in missionem independentem constituenda, quae aliis missionariis tradatur, atque id quoque a Nobis expostulent tum Vicarius Apostolicus praefatus tum Noster in Sinis Delegatus Apostolicus: Nos, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui Sacrae Congregationis de Propaganda Fide rebus gerendis praepositi sunt. ea quae sequuntur in Domino decernenda existimavimus. Nimirum certa scientia ac matura deliberatione Nostris omnibusque rei momentis attento ac sedulo studio perpensis, motu proprio deque apostolicae Nostrae auctoritatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore a vicariatu apostolico de Yunnanfu in Sinis civiles subpraefecturas subtrahimus sive dismembramus, que nuncupantur *Sze-mao, Ning-erh, Mo-kiang, King-hu, Yuan-Mang, Sin-ping, Lan-tsang, Chen-yuan, King-tung, Mien-ning, Teng-chung, Pao-shan, Yung-ping, Chen-Jcang, Lung-ling, Ta-U, Siang-yun, JErh-yuan, Feng-y, Teng-chwan, Ping-chwan, Yun-lung, Mi-tu, Li-Mang, Lan-ping, Ho-Jcing, Kien-chwan, Meng-hwa, Yang-feng, Yun-ning, Lang-hu, Shun-ning, Yun-hien,* easdemque in novam missionem independentem sub nomine de *Ta-U* erigimus. Hanc

autem novam de Ta-li missionem curis sacerdotum Societatis Presbyterorum a Sacratissimo Corde Iesu de Betharram ad Nostrum et Sanctae huius Sedis beneplacitum committimus.

Haec statuimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere illisque ad quos pertinent seu pertinere poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Novembris anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CAED. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. IOSEPHUM, DIACONUM S. NICOLAI IN CARCERE TULLIANO, S. R. E. CARD. MORI, OCTOGESIMUM AETATIS ANNUM EXPLETURUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quae Nobis cum filiis universis intercedit caritas, si, ut saepe diximus, id quoquo pacto postulat ut laeta tristia cum ipsis communia habeamus, multo ea magis impellimur, ut qui sunt Nobis propiores Nostrorumque socii laborum, quicquid iis laetabile obtingit, praecipua quadam voluntate participemus. Cum igitur propediem octogesimum aetatis annum sis auspicato completurus, hoc libenter eventum, tibi tuique amatoribus faustum, gratulatione ominibusque Nostris prosequi et nobilitare placet. Immo eo libentius, quod, hoc septem annorum spatio feliciter exacto postquam te romana purpura honestavimus, per consilium operamque tuam tam te Nobis sedulum praestitisti adiutorem, ut experiundo noverimus, quam rectis, quam veris, in ipsa dignitate tibi amplissima deferenda, laudibus extulissemus tuos « diuturnos ac praeclaros ingenii labores religiose in Ecclesiae utilitatem, in pluribus sacris dicasteriis, per iuris praesertim doctrinam ac peritiam, impensos ». Quas quidem laudes hodie cumulatius iterantes et optima sacerdotalium virtutum exempla, quae exhibuisti continenter atque exhibes, publice recolentes, tibi cupimus vehementer, ut huius lucis usura quam diutissime, bene valendo, fruaris, quod vitae erit reliquum, quem-

admodum usque huc egisti, in Ecclesiae Dei bonum terendo. Caelestium interea donorum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis Ianuam anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. ALEXrUM HENRICUM M. TIT. S. SUSANNAE S. R. E. PRESB. CARDINALEM LÉPICIER, QUEM MITTIT LEGATUM AD CONVENTUM EUCHARISTICUM EX OMNI NATIONE CARTHAGINE CELEBRANDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Prophetica illa Iesu Domini verba « et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum » in Eucharisticis quidem Conventibus praeclarum in modum confirmari videntur, in iis praesertim qui ex nationibus omnibus cogi consueverunt; in quibus id etiam mirari licet, non modo catholicos homines ad peculiarem quandam in Sacramentum augustum pietatem excitari, sed etiam acatholicos, quasi divina re perculsos communique animorum commotione succensos, non parum ad sacrosanctae Eucharistiae triumphum conferre. Itaque auspicato sane factum est ut in omnibus fere continentibus terris, hac aetate nostra, huiusmodi congressus, maiore in dies decore succrescente ac celebritate, habiti sint; in pluribus scilicet Europae urbibus atque Hierosolymis in Asia; recensque Chicagiae in America et Sydneyi in Australia, ex quibus quam laeta religionis sanctae incrementa quaeque rei catholicae utilitates profecta sint, omnes norunt. In una igitur Africa adhuc Eucharistiae triumphus desiderabatur; Africani dicimus quae priscis Ecclesiae temporibus tot ardentium virorum fide et monachorum sanctitudine floruit; quos inter ille eminet Augustinus, Doctorum Ecclesiae facile princeps, cuius quidem hoc anno memoria soUemni ritu recolitur saeculo exeunte quinto decimo ex quo is ad caelestium sedes avolavit. Quamobrem opportune admodum mox accidet ut in Augustini terra Eucharisticus conventus celebretur, idemque Cartilagine, in urbe scilicet quae non solum veteribus monumentis poenieorumque bellorum gloria insignis est, sed etiam christianis laudibus prestantissima, cum tam multi in ea invictique Fidei athletae orti sint, imprimisque Cyprianus ac Tertullianus. Nos vero, quibus pro Apostolico munere nihil antiquius esse potest quam ut in Africa, Deo favente, res catholica revirescat, libenter equidem volumus Carthagi-

niensi Conventui praesentes quodammodo interesse. Quapropter te, dilecte fili Noster, Legatum Nostrum Apostolicum his litteris eligimus, ut, nomine et auctoritate Nostra, et Congressioni illi praesis et variis caeremoniis praesideas; non dubitantes quin ipse, quo pietatis studio egregie nites ac romanae purpurae dignitate non parum ad optatum rei exitum sis collaturus. Iam nunc illius diei laetitiam praecipimus, cum pacificus Rex Christus sub mysticis velis delitescens per vetustae urbis vias abs te eircumferetur, atque omnes ex quavis natione fideles te praeeunte precabuntur ut in dilecta Africa, in qua, una cum soUertissimis sacrorum Pastoribus, missionales viri qui Cardinalem Lavigérie f. r. tamquam legiferum patrem venerantur, aliique tantopere desudant, Dei regnum quantocius floreat ac vigeat. Qua spe freti, ad rei splendorem animarumque fructum augendum, tibi damus ut sacris operatus praesentibus nomine Nostro benedicas, plenam eisdem admissorum veniam proponens usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Ac caelestium auspex munerum itemque praecipuae benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, iisque omnibus qui conventui intererunt effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Aprilis, in festo S. Marci Evangelistae, anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM P. n. MICHAELEM EPISCOPUM TUSCULANUM S. R. E. CARDINALEM LEGA: QUEM MITTIT A LATERE RAVEN NAM AD EUCHARISTICUM CONVENTUM REGIONIS FLAMINIAE.

PIUS PP. XI

Venerabilis frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Peculiari quadam laetitia Nos perfundimur quoties per catholicum orbem eucharistici habentur conventus; ex quo enim, haud ita pridem, celebrari consueverunt, et fides in populo augeri et christiana pietas cotidie magis excitari coeptae sunt. Iamvero haud mirum id est; cum enim Eucharistia, sanctorum Patrum testimonio, continuatio quaedam Incarnationis censenda sit, altrix est novae vitae per eam hominibus collatae. Ea siquidem humanas passiones comprimit, aeternae gloriae spem roborat et quasi centrum fit christiani cultus ac religionis. Quam quidem ad rem, egregie ait S. Petrus Damiani, Ravennatium gloria ac decus: « Huius novi sacramenti virtute fermentum illud condemnatae vetustatis expellimus, ut de servi-

tute ad libertatem spiritus et ad noya regenerationis azyma transeamus ». Ravennae autem Pastor clarissimus, S. Petrus Chrysologus, illud Apostoli « obsecro vos ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam » explanare cupiens, perbelle scribit: « Hoc sacrificium Christi descendit ex forma, qui corpus suum pro vita saeculi vitaliter immolavit: et vere corpus suum fecit hostiam vivam, quia vivit occisus. In t ah ergo victima mors expendatur, hostia permanet, vivit hostia, mors punitur. Hinc martyres morte nascuntur, fine inchoant, occisione vivunt, et in caelis lucent, qui in terris putabantur exstincti ». Haec perlibenti sane animo recolimus, Ravennatensi appropinquante Congressu eucharistico; facile coniicientes quae ohm fuerit Ravennatium pietas erga Sacramentum augustum; quam ceteroquin sacrae etiam illae aedes mirifice testantur, quae musivis operibus tam splendide enitent ac monumentis ad veterem liturgiam eucharisticam pertinentibus. Cum igitur Nos, pro egregia Nostra erga Ravennates voluntate, praesentes quodammodo sacris eis sollemnibus adesse velimus, quem mittemus qui Nostram illic personam gerat nisi te, venerabilis frater Noster, qui cum tanta apud omnes, in regione tua Flaminia, gratia et opinione floreas, tum sollertis Ravennatium Archiepiscopi frater es amantissimus? Quamobrem Nos et sponte et tuorum votis satisfacienti, te his litteris Legatum Nostrum eligimus, qui, nomine et auctoritate Nostra, Eucharistico illi Conventui praesideas; non dubitantes quin ipse sancto munere digne admodum sis perfuncturus. Celeberrima certe haec Congressio erit, propterea quod frequens, uti affertur, clerus populusque sacris eis diebus ex regione universa Ravennani conveniet. Fac igitur ut omnes sciant populares tui nihil magis optare communem fidelium Patrem quam ut pacificus Rex Christus studiosius in dies in Sacramento augusto colatur, idque maxime ad sacram synaxim saepissime accedendo; per eam enim fit ut homines, cum Deo coniuncti, in terris adhuc "peregrinantes, caelestium gaudia praecipiant. Quo autem haec sollemnia splendidiorem habeant exitum imprimisque in maiorem cedant animarum fructum, tibi, venerabilis frater Noster, facultatem damus ut, sollemniori die, sacris operatus, nomine et auctoritate Nostra praesentibus benedicas, plenam eisdem admissorum veniam proponendo, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Interea, divinorum auspicem munerum paternaeque benevolentiae testem esse volumus apostolicam benedictionem, quam tibi, venerabilis frater Noster, iisque omnibus qui Congressioni intererunt effuso animo impertimus.

Datum Romae apud. Sanctum Petrum, die III mensis Maii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de proprio Pastore providit, nimirum :

***17 Maii 1930.* — Titulari archiepiscopali ecclesiae Garellensi, praefecit R. P. D. Antonium Bonaventuram Jeglic, hactenus Episcopum Labacensem. «**

***20 Maii.* — Cathedrali Ecclesiae Niciensi, R. P. D. Paulum Rémond, hactenus Episcopum Clysmatenum.**

***28 Maii.* — Titulari episcopali ecclesiae Gordenae, R. D. Ioannem Saint Pierre, e dioecesi Baionensi, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Alexii Lemaître, Archiepiscopi Carthaginensis.**

II

DE FINIUM DIOECESIUM MUTATIONE

Sanctissimus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, decreto Sacrae Congregationis Consistorialis, sequentem finium dioecesium mutationem benigne statuere dignatus est :

***7 Februarii 1930.* — AGRIENSIS-VACIENSIS. —Praedium *Pernye-puszta* a paroecia *Apc* e ab archidioecesi Agriensi separatum est atque paroeciae *Lòrinci* et dioecesi Vaciensi perpetuo coniunctum.**

III

DESIGNATIO

Archiepiscopus Curitybensis designavit semel pro semper ad normam can. 1592 § 2, pro appellationibus a suo tribunali,. Ordinarium de Ponta Grossa; quam designationem Ssmus Dnus Noster per rescriptum Sacrae Congregationis Consistorialis die 10 Martii 1930 approbare dignatus est.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

MONTIS REGALIS

IURIS MATRICITATIS ET PRAECEDENTIAE

Cum diu disputatum sit in oppido Palatii Hadriani, archidioecesis Montis Regalis in Sicilia, de iure matricitatis et praecedentiae ecclesiae paroecialis S. Mariae in caelum adsumptae clerique ritus graeci, super ecclesiam S. Mariae de Lumine clerumque ritus latini, delata hac causa ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali, ad lites super tota quaestione in perpetuum terminandas, Sacra haec Congregatio in plenariis comitiis diei 31 Martii 1930 in Civitate Vaticana habitis, propositis ut infra dubiis sequentes responsiones ac solutiones dedit.

« I. An constet de iure matricitatis ecclesiae ritus graeci Palatii Hadriani.

II. An et quae onera sint recognoscenda vel imponenda ecclesiae filiali erga matricem in signum et in obsequium matricitatis.

III. An et quae norma statuenda sit circa processiones, praesertim in solemnitate Corporis Christi, atque circa praecedentiam cleri.

IV. An expediat conferre titulum Archipresbyteri parocho latino Palatii Hadriani; et quatenus *affirmative,* an conferendus sit a Sancta Sede vel a proprio Ordinario.

V. An et quae norma statuenda sit pro visitatione pastorali adimplenda in duabus paroeciis Palatii Hadriani.

VI. An expediat nunc extendere ius commune Codicis iuris canonici ad graecos-albanenses in Italia constitutos, quoad *a)* ritum, quo baptizandi sunt filii parentum mixti ritus; *b)* parochum apud quem matrimonia mixti ritus celebranda sunt; *c)* facultatem uxoris se conformandi ritui mariti)).

***B.* Ad I. *Affirmative* et amplius; seu: constare de iure matricitatis ecclesiae graecae quatenus importat honorificam praecedentiam; atque iterum perpetuum silentium auctoritate Apostolica super hac quaestione imponitur.**

Ad II. Nullum onus ecclesiae filiali imponendum esse, cum iura et officia duarum ecclesiarum et duorum parochorum nulla dependentia seu subiectione respective obstringantur, salvo tamen quod statuitur in responsione ad primum dubium,

' Ad III. Nil irmovandum; seu quoad processionem Corporis Christi servetur concordatum anno 1660 initum inter clerum graecum et clerum latinum et anno 1678 confirmatum, et quoad processionem in honorem B. M. V. Immaculatae vigens consuetudo servetur. Quod attinet ad praecedentiam: processiones generales seu pro tota civitate Palatii Hadriani, ad normam memorati concordati fiant: in aliis vero sacris functionibus in quibus interventus utriusque ritus cleri praescribitur, serventur normae reverentiae quae pro invitatis ubique et communiter adhibentur, salvo semper iure matricitatis.

Ad IV. *Negative* ad primam partem, et ad secundam provisum in prima.

Ad V. Consuetudo sacram visitationem incipiendi ab ecclesia graeca servetur; salvo tamen iure Ordinarii aliter faciendi, quatenus adiuneta hoc suadeant in aliquo casu.

Ad VI. Dilata; et ad Codificationem canonicam orientalem.

Facta de his omnibus relatione Sanctissimo ab infrascripto Cardinali Secretario, in Audientia diei 5 Aprilis 1930, Sanctitas Sua datas resolutiones approbare dignata est.

Datum Eomae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 5 Aprilis 1930.

A. CARD. SINCERO, *a Secretis.*

L. % S.

H. I. Cicognani, *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

PROVISIO ECCLESIARUM

Decretis Sacri Consilii Christiano nomini propagando die 11 Februarii 1930 Ssmus Dnus Noster dignatus est archiepiscopali' Ecclesiae Hobartensi praeficere *B*>. P. D. Gulielmum Hayden, hactenus Episcopum Wileanniensem; cathedrali Ecclesiae Geraldtonensi, B. D. Iacobum O'Collins.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

ROMANA SEU IANUEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI PAULAE FRASSINETTI, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS SORORUM A S. DOROTHEA.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Providentissime sane Dei consilio factnm est ut, invalescente contra Ecclesiam dira peste laicismi, quem dicunt, praesertim post teterrimam rerum conversionem in Gallia labente saeculo xvin peractam, mira quadam foecunditate in Ecclesia floruerint novae religiosae Congregationes, mulierum praesertim, quae, praeter officia pietatis in Deum, excellentissima opera caritatis in proximum impenso studio exercerent; in primis vero ad iuventutem christianis moribus imbuendam.

Inter easdem Familias honorificum occupat locum Institutum a Sancta Dorothea, quod suae legiferae Matris atque primae moderatricis, Venerabilis Famulae Dei Paulae Frassinetti, virtutibus et operibus summopere gloriatur. Pius Papa X, sanctae memoriae, die vigesima prima Augusti, anno millesimo nongentesimo sexto Commissionem de Causa huius Dei Famulae introducenda propria manu signare dignatus est. Probationibus dein absolutis, de heroicis virtutibus, solemni Pii Papae XI decreto, edito sub die decimaquinta Augusti anno millesimo nongentesimo vicesimo octavo, pronuntia.tum fuit easdem heroicitatis fastigium attigisse.

Statim de proponendis duobus prodigiis, quae iam praesto erant, agitata fuit quaestio. Etenim per decretum Sacrorum Rituum Congregationis, sub die quarta Iulii anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto, Cardinali Urbis Vicario iam tributa fuerat facultas instruendi Apostolicum processum super binis miraculis, quae in eadem Urbe, a Deo patrata ferebantur, invocato Ven. Servae Dei patrocinio, videlicet: ***Instantaneae ac perfectae sanationis Sororis Virginiae C aselin ab otite media catarrhali acuta purulenta cum mastoidite in aure sinistra;*** **et** ***Instantaneae perfectaeque sanationis pueri Vincentii Giovagnoli a tuberculosi ossea periostea in tarso sinistro.***

Peracto enunciato Apostolico processu, eoque exhibito ac rite aperto* apud Sacrorum Rituum Congregationem die trigesima Martii, anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto, obtentaque, die decimaseptima Octobris, anno millesimo nongentesimo vicesimo octavo, dispensatione a iudicio, in Congregatione particulari, de validitate eiusdem processus Apostolici super miraculis, in aedibus Reverendissimi Cardinalis Alexandri Verde, Causae Relatoris, die sexta Augusti, anno millesimo nongentesimo vicesimo nono, habita fuit Congregatio Antepraeparatoria, atque die decimoctava Februarii subsequentis anni. iterum disceptatum fuit de binis supradictis miraculis in Congregatione, quam vocant praeparatoriam. Quoniam indicatae sanationes praeseferunt cunctos miraculi characteres, atque super iisdem concors et propitia exstitit peritorum sententia, quos Sacra Congregatio deputaverat, idem Reverendissimus Cardinalis Alexander Verde, Causae Relator, in generali Congregatione, celebrata coram Beatissimo Patre Pio Papa XI, die prima Aprilis anno millesimo nongentesimo trigesimo, sequens dubium discutiendum proposuit: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur.* Tunc omnes, qui aderant, tam Cardinales, quam Sacrorum Rituum Congregationis Consultores ac Praelati unanimi consensu *Affirmative* responderunt. Quibus perceptis suffragiis, idem Beatissimus Pater, in re tanti momenti, mentem suam aperire distulit, donec enixis precibus a Patre luhiinum uberius subsidium exposceret. Hodierna vero die sexta Aprilis anno millesimo nongentesimo trigesimo, Dominica Passioni, divinis devotissime operatus, atque in Consistoriali, quam vocant, aula, pontificio solio assidens, ad se arcessito Rmo Cardinali Camillo Laurenti, Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, nec non Rmo Card. Alexandro Verde, Causae Relatore, una cum R. P. Carolo Salotti, Sanctae Fidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, iisque adstantibus, decrevit: *Constare de duobus propositis miraculis,* scilicet de primo: *Instantaneae ac perfectae sanationis Sororis Virginiae C aselin ab otite media catarrhali acuta purulenta cum mastoidite in aure sinistra,* et de altero: *Instantaneae perfectaeque sanationis pueri Vincentii Qiovagnoli a tuberculosi ossea periostea in tarso sinistro.*

Atque hoc decretum publici iuris fieri et in actis Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit die sexta Aprilis anno mñlesimo nongentesimo trigesimo.

C. CARD. LAURENTI, *S. B. C. Praefectus.*

***h. rB* S.**

A. Carinci, *Secretarius.*

II

ROMANA

CANONIZATIONIS BEATI ROBERTI CARD. BELLARMINO S. I. EPISCOPI ET CONFESSORIS.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet, post indultam eidem Beato venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur.

Compertum est quot quantisque impugnationibus impetita fuerit praedarissimi viri B. Roberti S. R. E. Cardinalis Bellarmino memoria, ut, qui Ecclesiae adversarios suis doctissimis scriptis vivus profugaverat, eorum impetum etiam mortuus sustinere videretur. Verum quemadmodumjluce doctrinae errores ab haereticis conflatos invicte disiecerat, ita luce sanctitatis hostium calumnias dissipavit.

Nec facile dixeris quid in eo magis admirandum obveniat, an ingenii vis et doctrinae copia, an rehgiosissimae vitae sanctimonia.

Sive enim in explendis officiis sodalis Societatis Iesu, cui fuit addictissimus, sive in sacris disciphnis tradendis, sive in perfunctione gravissimorum munerum cardinalatus et episcopatus, eo fuit pro Dei gloria et animarum salute studio incensus, ut totum ad id animum intenderit, praeclara in vario vitae genere virtutum exempla relinquens. Nec defuit divina miraculorum confirmatio, quibus rite probatis, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa Undecimus eum die decimatertia mensis Maii anno millesimo nongentesimo vigesimo tertio Beatis accensuit.

Post indultam vero eidem Beato venerationem alia duo miracula assere? bantur a Deo per eius intercessionem patrata, in sanatione nempe Ray? mundi Agràs, et Albini Benz. Quare Apostolici processus tum .Barcinone tum Colociae fuere constructi: pro quorum validitate die octava Novembris anno millesimo nongentesimo vigesimo septimo iudicatum est. Tres, uti de iure, habitae sunt Congregationes: Antepraeparatoria coram Cardinali Aidano Gasquet, felicis recordationis, die trigesima Octobris anno millesimo nongentesimo vigesimo octavo, post quam processiculus additionalis in Barcinonensi curia est adornatus; Praeparatoria in Vaticanis aedibus die vigesima octava Ianuarii huius anni, in quibus severe de his miraculis est disceptatum; Generalis demum die vigesima nona nuper elapsi mensis coram Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa Undecimo, in qua a Reverendissimo Cardinali Camillo Laurenti loco et vice Cardinalis Caietani Bisleti,

Causae Relatoris, propositum fuit dubium: ***An, et de quibus miraculis constet post eidem Beato indultam venerationem, in casu et ad effectum, de quo agitur.*** **Reverendissimi Cardinales, Praelati et Consultores suffragia sua protulerunt. Sanctissimus Dominus Noster, ut a Deo maius impetraret lumen, definitivam sententiam edere aliquantulum differre ratus est. Pro qua igitur edenda diem quartam mensis Man, Dominicam secundam post Pascha, Bono Pastori sacram, indicare dignatus est. Quare hodierna die ad Se arcessiri iussit Reverendissimos Cardinales Camillum Laurenti S. R. C. Praepositum et Caietanum Bisleti, Causae Relatorem, una cum R. P. Carolo Salotti, Sanctae Fidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, iisque adstantibus, pronunciavit:** ***Constare de utroque proposito miraculo,*** **videlicet:** ***de instantánea, perfectaque sanatione Raymundi Agràs a peritonitide acuta diffusa,*** **et** ***de instantánea, perfectaque sanatione Albini Benz a laesione pulmonari anatomica insanabili.***

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Sacrorum Rituum Congregationis referri mandavit die quarta Maii anno millesimo nongentesimo trigesimo.

C. CARD. LAURENTI, ***S. R. G. Praefectus***

L. © S.

A. Carinci, ***Secretarius.***

III

ROMANA SEU IANUEN. .

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI PAULAE FRASSINETTI, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS SORORUM A S. DOROTHEA.

SUPER DUBIO

An stante virtutum et duorum miraculorum adprobatione, **tuto** ***procedi possit ad solemnem Ven. Servae Dei Paulae Frassinetti beatificationem.***

Ingruentibus malis, quae Dei Ecclesiam undequaque premunt et urgent, opportuna ipse Deus suis temporibus semper opposuit remedia. Porro post perturbationes, quae medio saeculo xix civilem societatem vexabant, inter quas potissimum sunt adnumerandi errores in iuventute instituenda, quasi liceret magistris religionem christianam posthabere seu totaliter seponere, misericors Deus plures suscitavit viros et mulieres, qui tanto huic malo occurrerent. Hinc factum est ut plura condita sint instituta, quibus hic praecipuus finis ut videlicet non solum humanam et civilem instructionem

utriusque sexus adolescentibus impertirent, sed et animos in Sanctae Ecclesiae disciplina formarent, *quae est columna et fundamentum veritatis.* «Neque enim — uti praeclare docet Ssmus D. N. in encyclica de christiana iuventutis educatione — oblivisci unquam licebit christiane educandum totum esse hominem, quantus est, nimirum in unam naturam per spiritum et corpus coalescentem omnibusque animi et corporis partibus instructum quae vel a natura proficiscuntur vel ipsam excedunt, qualem demum ex recta ratione et ex divinis oraculis cognoscimus ».

Inter hos nobilissimum tenet locum Ven. Paula Frassinetti, insigne Ianuensis civitatis decus et ornamentum. In ea nobilissima urbe ortum duxit die tertia Martii anno millesimo octingentesimo nono, eodemque die lustralibus baptismi aquis mundata. Divina gratia praeventa, a puerilibus ludis aliena, animum ad Deum convertere in deliciis habuit. Mature ad maiora divino instinctu vocata, anno millesimo octingentesimo trigesimo quarto primordia Congregationis Sororum a Sancta Dorothea constituit ; quae Congregatio in dies magis magisque ita effloruit, ut brevi plures fundatae sint religiosae domus. Divina cantate flagrans omne genus apostolici operis in sequioris sexus spiritualem salutem exercuit, quod etiam est assequuta per suum Institutum, cuius adprobationem post multos exantlatos labores pluresque superatas difficultates ab Apostolica Sede obtinuit. Sancte obiit die undecima Iunii anno millesimo octingentesimo octogesimo secundo. Increbrescente sanctitatis fama, inquisitiones Ordinaria auctoritate, tum in Urbe tum Ianuae fuerunt peractae. Item processiculi « dihgentiarum » quem dicunt, nec non super cultu numquam praestito. Hinc decreta fuerunt edita die vigesima secunda Aprilis anno millesimo nongentesimo tertio super adprobatione scriptorum, die vigesima secunda Augusti anno millesimo nongentesimo sexto super Causae Introductione, et die decima Aprilis anno millesimo nongentesimo septimo super cultu nunquam exhibito. Iisdem in locis Apostolici processus fuerunt constructi super virtutibus nec non super miraculis in genere. Horum et praecedentium processuum validitas per decretum diei undecimae Iunii anni millesimo nongentesimo vigesimo quarto fuit recognita. Post tria de more comitia, Sanctissimo Domino Nostro adprobante, de heroicis virtutibus decretum fuit editum die festo Assumptionis B. M. V. anno millesimo nongentesimo vigesimo octavo. Interim Apostolica facta est in Urbe inquisitio super duabus sanationibus, quae supra naturae leges, venerabilis Paulae intercessione, asserebantur obtentae. De his pariter tertio coram Sanctitate Sua disceptatum est, et decretum nuper promulgatum.

Unum tandem supererai inquirendum utrum Beatorum Caelitum honores Venerabili Paulae Frassinetti *tuto* decerni possent. Quare in Generali

Sacrae huius Congregationis conventu, coram Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa Undecimo die vigesima nona mensis Aprilis habito, Reverendissimus Cardinalis Alexander Verde, Causae Relator, dubium instituit: *An, stante virtutum et duorum miraculorum adprobatione,* tuto *procedi possit ad sollemnem Ven. Servae Dei Paulae Frassinetti beatificationem.*

Omnes Reverèndissimi Cardinales et omnes Praelati et Consultores in affirmativam responsionem concesserunt : nihilominus Beatissimus Pater sententiam suam edere distulit, lumen a Deo suis aliorumque precibus impetraturus.

Hodierna vero die quarta Maii anno millesimo nongentesimo trigesimo, Dominica secunda post Pascha, Bono Pastori recolendo consecrata, Eucharistico sacrificio devotissime litato, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa Undecimus ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimos Cardinales Camillum Laurenti, Sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Alexandrum Verde, Causae Relatorem, nec non R. P. Carolum Salotti Sanctae Fidei Promotorem generalem meque infrascriptum Secretarium, hisque adstantibus, pronuntiavit: « Tuto *procedi posse ad sollemnem venerabilis Paulae Frassinetti beatificationem ».*

Hoc autem decretum publici iuris fieri, in acta Sacrae Rituum Congregationis referri, litterasque Apostolicas in forma Brevis de sollemnibus Beatificationis in Vaticana Basilica quandocumque celebrandis expediri mandavit die quarta Maii anno millesimo nongentesimo trigesimo.

C. CARD. LAURENTI, ***S. B. C. Praefectus.***

L. © S.

A. Carinci,. ***Beeretarius.***

IV

QUEBECEN.

CANONIZATIONIS BB. IOANNIS DE BRÉBEUF, ISAACI JOGUES ET SOCIORUM, MARTYRUM S. I.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis, post indultam eisdem Beatis Martyribus venera-' tionem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Horrescit animus in tormentis recolendas, quae pro Christi nomine, medio saeculo xvn, Beati Martyres, qui in Canadensem regionem apostolico spiritu ducti se contulerant, passi sunt. Hi fuere Ioannes de Brébeuf, Isaac Jogues, Gabriel Lalemant, Antonius Daniel, Carolus Garnier, Natalis

Chabanel, sacerdotes, Renatus Goùpil et Ioannes de la Lande, coadiutores, Omnes e Societate Iesu. Hi nati sunt in Gallia^ foecunda missionalium operariorum et martyrum altrice. Societati Iesu mature se adiunxerunt et a suis Moderatoribus in Novam Galliam, quo tunc appellabatur nomine Canadensis regio, ad Evangelium praedicandum fuerunt missi.

Libentissimo animi ardore pro animarum sibi creditarum salute difficultates omne genus superarunt, durissimosque labores et egestatem apud barbaras illas tribus fortiter sustinuerunt, Deo sic disponente ut ad maiora sustinenda pararentur.

Martyrium non omnes una simul fecerunt, ab anno millesimo sexcentésimo quadragesimo secundo ad annum quadragesimum nonum eiusdem saeculi a ferocibus silvicolis dira nece interempti. « Tolle martyrum certamina — ait S. Ambrosius — tulisti coronas, tolle cruciatus tulisti beatitudines » (4 sup. Luc. 41). Gloriosum certamen sequuta est glorificationis corona. Servatis enim de iure servandis, Ssmus D. N. Pius Papa XI, die S. Aloisio Gonzagae sacra anno Iubilaei millesimo nongentesimo vigesimo quinto, hos fortissimos púgiles Beatorum fastis adscripsit.

Peracta vix Beatificatione, ad horum Beatorum martyrum simul invocatorum intercessionem nonnullae dicebantur sanationes supra naturae leges evenisse. Quare Commissionem reassumptionis Causae ad Canonizationem Ssmus D. N. Sua manu signare dignatus est die vigesima quinta Novembris anni eiusdem. Eemissoriales proinde litterae ad Episcopos Chatamensem et S. Hyacinthi fuere transmissae. Processus illic super duabus ex his sanationibus sunt ad iuris normam constructi et ab Sacra hac Congregatione adprobati. De his sanationibus est disceptatum primo in antepraeparatoria Congregatione die vigesima prima Ianuam anni huius apud Reverendissimum Cardinalem Alexandrum Verde, Causae Relatorem, altera vice die decimaoctava Martii coram Reverendissimis Cardinalibus Sacro huic Ordini adscriptis; in Generali vero die sexta mensis huius coram Ssmo D. N. Pio Papa XI, in qua Reverendissimi Cardinales, Praelati et Consultores Sacrae huius Congregationis suum quisque edidere votum. Verum Beatissimus Pater sententiam suam pandere per aliquot distulit dies, caelestis interim luminis praesidium a Deo imploraturus.

Quocirca hodierna die undecima Maii, Dominica III post Pascha, fortissimorum martyrum Alexandri I Eomani Pontificis et Sociorum memoriae consecrata, sacratissimo Eucharistico Sacrificio religiose litato, Beatissimus Pater ad Se advocari mandavit Reverendissimos Cardinales Camillum Laurenti, S. R. C. Praefectum, et Alexandrum Verde, Causae Relatorem, una cum R. P. Carolo Salotti Sanctae Fidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, iisque adstantibus pronunciavit: ***Constare de utroque***

proposito miraculo, nempe: de instantánea perfectaque sanatione Mariae Robichaud, in religione Sororis Savoia, a peritonitide tubereulari fibrocaseosa, et *de instantánea perfectaque sanatione Alexandrae Ruel, in religione Sororis Mariae Maximae, a peritonitide tubereulari.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. E. C. referri mandavit die undecima mensis Man anno millesimo nongentesimo trigesimo.

C. CARD. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

L. & S.

A. Carinci, *Secretarius.*

v

ROMANA SEU FALISGODUNEN.

CANONIZATIONIS BEATAE LUCIAE FILIPPINI, FUNDATRICIS INSTITUTI MAGISTRARUM, PIARUM AB EIUS COGNOMINE NUNCUPATARUM.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Mirificus in sanctitate Deus, et ad suam gloriam ostendendam et in signum sanctitatis servorum suorum *faciens prodigia,* humilem ancillam suam Luciam Filippini nostris hisce diebus post fere duo saecula miro modo voluit exaltare.

Anno millesimo sexcentésimo septuagesimo secundo, Corneti ortum duxit. Utroque parente mature orbatam Cardinalis Marcus Antonius Barbadigo, Episcopus Faliscodunen. et Cometan., qui raras puellae dotes suspexerat, Faliscodunum secum adduxit. Sub brevi magisterio insignis servae Dei Eosae Venerini, ab eodem Cardinali Viterbio Faliscodunum accitáe ut ludum institueret Viterbiensi similem, Lucia adeo profecit, ut nulla ea aptior exstiterit quam Eosa Episcopo scholis regendis designaret. Nec res spem fefellit. Immo plures puellae ad conlaborandum in iuventute instituenda ei se adiunxerunt. Hinc factum est ut nova Magistrarum Piarum familia, Cardinalis Episcopi auctoritate, fuerit instituta, et certatim plures Episcopi pro suis dioecesibus, immo et ipse Summus Pontifex Clemens XI, sanctae memoriae, pro Urbe, Luciae et filiarum eius operam sibi comparare studuerint. Anno millesimo septingentésimo trigesimo secundo sanctam oppetiit mortem. Servae Dei virtutes heroicas fuisse Sacra Eituum

Congregatio, Sanctissimo Domino Nostro adprobante, decrevit anno millesimo nongentesimo vigesimo quarto. Tribus miraculis rite probatis, sollemnis eius Beatificatio die decimatertia Iunii anno millesimo nongentesimo vigesimo sexto fuit celebrata. Ipsa Beatificationis die et hora mire sanata est in Urbe Soror Nicolina Gennari ex Instituto Magistrarum Piarum, et post tredecim dies alia non minus mirifica habita est sanatio in puero Antonio Manieri hac ipsa in Urbe.

Apostolicus adornatus est Processus. Trium peritorum requisitum est votum, quod fuit plenissime affirmativum in agnoscendo supra totius naturae vires sanationes evenisse. Tria de iure habita sunt comitia. Prius apud Reverendissimum Cardinalem Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Causae Relatorem, die decima Decembris anno millesimo nongentesimo vigesimo nono: alterum, quod praeparatorium vocant, in Vaticanis aedibus die quarta mensis Martii anni huius: tertium vero coram Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI die sexta mensis Maii. In quo Reverendissimus Cardinalis Causae Relator dubium proposuit: *An, et de quibus miraculis, post indultam Beatae Luciae Filippini venerationem, constet in casu et ad effectum, de quo agitur.* Patres Cardinales Sacri huius Ordinis, Praelati et Consultores sua quisque suffragia ediderunt. Verum Sanctissimus Pater iudicium sibi de more prorogandum duxit, et adstantes, ut preces ingeminarent, est hortatus, a benignissimo Deo lumina impetraturus.

Ad significandam vero sententiam Suam, hodiernam diem elegit, Dominicam tertiam post Domini Resurrectionem, in qua fortissimus Martyr Alexander Primus decessor Suus commemoratur, et ad Se accivit Reverendissimos Cardinales Camillum Laurenti, S. R. C. Praefectum, et Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopum Albanen., Causae Relatorem, una cum R. P. Carolo Salotti, Sanctae Fidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, iisque adstantibus, pronuntiavit: *Constare de duobus propositis miraculis,* scilicet, *de instantánea perfectaque sanatione Sororis Nicolinae Gennari, Magistrae Piae, a gravi tuberculosi pulmonari cum pleuritide,* et *de instantánea perfectaque sanatione pueri Antonii Manieri a gravi bronco-pneumonitide bilaterali.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri, et in acta Sacrorum Rituum Congregationis referri mandavit die undecima Maii anno millesimo nongentesimo trigesimo.

C. CARD. LAURENTI, ***S. B. C. Praefectus.***

L. © S.

A. Carinci, ***Secretarius.***

VI

QUEBECEN.

CANONIZATIONIS BB. IOANNIS DE BRÉBEUF, ISAACI JOGUES ET SOCIORUM MARTYRUM S. I.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum miraculorum post indultam praedictis Beatis venerationem, tuto *procedi possit ad solemnem ipsorum canonizationem.*

Quae nunc vigent in Canadensi Dominio, nec non in reliqua America septemtrionali, floridissimae dioeceses, praeter alios innumeros, quibus paullatim crevere, apostolicos labores et conatus, gloriosum etiam martyrum sanguinem, incrementi sui foecundam originem, habuerunt. Ex pluribus enim missionalibus viris, qui zelo animarum abrepti apud aborígenas incolas illarum regionum Evangelium praedicarunt, non pauci cruentam pro fide mortem invicto animo, dira inter supplicia, oppetierunt. Ex iis octo inter sodales Societatis Iesu post iudicialia acta rite expleta, a Ssmo D. N. Pio Papa XI anno millesimo nongentesimo vigesimoquinto Beati nuncupati sunt, nempe : Ioannes de Brébeuf, Isaac Jogues, Gabriel Lalemant, Antonius Daniel, Carolus Garnier, Natalis Chabanel, sacerdotes, necnon Renatus Goupil et Ioannes de La Lande, coadiutores. Horum quinque in ea, quae nunc est regio Canadensis Dominii, martyrium passi sunt, tres vero in ea septemtrionalis Americae parte, quae ad actualem Statum Neo-Eboracensem pertinet, sanguinem pro Christo fuderunt. Quos omnes primitias Martyrum in ea occidentali mundi plaga Ecclesia salutat, ut nec illic videantur sine martyrii gloria segetes christianae fidei potuisse succrescere.

Post indultam vero his Martyribus venerationem, Apostolici, processus super duabus sanationibus fuere instructi, quas sanationes, servatis de iure servandis, vera esse miracula die undecima huius mensis, Sanctissimo Domino Nostro approbante, fuit decretum.

Ut Causae finis in nostro foro imponeretur, unum discutiendum supererai dubium: *An, stante approbatione duorum miraculorum post indultam eisdem Beatis venerationem,* tuto *procedi possit ad solemnem ipsorum canonizationem.*

Eapropter in Generali Congregatione coram SS. D. N. die decimatertia mensis huius habita, Reverendissimus Cardinalis Alexander Verde, Causae Relator, hoc dubium proposuit. Reverendissimi Cardinales, nec non Prae-

lati et Consultores,] sacro huic Ordini adsciti, in affirmativam !concessere sententiam. Nihilominus Beatissimus Pater, maioris gratiae auxihum imploraturus, adstantes est hortatus ut preces ad Deum effunderent.

Hac itaque die, Dominica IV post gaudia Resurrectionis, divina Hostia pientissime libata, ad se arcessivit Reverendissimos Cardinales Camillum Laurenti, S. R. C. Praefectum, et Alexandrum Verde, Causae Relatorem, nec non R. P. Carolum Salotti, Sanctae Fidei Promotorem generalem, meque infrascriptum Secretarium, eisque adstantibus pronunciavit: « Tuto ***procedi posse ad Beatorum Martyrum Ioannis de ¡Brébeuf, Isaaci Jogues, Gabrielis Lalemant, Antonii Daniel, Caroli Garnier, Natalis Chabanel, Renati Goupil et Ioannis de La Lande, e Societate Iesu, canonizationem».***

Hoc autem decretum in vulgus edi et in Sacrae Rituum Congregationis acta refèrri mandavit die decima octava Maii anno millesimo nongentesimo trigesimo.

C. CARD. LAURENTI, ***S. R. C. Praefectus.***

L. © S.

A. Carinci, ***Secretarius.***

VII

ROMANA

CANONIZATIONIS B. ROBERTI S. R. E. CARD. BELLARMINO S. I., EPISCOPI ET CONFESSORIS.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum miraculorum post indultam praedicto Beato venerationem, **tuto** ***procedi possit ad solemnem ipsius canonizationem.***

Quum Novatores saeculi xvi tot tantisque erroribus veritatem catholicae fidei impeterent, in id praecipuo conatu adniti visi sunt, ut Romani Pontificis auctoritatem convellerent, quo submoto angulari Ecclesiae lapide, facile totum catholicae veritatis aedificium corrueret. At illi quidem ***meditati sunt inania,*** **stante verbo Domini:** ***Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi*** **(Matth., XXVIII, 20). Et sane providentissimus Deus in ea etiam temporum procella praesentissimus Ecclesiae suae adfuit, tum multiplici suae gratiae auxilio, tum etiam suscitatis in Ecclesia viris sanctitate aeque ac doctrina insignibus, qui impugnatas ab haereticis veritates strenue ab errore vindiearent. Quos inter Cardinalem Robertum Bellarmino non immerito dixeris principem ea aetate, Romani**

Pontificatus propugnatorem et vmdicem, ut, quas haeretici praerogativas Romano Episcopo impudenter denegabant, eaedem, doctissimi viri opera, clariore luce niterent. Cuius tanti viri suprema in Ecclesia glorificatio, si Deo placuerit, quasi nova gemma accedet faustissimo Iubilaeo sacerdotali Sanctissimi Domini Nostri, ad terminum iam feliciter properante

Iamvero, quum post indultam Beato Roberto venerationem nova, eo intercedente, patrata dicerentur prodigia, confecti sunt Apostolici processus, quorum validitate recognita, de propositis miraculis sedulo tribus in Congregationibus disceptatum est, praehabitis probatissimorum peritorum votis. Post quae a Ssmo D. N. ***constare de iis miraculis*** **nuper decretum est.**

Unum itaque supererat inquirendum utrum ***tuto*** **ad Beati Boberti canonizationem procedi posset. Quare Reverendissimus Cardinalis Camillus Laurenti loco et vice Cardinalis Caietani Bisleti, Causae Relatoris, in Generali Congregatione coram Ssmo D. N. Pio Papa XI habita die decimatertia mensis huius dubium proposuit:** ***An, stante approbatione duorum miraculorum post indultam Beato Roberto venerationem,*** **tuto** ***procedi possit ad solemnem ipsius canonizationem.*** **Quotquot aderant Reverendissimi Cardinales, Praelati et Consultores Sacri huius Ordinis in afiirmativum convenere suffragium. Verum Sanctissimus Dominus Noster sententiam Suam edere aliquantisper distulit, ut in re tanti momenti caelestis gratiae lumen suis et aliorum precibus imploraret.**

Sacra actione, hodierna die, Dominica IV post Pascha, sancte celebrata ad Se arcessiri mandavit Reverendissimus Cardinales Camillum Laurenti S. R. C. Praefectum et Caietanum Bisleti, Causae Relatorem, una cum R. P. Carolo Salotti S. Fidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, eisque adstantibus pronunciavit: « Tuto ***procedi posse ad Beati Roberti Cardinalis Bellarmino canonizationem ».***

Hoc autem decretum legitime promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit die decima octava Maii anno millesimo nongentesimo trigesimo.

C. CARD. LAURENTI, ***S. R. C. Praefectus.***

- © S. .

A. Carinci, ***Secretarius.***

VIII

ROMANA SEU FALISCODUNEN.

CANONIZATIONIS BEATAE LUCIAE FILIPPINI, FUNDATRICIS ATQUE ANTISTITAE INSTITUTI MAGISTRARUM PIARUM AB EIUS COGNOMINE NUN CUP AT ARUM.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum miraculorum post indultam praedictae Beatae venerationem, tuto *procedi possit ad solemnem ipsius canoni- ' zaiionem.*

Inscrutabili divinae Sapientiae consilio factum est ut famulae Dei Luciae Filippini Beatificationis et Canonizationis causa, quae diutius quam humana prudentia existimaret, tacuit, paucos intra annos mira celeritate ad suum terminum feliciter properaret, hisce praecipue diebus quibus contra christianam iuventutis educationem inimicorum astus, facto agmine, undique componuntur. Suprema glorificatio B. Luciae, quae virtutibus et multiplicibus operibus ad pietatem et scientiam bonasque artes adolescentularum animos informavit, et per suas spirituales filias iugiter informat, hos astus retundit, et palam ostendit pietatem amicam, non vero lucis esse inimicam, « Lucia Filippini », aiebat Ssmus D. N'. Pius Papa XI die vigesima prima Martii anno millesimo nongentesimo vigesimo sexto, «Magistra sancta et sanctarum magistrarum exemplar et formatrix tum equidem temporibus quibus ea vixit mire respondet, tum hisce nostris, quibus divina Providentia miraculorum gloria eius revocat memoriam, eiusque iterum commendat exempla ».

Quae porro exempla ut nostrae potissimum îucerent aetati, divinitus factum esse videtur ut Causa Servae Dei modo excitata revivisceret. Supremum enim diem B. Lucia Faliscoduni obiit anno millesimo septingentésimo trigesimo secundo, Commissio vero introductionis Causae a Pio X fel. rec. die decima Iulii anno millesimo nongentesimo duodecimo signata est: solemnia vero Beatificationis die decimatertia Iunii anno millesimo nongentesimo vigesimo sexto sunt celebrata.

Apostolicus Processus paulo post in Urbe fuit adornatus super duabus sanationibus quae ad invocationem B. Luciae supra naturae leges asserebantur obtentae, quaeque vera esse miracula, rite expletis, iuxta nostri fori leges, omnibus requisitis actibus, die undecima mensis huius est decretum.

' Unum igitur mquirendum reliquum erat utrum *tuto* ad Beatae Luciae canonizationem procedi posset. Quare Reverendissimus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte in Generali Congregatione coram Ssmo D. N. habita die decimatertia huius mensis dubium instituit: *An stante approbatione duorum miraculorum post indultam Beatae Luciae venerationem* tuto *procedi possit ad solemnem ipsius canonizationem.* Reverendissimi Cardinales, Praelati et Consultores concordi suffragio *tuto procedi posse* responderunt. Attamen Ssmus Pater Suam sententiam distulit aperire, donec in re tanti momenti maioris gratiae copiam a Deo suis et aliorum precibus impetraret. Quod et fecit. Hodierna itaque die, Dominica IV post Pascha, sacro devotissime celebrato, ad Se advocavit Reverendissimus Cardinales Camillum Laurenti S. R. C. Praefectum et Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopum Albanensem, Causae Relatorem, una cum R. P. Carolo Salotti Sanctae Eidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, iisque adstantibus pronuntiavit: « Tuto *procedi posse ad Beatae Luciae Filippini canonizationem».*

Hoc autem decretum publici iuris fieri, et in acta S. R. C. referri mandavit die decimaoctava Maii, anno millesimo nongentesimo trigesimo.

C. CARD. LAURENTI, *8. B. C. Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

IX

PASSAVIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI FR. CONRAD I A PARZHAM, LAICI PROFESSI ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Inter insignes viros, de quibus catholica Bavaria gloriatur, merito Ven. Frater Conradus a Parzham est accensendus. A piis honestisque parentibus ruricolis Bartholomaeo Birndorfer et Gertrude ÏTiedermayer anno millesimo octingentesimo decimo octavo ortum duxit puer, cui in sacro baptismate Ioannis nomen impositum. Pietatem in Deum veluti cum laete a genitoribus hausit, et vix puerulus ieiuniis et asperis cruciatibus eorpusculum vexare et orationi, vel dum laboribus erat intentus, coepit

instare. Quem morem per totam vitam indeficienter servavit. Parentibus demortuis, annos agens triginta tres pingue domesticum patrimonium pro Deo a se abiecit, et ad Ordinem Minorum Capuccinorum advolavit, in quo, suscepto Conradi nomine, religiosis votis vix emissis, arduum ostiarii officium iam ex tunc a Superioribus, spectata eius vitae sanctitate, ei fuit concreditum in conventu sanctae Annae Vetoettingensi, ad quem plura centena hominum millia quotannis, peregrinationis ergo, accedunt ob continens Beatae Virginis thaumaturgae sanctuarium. Quo munere ultra quadraginta et unum annos « functus est omni cum diligentia, discretione, et insuperabili patientia; semper humilis, pii, devoti, simplicis, maturi et laboriosi fratris partes explens. Nemo eum nec murmurantem et morosum, nec detrahentem vel temere iudicantem, nec unum verbum inutile et superfluum proferentem audivit, quamvis cum hominibus innumeris per decursum multorum annorum tractare debuisset. Munus suum fratrem Conradum totum occupavit ita, ut ei non raro tempus defuerit, cum fratribus mensa communi utendi» *(Anal. Ord. Cap.,* vol. X). Viribus defessus munere se abdicavit et post triduum die vigesima prima Aprilis, anno millesimo octingentesimo nonagésimo quarto, purissimam animam exhalavit. Sanctitatis fama et gratiae innumerae immo et miracula eius sepulcrum gloriosum reddiderunt et reddunt. Apostolici processus fuerunt adornati super virtutibus in dioecesi Passaviensi et rite ab hac Sacra Congregatione approbati; servatisque de iure servandis, heroicas fuisse virtutes fuit decretum die Beatae Virgini in caelum Assumptae sacra anno millesimo nongentesimo vigesimo octavo. Binae rnirae sanationes ab actoribus fuere selectae super quibus Apostolici confecti sunt processus — de quorum validitate actum est die decimatertia Novembris anno eodem. — Severissimo peritorum iudicio hae sanationes fuere subiectae, immo et collegiale votum trium peritorum super altera sanatione quaesitum. De his in tribus, quae coadunatae sunt Congregationes, est disceptatum: in Antepraeparatoria coram Reverendissimo Cardinali Andreae Frühwirth, Causae Relatore, die undecima mensis Februarii anni huius; in Praeparatoria in Vaticani aedibus die octava Aprilis; demum in Generali die vigesima mensis huius coram Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI, in qua Reverendissimus Cardinalis Andreas Frühwirth, Causae Relator, dubium proposuit: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Reverendissimi Cardinales, Praelati et Consultores suam quisque pandere sententiam, Beatissimus vero Pater suam edere ahquantulum distulit : interim hortatus est ad Deum preces ingeminari, ut maioris luminis sibi copia daretur.

Hodierna autem die, Dominica V post Domini Resurrectionem, memoriae fortissimi Ecclesiae libertatis assertoris Gregorii Papae VII consecrata,

ad Se advocavit Reverendissimus Cardinales Camillnm Laurenti S. R. C. Praefectum et Andream Frühwirth, Causae Relatorem, una cum R. P. Carolo Salotti, .sanctae Fidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, eisque adstantibus pronuntiavit: ***Constare de duobus propositis miraculis:*** **scilicet de primo:** ***Instantaneae perfectaeque sanationis Cunegundis Aepfelbacher ab ulcere magno, inveterato, varicoso, incurabili;*** **et de altero:** ***Instantaneae perfectaeque sanationis puellae quadrimulae fflißae JErl ab impotentia standi et ambulandi, parta ab atonia musculari congenita seu a morbo « Oppenheim », qui in subiecto a rachitide florida affecto patuit.***

Hoc autem decretum publici iuris fieri, et in acta S. R. C. referri mandavit die vigesima quinta Maii, anno millesimo nongentesimo trigesimo.

C. CARD. LAURENTI, ***JS. R. G. Praefectus.***

L. © S.

A. Carinci, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DE MARIANI ROSARII RECITATIONE APUD CHRISTIFIDELES RITUS RUTHENI

Ordinarius Stanislaopolitanus Euthenorum Sanctae Sedi sequens dubium pro opportuna solutione proposuit:

« Utrum christifideles rutheni ritus Indulgentias recitationi Rosarii B. M. V. adnexas merentur, quamvis in proprio ritu angelica salutatio differat ab illa latini ritus et in fine contineat brevem mentionem respectivi mysterii ».

Sacra Poenitentiaria Apostolica, re mature perpensa, respondet: *Négative,* attentis tamen omnibus a Revmo Ordinario oratore in suis litteris expositis, auctoritate Ssmi, de cuius mandato memoratum dubium huic Sacro Tribunali delatum est, benigne indulget ut omnes rutheni ritus christifideles, qui descripta ratione angelicam salutationem in persolvendo Rosario B. M. V. recitare solent, omnes eiusdem Rosarii Indulgentias lucrari valeant. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 29 Aprilis 1930.

S. Luzio, *S. P. Regens.*

L. © S. .

S. de Angelis, *Substitutus.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, 2 Giugno, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. EMILIO DE PALACIOS Y FARE, Ambasciatore e Ministro Plenipotenziario di Spagna, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 6 Maggio 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, sì è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali con i Prelati Officiali e Consultóri teologi, che la compongono, hanno emesso il loro voto dapprima sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione dei Beati Martiri Giovanni de Brébeuf, Isacco Jogues e Socii della Compagnia di Gesù e quindi sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della Beata Lucia Filippini, Fondatrice dell'Istituto delle Maestre Pie, dal suo cognome dette Filippini.

I rispettivi miracoli vengono proposti per le relative canonizzazioni dei predetti Martiri Giovanni de Brébeuf e Socii, e della Beata Lucia Filippini, vergine.

Martedì, 13 Maggio, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Prelati ed ì Consultori Teologi hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio detto del *Ulto* per le seguenti solenni canonizzazioni : 1° del Beato Roberto Cardinale Bellarmino, Vescovo e Confessore, della Compagnia di Gesù ; 2° dei Beati Martiri Giovanni de Brébeuf e Socii, della Compagnia di Gesù; e 3° della Beata Lucia Filippini, Fondatrice dell'Istituto delle Maestre Pie, dette dal suo cognome, Filippini.

Martedì, 20 Maggio 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi che la compongono, hanno discusso il dubbio su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Ven. Servo Dio Corrado da Parzham, Laico professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini, i quali miracoli vengono proposti per la beatificazione del medesimo Servo di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

4 Gennaio 1930. **Monsig. Luigi Hudal, Rettore del Collegio e Ospizio di S. Maria dell'Anima,** ***Consultore della Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio.***

6 Febbraio » **Il Revmo P. D. Enrico Quentin, O. S. B., delia Congregazione di Solesmes,** ***Relatore generale della Sezione storica dei Consultori delia Sacra Congregazione dei Riti.***

22 » » **I Revmi P. Ferdinando Antonelli, O. P. M., professore di storia ecclesiastica nel Collegio internazionale di S. Antonio; D. Ursmar Berlière, O. S. B., Congr. Belg., Preside della Commissione storica dell' Accademia del Belgio; P. Fredegando Callaey, O. M. Cap., Archivista generale dell'Ordine stesso ; l'IUmo e Revmo Monsig. Enrico Carusi, Scrittore della Biblioteca Vaticana; il Revmo P. Ippolito Delehaye, S. I., Preside della Società dei Bollan disti ; gli Illöii sigg. comm. dott. Pio Franchi de' Cavalieri, Scrittore onorario della Biblioteca Vaticana, e Giorgio Goyau, dell'Accademia Francese; l'Illmo e Revmo Monsig. Luigi Gramática, Canonico vaticano ; il Revmo P. D. Mauro Inguanez, O. S. B., Archivista delPàrchicenobio Cassinese; gl'Illmi e Revmi Monsig. Giovanni Pietro Kirsch, Preside del Pont. Istituto di archeologia cristiana; Monsig. Angelo Mercati, Prefetto degli Archivi vaticani; i Revmi PP. D. Cuniberto Moniberg, O.S.B., professore nel Pont. Istituto di archeologia cristiana, P. Carlo Newdigate, S. I. ; l'Illmo e Revmo Monsig. Pio Paschini, professore di storia ecclesiastica nel Pont. Seminario Maggiore; i Revmi PP. Paolo Peeters, S. L, dei Bollandisti; P. Giuseppe Maria Pou y Marti, O. F. M., Archivista dell'Ambasciata di Spagna presso la S. Sede; l'Illmo e Revmo Monsig. Felice Ravanat, Canonico vaticano ; i Revmi PP. Carlo Silva Tarouca, S. I.,**

professore di storia nella Pont. Università Gregoriana; P. Pietro Tacchi Venturi, S. I.; P. Gabriele Théry, 0. P., Preside dell'Istituto storico domenicano di S. Sabina; l'Ulmo e Revmo Monsig. Eugenio Tisserant, Scrittore della Biblioteca Vaticana, *Consultori della Sezione storica presso la Sacra Congregazione dei Riti.*

19 Marzo 1930. **Il Revmo P. Ferdinando Antonelli, O. F. M., predetto,** *Vice-Relatore generale della medesima Sezione storica.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

11 Agosto 1929. **Monsig. Giovanni Valaitis, della diocesi di Vilkaviskis.**
11 » » **Monsig. Adamo Simone Povilaitis, della medesima diocesi.**
11 » » **Monsig. Francesco Kuraitis, della medesima diocesi.**
24 Gennaio 1930. **Monsig. Ubaldo Ramacci, della diocesi di Cagli.**
» » **Monsig. Enrico Wienken, dell'Amm. ap. di Berlino.**
22 Febbraio **Monsig. Edoardo Kindl, delPAmm. ap. del Banato Serbo.**
» » **Monsig. Giuseppe Ocetek, della diocesi di Brno.**
» » **Monsig. Giovanni Stepánek, della medesima diocesi.**
» » **Monsig. Raimondo Kobza, della medesima diocesi.**
» » **Monsig. Giuseppe Kalabus, della medesima diocesi.**
13 Marzo **Monsig. Antonio Golik, della diocesi di Segna.**
» » **Monsig. Tommaso Millett, dell'archidiocesi di S. Francisco in California.**
» **Monsig. Giuseppe Moss, di Roma.**
Monsig. Giulio Razza, della diocesi di Piacenza.
18 **Monsig. Giuseppe Guillois, del Patriarcato latino di Gostau tinopoli.**
19 » **Monsig. Alfredo Pesce, di Roma.**
27 » **Monsig. Pantaleone D'Amato, dell* archidiocesi di Amalfi.**
28 **Monsig. Luigi Valentini, di Roma.**
4 Aprile **Monsig. Giuseppe Trossi, dell'Ordinariato Castrense Italiano.**
» » **Monsig. Goffredo Rohr, dell'archidiocesi di Colonia.**
11 **Monsig. Stanislao Premrl, della diocesi di Lubiana.**
» **Monsig. Raffaele Fuhr, della diocesi di Los Angeles e S. Diego.**
14 **Monsig. Carlo Sassi, della diocesi di Alessandria.**
24 **Monsig. Carlo Emanuele Toraldo, di Roma.**
» **Monsig. Pompeo Duarte Diniz, dell'archidiocesi di Olinda.**

24 Aprile 1930. **Monsig. Saturnino Alpiniano Pitombo, dell'archidiocesi di S. Salvatore della Bahia.**
» » » **Monsig. Francesco Manoel da Silva, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Adolfo Figueredo, della medesima archidiocesi.**
1 Maggio » **Monsig. Dionigi Gélinas, della diocesi di Trois Rivières.**

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. **S.:**

9 Dicembre 1929. **Sig. Conte Mario De Vella-CIary, di Alessandria d'Egitto.**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di **S. S.:**

28 Febbraio 1930. **Monsig. Andrea De Bonis, dell'archidiocesi di Gaeta.**
13 Marzo » **Monsig. Vincenzo Gebauer, dell' archidiocesi di Vienna.**
» » » **Monsig. Eugenio Etz, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Francesco Schmid, della medesima archidiocesi.**
4 Aprile » **Monsig. Angelo Ficarra, della diocesi di Girgenti.**
11 » » **Monsig. Ermanno Klens, della diocesi di Paderborn.**
22 » » **Monsig. Fortunato Alves Linhares, della diocesi di Sobral.**
22 » » **Monsig. Vincenzo Martins de Costa, della medesima diocesi.**

Cameriere d'Onore di Spada e Cappa di numero di S. S. :

29 Marzo 1930. **Comm. Pio Manzia, Maestro di Casa di S.S.**

Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S. :

6 Febbraio 1930. **Sig. Ferdinando Cottet, della diocesi di Leon.**

NECROLOGIO

29 Dicembre 1929. **Monsig. Quintino Rodríguez De Oliveira e Silva, Vescovo di Crato.**
10 Maggio 1930. **Monsig. Ferdinando Thiry, Vescovo di Fukuoka.**
13 » » **Monsig. Arcadio Lisiecki, Vescovo di Katowice.**
27 » » **Monsig. Alfonso Foucault, Vescovo di Saint-Dié.**
» » » **Monsig. Giovanni Pietro Rey, Arcivescovo tit. di Filippopoli di Tracia.**
28 » » **Emo Sig. Card. LUDOVICO ENRICO LUÇON, del Titolo di Santa Maria Nuova, Arcivescovo di Reims.**
29 ». » **Monsig. Roberto Bürkler, Vescovo di San Gallo.**

Annus XXII - Yol. XXII 3 Iulii 1930 Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

I

IN SOLEMNI CANONIZATIONE

BEATARUM CATHARINAE THOMAS ET LUCIAE FILIPPINI, VIRGINUM, IN BASILICA VATICANA, DIE XXII IUNII MDCCCCXXX PERACTA.

Ad 'postulationem instanter *factam per Advocatum Sacri Consistorii Augustum Milani a Viro Eminentissimo Camillo Laurenti, Cardinali Praefecto Sacrorum Rituum Congregationi, Rmus B. Nicolaus Sebastiani, Secretarium Litterarum ad Principes, nomine Sanctitatis Suae, ita respondit:*

I. Enuntiatae modo postulationi Sanctissimus Dominus noster concedere paratus est: immo eo paratior, quod honores beatis virginibus Catharinae Thomasiae et Luciae Fihppiniae decernendi fieri demum non potest quin in Dei Ecclesiaeque gloriam, in duarum decus atque incrementum religiosarum sodalitatum et in catholici nominis utilitatem copiose redundent. Ees igitur adesse properat summopere laetabilis, atque omnia ad hanc cumulandam eventi iam diu optati faustitatem conspirare quodammodo videntur. Spectaculum enim mirificum ante oculos nobis hodie propositum. Sub ista, quae magnifica imminet, immensitate tholi; in hoc templi maximi artificio ac splendore, ubi Principum Apostolorum cineres non tam hodierno die quiescere quam gaudio exsilire putandi sunt; in amplissimo Purpuratorum Patrum Antistitumque consessu inque tanta hac civium advenarumque frequentia: cur non consecrationem utriusque virginis unusquisque cupide appetat ac praestoletur itemque in divinae Ohristi Iesu Sponsae admirationem rapiatur? Nemo enim non intellegit,

Laeta ista quidem, quae, etsi vobis, Venerabiles Fratres, minime ignota, placuit tamen, quasi vos in laetitiae Nostrae partem vocando, commemorare. Verum tristia nonnulla interciderunt, quorum recentiora alia, alia iam pridem evenire coepta, quae nihilominus et exercere Nos pergunt et, nisi provideat caveatque benignissimus Ecclesiae Conditor, nimium diu exercitura in posterum videntur.

Atque primum dolemus non modo morte praereptos aliquot e Sacro Conlegio vestro viros, qui, diuturna iam consue tudine Nobiscum coniuncti, egregiam operam Nobis suam pro officio navabant, sed etiam viduatas pastoribus suis Ecclesias haud paucas. Mortalis quidem condicio vitae, et Numini, qui dat atque aufert, demisso animo obtemperandum; sed virorum labores Nostros propius longius ve participantium amissione qui non angamur? Hac praecipue de causa, ut quantum, omnibus perpensis, fieri poterat, vita functos suppleremus, nostis, Venerabiles Fratres, vos in Consistorium iussu Nostro accitos esse. Mox equidem suppleturi sumus; sed facere ante non possumus, quin, vos aliquantisper morando, duas magni ponderis causas, easdemque acerbitatis plenas, in medium proferamus; quae iampridem, quemadmodum diximus, pro eo ipso, quo fungimur, episcopatu Romano, tam Nos habent sollicitos, ut inde ' mentem animumque Nostrum avocare nequiverint nec diuturna illa atque operosior conventionum cum Italiae Rege initarum pertractatio, nec illa haud minus sane laboriosa pro Statu Civitatis Vaticanae et iuris constitutio et rerum omnium temperatio, nec denique alia illa, qua iamdiu premimur atque urgemur, cura in Italicis insulis inque dimidia paene continentis terrae parte domos in curionum usum exstruendi. Ab ea causa exordiri libet quae ad nova pertinet paroecialia templa cum curialibus aedibus coniunctim exaedificanda, quorum fit in dies acrior usquequaque necessitas extra Urbis moenia, quocumque scilicet celeriter, immo celerius, ingens populi multitudo conglobatur. Novas enim inibi civitates effectas dixeris, quae nescias utrum e civibus coaluerint, qui, de media Urbe, disiecta

partim ac vaeuefacta, deturbati, domicilia ultra pomerium quaesivere, an ex advenis bene multis qui huc sponte migrarunt. Utcumque res se habet, facile numerari nequeant familiae, quae, cum in extremis eiusmodi partibus degant, opportuna eurionum opera ac procuratione fere omnino destituuntur. Cui quidem necessitati, maximo impendio, et venerandi decessores Nostri occurrerint et Nosmet ipsi sub venimus; at tamen quod faciundum superest, tantae'id molis est, ut animum terreret ac frangeret Nostrum, nisi Dei providentiae Nostrorumque e dioecesi filiorum adiumento plene confideremus.

Altera accedit causa, cum priore ista arcte copulata, de qua coram vobis, Venerabiles Fratres, nonnihil attingamus : dicimus acatholicorum actionem, qui ab anno millesimo octingentesimo septuagesimo suis hanc Almam Urbem, catholici no minis veluti centrum, inficere erroribus, tantam inurendo divino Ecclesiae Conditori iniuriam tantumque facessendo animarum saluti periculum, cotidie petulantius conati sunt. Atque facile intellectu est, quam commode acatholici isti paucitate hac paroeciarum, necessitatibus prorsus impari, ad iniqui sui propositi adeptionem proficiant. Quid quod iis ipsis, vehementi cum animi Nostri maerore, nonnulla legum praescripta favere videntur, quae, si quis recte consideret, non animadvertere is nequeat, valde a spiritu et sententia discrepare sollemnis illius pacti conventi, quod catholicis ex Italia atque ex universo orbe tam magnam merito laetitiam oommovit? Etenim, si ferre ac pati aliquo pacto poteramus, eos cultus, ad usum quod attinere t, « admissos » nuncupari, qui in ipso nationis Statuto, quod vocant, ex praefinita quadam ratione, « tolerati » recte dicuntur, at neutiquam opinabamur Nobisque spondebamus, cum eiusmodi cultibus sic postea actum iri, ut non modo principio « tolerati » atque usu « admissi », sed etiam gratiam haud modicam legumlatorum et Civitatis procerum aucupati esse viderentur: qua rerum condicione illam, quam conquesti sumus, propagationem erroris adiuvari necesse esse, nemo non videt.

Quam quidem falsae contagionem doctrinae inde a pluri-

bus annis providum -« a Praeservatione Fidei » Institutum, laeto non sine exitu, propulsare pro viribus ac prohibere contendit; nec reperimus quibus verbis gratum Nostrum profiteamur animum Patribus Cardinalibus, Antistitibus Urbanis ac sacerdotibus, religiosis denique laicisque viris, quotquot coeptum provexere antehac hodieque provehunt. Interea confidimus, Instituto huic, de re catholica optime merito, posse Nos, brevi, quo se magis in dies frugiferum praestet, et nervös et vires et opes adiicere, idem hoc cum alio componentes ac consociantes, quod de industria praemolimur, de templis et curialibus aedibus extra Urbis moenia excitandis. De industria praemolimur, inquimus, quandoquidem, cum Nobis copiosus rerum iam suppetat apparatus, quae, ad mentem Nostram praestitutasque a Nobis normas accurate digestae, ambobus inceptis aptaeque eorum ordinationi et coniunctioni prospiciunt, tum providentissimus Deus, tam in Nos perpetuo benignus ac munificus, recentiore hoc tempore Nobis quasi occurrere videtur, in Nostram et largiores opes et idoneos homines permitiendo potestatem.

Alia denique sunt, quae, etsi Nos habent vehementer sollicitos, videntur tamen secum aliquid ferre spei exspectationisque meliorum temporum.

Meministis profecto, Venerabiles Fratres, cum diem praestituissemus Patriarchae Ioseph sacrum, ut, iactatae in Russicis regionibus religionis causa, communes preces in Basilica Vaticana, Nobismet ipsis praeeuntibus, Deo Optimo Maximo adhiberentur, frequentissimum piissimumque populum Nobis adstitisse, et Romanorum civium exemplum, quorum praeterea alii in alias sacras Urbis aedes oraturi convenerant, ceteros paene ubique gentium secutos laudabiliter esse. Propositum enim Nostrum universus, ut nostis, excepit, non modo catholicorum hominum sed plurimorum quoque a Nobis dissidentium, consensus; in eorum templis, fraterno quasi foedere, supplicationes habitae; gratus ab iis ipsis erga Nos animus publice privatim significatus. Summae autem miserentis Dei benignitati acceptum referimus, quod tanta haec precum concordia haud

vacua fructibus, haud inanis evasit; fecundiorem eam posthac evasuram sperare licet, etsi, non ita pridem, divini nominis cultusque, per eas quas diximus regiones, inimici ad Ecclesiae insectationem exarsere acrius. Christo igitur humani generis Re demptori instandum, ut afflictis Eussiae filiis tranquillitatem fideique profitendae libertatem restitui sinat; atque ut instare omnes, modico sane negotio atque incommodo, queant, volumus, quas fel. rec. decessor Noster Leo XIII sacerdotes cum populo post sacrum expletum preces recitare iussit, eaedem ad hanc ipsam mentem, scilicet pro Eussia, dicantur; id ipsum Episcopi atque uterque clerus populares suos, vel sacro adstantes quoslibet, studiosissime moneant, in eorundemque memoriam saepenumero revocent.

Superest, Venerabiles Fratres, ut in sollemni hoc consessu vestro, eodemque pontificali senatu, de causa Melitensi perbreviter dicamus, ne ipsam videamur minoris facere, cum, contra, maximi ea sit ponderis ac momenti, sive per se ipsa, quia in controversiam venerunt - quod ad Nos attinet actionemque in ea re Nostram - praecipua religionis negotia, quae non aliud demum sunt, nisi Dei animarumque iura; sive ob principia, quae cum hisce ipsis cohaerent; sive quia ad nobilissimum fideique catholicae retinentissimum populum. Melitensem res pertinet; sive quia eandem agi causam opus fuit cum excelsis potentissimi Britanniae Regis Indiarumque Imperatoris administris* quibuscum - Rege et Imperatore, inquimus, atque administris - Nobis et Apostolicae Sedi publicae intercedunt rationes, quas quidem fieri cotidie arctiores ex animo cupimus ac summopere confidimus. Totius equidem quaestionis Enarrationem documentis nixam, quam edere necesse habuimus, quemadmodum vobis, Venerabiles Fratres, tradi tempestive iussimus, ita praesto omnibus esse voluimus, quicumque de eiusmodi controversia clare ac plene edoceri student; quam igitur ad Enarrationem remittere omnes licet (libenterque remittimus. Verum Nostri esse muneris ducimus, hanc, tam opportunam quam sollemnem, occasionem nancisci, ut iterum, perspicue profecto firmiterque,

tria quaedam asseveremus, quae ex Enarratione ipsa procul dubio colliguntur. Atque primum est, tempestatem hanc nec ab Apostolica Sede nec ab Episcopatu Melitensi commotam concitatamque esse. Alterum autem, ne tranquillitas ac pax restitueretur, quam Nos, una simul cum iisdem Episcopis, pro officio, sincere optabamus, prohibuisse et viros et acta et res, quae a Nostra voluntate nullo pacto pendebant, immo huic repugnabant, cum catholicae religionis iuribus obsisterent, quorum, pro (supremo apostolico ministerio, et patrocinium Nobis incumbit et periculum in Nos recidit: utrumque sane in hac causa eo gravius, quod de Melitensibus popularibus agitur, quorum veluti in medullis fidem esse defixam, nemo unus ignorat. Tertium denique est, nullo horae momento cum Nos, tum Melitensem episcopatum, in certamen politicum descendisse, qui hoc unum haberemus Nobis propositum, ut **ea** principia easque de moribus leges revocaremus, ediceremus atque inculcaremus, unde catholicorum vita atque actio nec abscedere nec seiungi quoquo modo potest.

In quo aut perperam in res alienas interpositam auctoritatem aut civium libertatem iniuria coërcitam, recte affirmari nequit. Neque enim actionem hac in re Nostram et Melitensis Episcopatus dixeris illicitam in res alienas interpositionem, quando id Apostoli acceperunt mandati, ut non modo mentes doctrina inlustrarent, sed etiam voluntates ad legum observationem pernioverent: *Euntes docete omnes gentes... docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis.*[1] Nec cohibitam immimitamve per Ecclesiae praecepta civium libertatem dixeris, quam, contra, non opprimit, non extenuat - immo etiam protegit vetatque ne in licentiam desciscat - lex morum christiana, cuius est, libertatis usum moderari statutosque eidem libiti ac liciti fines efficere ne quis transgrediatur ac violet. Quae tam vera tamque luculenta sunt, ut qui ea in dubium revocare velit, is profecto fundamenta ipsa et privati et publici ordinis debilitare velle videatur.

[1] MATTH., XXVIII, 19, 20.

Iam ut eo veniamus, quo imprimis per sacri huius Consistorii convocationem spectávimus, placet in amplissimum Conlegium vestrum adsciscere egregios Praesules quinque, quorum opera, sive in Apostolicae Sedis legationibus sive in Romanae Curiae officiis sive in episcopalis perfunctione muneris perutilis, accidit Nobis probatissima.

Hi sunt:

SEBASTIANUS LEME DA SILVEIRA CINTRA, Archiepiscopus S. Sebastiani Fluminis Ianuarii;

FRANCISCUS MARCHETTI-SELVAGGIANI, Archiep. tit. Seleucien. in Isauria, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Secretarius;

RAPHAËL CAROLUS Rossi, Archiep. tit. Thessalonicen., Sacrae Congregationis Consistorialis Adsessor;

IULIUS SERAFINI, Ep. tit. Lampsaeen., Sacrae Congregationis Concilii Secretarius;

ACHILLES LIÉNART, Episcopus Insulensis.

Quid vobis videtur?

Itaque, auctoritate Dei omnipotentis, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, creamus et publicamus S. R. E. Cardinales

Ex **ORDINE PRESBYTERORUM**

SEBASTIANUM LEME DA SILVEIRA CINTRA,

FRANCISCUM MARCHETTI-SELVAGGIANI,

RAPHAELEM CAROLUM ROSSI,

IULIUM SERAFINI,

ACHILLEM LIÉNART.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Pa^tris et Figglii et Spiritus}^ Sancti. Amen.

Reliquum iam non est nisi ut viduatis Pastore suo Ecclesiis consulamus.

H. - PROVISIO ECCLESIARUM

Tum Sanctissimus sequentes proposuit Ecclesias:

Patriarchatum titularem Indiarum Occidentalium, **cui adnexum est officium Pro-Capellani Maioris Sacrarii Catholici Regis et Vicarii generalis Castrensis Hispaniarum, contulit R. P. D. Raymundo Perez y Rodríguez, hactenus Episcopo titulari Sionensi.**

Metropolitanae Ecclesiae Capuanae **praefecit R. P. D. Salvatorem Baecarini, hactenus Episcopum Terracinensem, Privernensem et Setinum.**

Titulari archiepiscopali Ecclesiae Philippopolitanae in Thracia, **praefecit R. D. Carolum Salotti, Antistitem Urbanum et in Sacra Rituum Congregatione Fidei Promotorem generalem.**

Cathedrali Ecclesiae Comensi, **R. P. D. Alexandrum Macchi, hactenus Episcopum Andriensem.**

Cathedrali Ecclesiae Faventinae, **R. P. D. Antonium Scarante, hactenus Episcopum Sarsinatensem et Brictinoriensem.**

Cathedrali Ecclesiae Cr emensi, **R. D. Marcellum Mimmi, Cubicularium secretum supra numerum et Seminarii interdioecesani Bononiensis rectorem.**

Cathedralibus Ecclesiis Potentinae et Marsicensi, **invicem perpetuo unitis, R. D. Augustum Bertazzoni, Capellanum honoris Sanctitatis Suae et archipresbyterum oppidi *San Benedetto Po* in dioecesi Mantuana.**

Cathedrali Ecclesiae Lincolnensi, **R. D. Aloisium Kucera, parochum loci *Protivin* in archidioecesi Dubuquensi.**

Titulari episcopali Ecclesiae Oriensi, **R. D. Silvestrum Espelage, O. F. M., deputatum Vicarium Apostolicum de Wuchang.**

Titulari episcopali Ecclesiae Cadossensi, **R. D. Casparem a Pinell, O. F. M. Capuccinorum, in saeculo Michaelem Monconill y Viladot, deputatum Vicarium Apostolicum nuper erecti vicariatus de Caqueta.**

Insuper alios etiam per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos Sacrorum Antistites publicavit, nimirum:

ARCHIEPISCOPOS

Cyrrhensem, **Ianuarium Cosenza iam Archiepiscopum Capuanum, nuper vita functum.**

ßardianum, **Arcturum Hinsley, iam Episcopum tit. Sebastopolitanum, Delegatum Apostolicum ad. missiones africanas.**

Dubuquensem, Franciscum Beckman, iam Episcopum Lincolnensem.

Bosporanum, Iosephum Kessler, iam Episcopum Tiraspolensem.

Beneventanum, Adeodatum Iosephum Piazza.

Reginatensem, Iacobum Carolum Mac Guigan.

Hobartensem, Gubernium Hayden, iam Episcopum Wilcanniensem.

Preslavensem, Mathiam Clementem Lenihan, iam Episcopum Great-Ormensem.

Aeginensem, Aemilium Ioannem Grouard, iam Episcopum Iboritenum.

Mesembrianum, Carolum Margotti, cum munere Delegati Apostolici Constantinopolitani.

Bero'ènsem, Iosephum Miralles y Sbert, Episcopum Maioricensem.

Cyrrhensem, Iosephum Pizzardo.

Traianopolitanum, Hyacinthum Gaggia, Episcopum Brixiensem.

Ultraiectensem, Ioannem Henricum Jansen.

Nicaenum, Iosephum Pizzardo, iam Archiepiscopum electum Cyrrhensem.

Garellensem, Antonium Bonaventuram Jeglic, iam Episcopum Labacensem.

Pondicheriensem, Augustum Simeonem Colas.

EPISCOPOS

Epiphaniensem, Aemilianum Iosephum Lonati, Praelatum *nullius* Sancti Ioseph de Grajahú.

Tucumanensem, Augustinum Barreré.

Pineroliensem, Gaudentium Binaschi.

Tudensem, Antonium García y García.

Peterboroughensem, Dionysium O'Connor.

Victoriensem in insula Vancouver, Gerardum Murray.

Apuanum, Ioannem Sismondo.

Geraldtonensem, Iacobum 0'Collins.

de Townsville, nuper erecta dioecesi, Terentium Bernardum Mae Guire.

Tabasquensem, Vincentium Camacho.

Remesianensem, Fridericum Melendro, primum Vicarium Apostolicum de Anking.

Samiensem, Vincentium Mighoreìli, iam Episcopum Sancti Severini et Administratorem perpetuum Treiensem.

Maioricensem Iosephum Miralies y Sbert, iam Episcopum Barcinonensem.

Barcinonensem, Emmanuelem Irurita y Almandoz, iam Episcopum Illerdensem.

Bacensem, Iosephum Alcaraz Alenda.

Iboritenum, Iacobum Cassidy, quem constituit Auxiharem B. P. D. Danielis Francisci Feehan, Episcopi Riverormensis.

Attudensem, Natalem Gubbels, Vicarium Apostolicum de Ichang.

Vindensem, Edgarum Aristidem Maranta, Vicarium Apostolicum Daressalamensem.

Cidyessensem, Iustinum Pauhnum Albouy, Vicarium Apostolicum de Nanning.

Ostracinensem, Franciscum O'Rourke, Vicarium Apostolicum Ora© Benini.

Sebastopolitanum, Antonium Hilfrich, Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Caroli Augustini Kilian, Episcopi Limburgensis.

Brixinensem, Ioannem Geisler.

ßeljensem, Olavum Offerdahl, Vicarium Apostohcum Norvegiensem.

Peoriensem, Iosephum Henricum Schlarman.

Nicensem, Paulum Rémond, iam Episcopum Clysmatenum.

Gordenum, Ioannem Saint Pierre, Auxiliarem R. P. D. Alexii Lemaître Archiepiscopi Carthaginensis.

de Kottar, nuper erecta dioecesi, Laurentium Pereira.

de Solem, nuper erecta dioecesi, Henricum Amatum Prunier.

II. - CONSISTORIUM PUBLICUM

Feria Y, 3 Iulii 1930, in Aula supra porticum Basilicae Vaticanae, fuit Consistorium publicum, in quo Beatissimus Pater rubrum pontificalem Galerum solemniter imposuit Cardinalibus a se creatis et publicatis in superiore secreto Concistorio, nimirum:

SEBASTIANO LEME SILVEIRA DA CINTRA;

FRANCISCO MARCHETTI SELVAGGIANI;

RAPHAELI CAROLO ROSSI;

IULIO SERAFINI;

ACHILLI LIÉNART.

Interim per Advocatum sacri Consistorii Ioannem Guasco altera peroratio fiebat causae ven. Dominici Savio adolescentis ex Oratorio Salesiano.

III. - CONSISTORIUM SECRETUM

Publico expleto Consistorio, secretum habitum ut in consueta Aula, in quo Beatissimus Pater primum os clausit Cardinalibus Lerne da Silveira Cintra, Marchetti Selvaggiani, Rossi, Serafini et Liénart, deinde sequentes proposuit Ecclesias.

PROVISIO ECCLESIARUM

***Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Gravelburgensi* praefecit R, D. Rodericum Villeneuve, e Congregatione Oblatorum B. M. V. Immaculatae.**

***Titulari episcopali Ecclesiae Semtensi,* R. D. Franciscum Gjini, sacerdotem ex archidioecesi Dyrrhachiensi, quem constituit Abbatem *nullms* Sancti Alexandri de Orosci.**

***Titulari episcopali Ecclesiae Olympenae* pro ritu byzantino-slavo, R. D. Petrum Büéis, Praepositum generalem Congregationis Clericorum Regularium Marianorum.**

***Titulari episcopali Ecclesiae Anthedonensi,* R. D. Alexandrum García Fontcuberta, ex Ordine Praedicatorum, deputatum Vicarium apostolicum de Haiphong.**

Titulari episcopali Ecclesiae Tuscamiensi, E. D. Thomam Emmet, e Societate Iesu, quem constituit Vicarium Apostolicum Iamaicae.

Titulari episcopali Ecclesiae Clysmatenae, R>. D. Albertum Petrum Falière, e Societate Parisiensi missionum ad exteras gentes, quem deputavit Vicarium Apostolicum Birmaniae septemtrionalis.

Titulari episcopali Ecclesiae Barbalissenae, E. D. Thomam Wade, e Societate Mariae, quem constituit Vicarium apostohcum insularum Salomonicarum septentrionahum.

Titulari episcopali Ecclesiae Bityliensi, E. D. Alexandrum Paulum Chabanon e Societate Parisiensi missionum ad exteras gentes, deputatum Coadiutorem cum. iure futurae successionis E. P. D. Eugenii Allys, Vicarii Apostolici de Huè.

Insuper edixit per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciasse *Archiepiscopum Coloniensem in Armenia,* E. D. Vahan Koutchourian, Coadiutorem cum iure futurae successionis E. P. D. Iosephi Eokossian, Archiepiscopi Constantinopolitani Armenorum.

Deinde Sanctissimus os aperuit Cardinalibus Leme da Silveira, Marchetti Selvaggiani, Bossi, Serafini et Liénart, singulisque Annulum tradidit et titulos assignavit, nimirum:

SEBASTIANO LEME DA SILVEIRA CINTRA, *titulum Ss. Bonifacii et Alexii.*

FRANCISCO MARCHETTI SELVAGGIANI, *titulum S. Mariae Novae.*

EAPHAELI CAROLO BOSSI, *titulum S. Praxedis.*

IULIO SERAFINI, *titulum S. Mariae supra Minervam.*

ACHILLI LIÉNART, *titulum S. Sixti.*

Tum Eeverendissimus Cardinalis Leme da Silveira Cintra, praestito iuramento, Pallium postulavit consueto more pro Ecclesia metropolitana *Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii,* quam habet per successionem. Et post eum petitio Pallii etiam facta est pro Ecclesiis archiepiscopalibus *Beneventana, Capuana, Bubuquensi, Beginatensi, Hobartensi, Ultraiectensi, Pondicheriensi,* ac, ex privilegio, pro episcopali Ecclesia *Barcinonensi.*

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

REGINATENSEM

DE ARCHIDIOECESIS DISMEMBRATIONE ET DIOECESIS GRAVELBURGENSIS ERECTIONE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universa christifidelium cura, quae supremo Ecclesiarum Pastori incumbit, officium eidem imponit consulendi ut novae dioeceses erigantur, quoties necessitas aut evidens utilitas id exigat. Cum itaque in utilitatem fidelium, qui amplissimam archidioecesim Reginatensem incolunt, ab Apostolica Sede expostulatum sit, ut ab eadem archidioecesi territorii pars seiungatur in novam erigenda dioecesim: Nos, omnibus praehabitis ad rem necessariis, ac suffragante venerabili fratre Andrea Cassulo, Archiepiscopo Leontopolitano ac in ditione Canadensi Delegato Apostolico, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, oblatis precibus annuere censuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, ab archidioecesi Reginatensi eam territorii partem, cuius fines inferius describentur, in perpetuum avelhmus ac separamus; territorium autem hoc ita avulsum, mutatis idcirco archidioecesis Reginatensis finibus, in novam ac distinctam erigimus dioecesim, quam ab urbe *Gravelbourg* « Gravelburgensem » nuncupati volumus ac mandamus. Novae huic dioecesi Gravelburgensi hos fines assignamus: ad occidentem, limites inter provinciam civilem *Alberta* et provinciam civilem *Saslcatchewan;* ad meridiem, fines inter regionem Canadensem et Foederatos Americae Septentrionalis Status: ad orientem vero, finis prosequitur limitem occidentalem *rang* sub numero X X V (ad occidentem secundi meridiani) incipiendo ab extremitate meridionali *Township* 1 usque ad extremum septentrionale *Township* 8, iuxta agrorum mensuram officialem provinciae civilis *Saslcatchewan;* deinde idem finis, vertens linea recta ad occidentem, attingit limitem occidentalem *rang* X X V I I (ad occidentem eiusdem secundi meridiani), et per eundem limitem ascendit ad extremum septentrionale *Township* 13; inde, vertens denuo recta linea ad occidentem, attingit tertium meridianüm et, secus eamdem lineam meridianam, ascendit usque ad extremitatem septemtrionalem *Township* 16; a

<£ua, vertens item linea recta ad occidentem, attingit limitem occidentalem *rang* VII (ad occidentem tertii meridiani), et per eumdem limitem ascendit denique usque ad intersectionem cursus fluminis Saskatchewan; demum ad septentrionem, cursus eiusdem fluminis a praefata intersectione usque ad provinciae *Saskatchewan* limitem occidentalem Noviter ita erectae ac circumscriptae dioecesis *Gravelburgensis* sedem et cathedram episcopalem in urbe *Gravelbourg* constituimus, quam proinde ad civitatis episcopalis fastigium extolhmus, eidemque omnia privilegia ac iura tribuimus, quibus ceterae civitates episcopales iure communi fruuntur. Ecclesiam vero paroecialem Sanctae Philumenae, in eadem civitate exstantem, eius titulo ac paroeciahtate servatis, ad Ecclesiae cathedralis gradum et dignitatem evehimus; simulque ipsi eiusque pro tempore Episcopis, omnia tribuimus iura, honores, insignia, favores, gratias ac privilegia, quibus aliae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi vel legitima consuetudine gaudent, et cum omnibus oneribus et obligationibus iisdem adnexis. Ipsam vero cathedralem Ecclesiam Gravelburgensem metropolitanae Ecclesiae Reginatensis suffraganeam constituimus eiusque pro tempore Episcopos, metropolitico Archiepiscopi Reginatensis iuri subiicimus. Cum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant, quominus in nova hac dioecesi canonicorum Capitulum modo instituatur, indulgemus, ut pro canonicis, dioecesani Consultores, ad tramitem iuris, interim eligantur. Quod vero attinet ad huius dioecesis regimen et administrationem, ad Seminarii dioecesani institutionem, ad Vicarii capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum ac fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, rite servari iubemus quae sacri canones praescribunt. Quod autem ad clerum in particulari spectat, statuimus ut, simulac novae huius dioecesis erectio ad exsecutionem mandata fuerit, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant. Statuimus insuper ut episcopalem mensam ac dotem constituant, praeter curiae emolumenta et ceteras oblationes, quae forte a fidelibus, in quorum bonum dioecesis erecta est, praeberi solent, taxae ad instar cathedratici. aliaque, iuxta sacros canones, onera, ab Episcopo, discreto eius arbitrio, iuxta morem aliorum Canadensis regionis Episcoporum, imponenda. Mandamus denique ut documenta omnia et acta, quae novam dioecesim eiusque clericos et fideles respiciunt, quam primum fieri poterit, ab archidioecesis Reginatensis cancellaria, ad dioecesis Gravelburgensis curiam tradantur, ut in proprio archivo serventur. Quibus omnibus ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda, praefatum venerabilem fratrem Andream Cassulo, in ditione Canadensi Delegatum Apostohcum, deputamus eidemque necessarias et opportunas facultates tribuimus,

etiam subedelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione, in exsecutionis actu quomodolibet oritura, et cum onere ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi, infra sex menses ab his Litteris acceptis computandos, peractae exsecutionis actus authenticum exemplar. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum, interest, vel eorum qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint; etiam si expressa et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas tanquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem has Litteras Nostras dismembrationis, erectionis, evectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo, die trigesima prima mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno octavo.

Fr. ANDREAS Card. FRÜHWIRTH, *Cancellarius S. B. E.*

✠ B. CARD. POMPILJ, *Episcopus Veliternus.*

Dominicus Jorio, ***Protonotarius Apostolicus.***
Alfonsus Carinci, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. XL, n. 13. **- M. Riggi.**

II

ROCKAMPTONENSIS

DE DIOECESIS DISMEMBRATIONE AC DE NOVAE DIOECESIS DE TOWNSVILLE IN STATU AUSTRALIENSI DE QUEENSLANDIA ERECTIONE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiarum in orbe circumscriptiones, si rerum temporumque adiunctis apte respondeant, haud dubio christiano nomini latius propagando et pastorali ministerio facilius exercendo maxime conferunt. Cum itaque venerabilis frater Ioseph Shiel, hodiernus Episcopus Eockamptonensis, iamdiu a Nobis enixe postulaverit, ut sua dioecesis nimia vastitate laborans dismembraretur ac nova in septentrionali parte dioecesis constitueretur: Nos, de venerabilium fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, oblatas praefati Antistitis Rockamptonensis preces benigne excipiendas censuimus. Quare Nos, de Apostolicae potestatis plenitudine, ea quae sequuntur praesentibus Litteris decernimus ac statuimus. I) E dioecesi Eockamptonensi in Statu foederati Australiano Queenslandiae territorium seiungimus ac separamus hisce finibus circumscriptum: ad meridiem gradus vicesimus primus latitudinis australis usque ad gradum centesimum quadragesimum quintum longitudinis ad Greenwieh urbis orientem; deinde iuxta eumdem gradum, meridiem versus usque ad vicesimum secundum latitudinis australis gradum; postea occidentem versus usque ad fines administrativos provinciae civilis, cui nomen *Gregory North;* denique meridiem versus iuxta fines eiusdem provinciae usque ad vicesimum tertium latitudinis australis gradum, a quo deinceps gradu separabitur residua parte, quae dioecesi Eockamptonensi adhuc spectabit, usque ad fines territorii civilis, cui nomen *Territory North;* ad orientem Oceanus Pacificus; ad occidentem territorium civile, cui nomen *Territory North;* ad septemtrionem vero novae huius dioecesis fines, praehabito iam voto Vicarii Apostolici de Cooktown, ita immutati erunt ut pro latitudinis gradu decimo octavo et semis, quo hucusque dioecesis Eockamptonensis a vicariatu de Cooktown seiunge-

batur, in posterum iidem sint ac fines civilium paroeciarum *Pitt, Ceach, Garrawalt, Cromwell, Reardon, Lake Lucy, FenwicJc, Me Bride, Wyandotte, Lynwater, Dashwood, Baroota, Mamberra, HaycoJc, Castleton, Glenrowan, Gongora, Nigra, Malacura, Degger, Wonnemarra, Illewanna, Candía, Mittagong, Napier, Claraville, Mitiori, Cochrane, Clarecourt, Yarnton, Arkarra, Milgarra, Caping, Culzean, Renfrew, Taldora, Begee, Mandingol, Glendalough, Baines, Ferdinand, Ladysmith, Wadham, Orici, Miletus, Calen, Boodery,* quae paroeciae omnes novae dioecesi in posterum pertinebunt. Territorium hoc ita circumscriptum et cum insulis adnexis in novam ac distinctam dioecesim ab urbe principe de. *Townsville* nuncupandam suprema Nostra potestate erigimus et constituimus; II) ad novam hanc dioecesim de *Townsmlle* hae paroeciae ecclesiasticae spectabunt, videlicet: *Ayr* et *Brandon, Bowen, Charters Towers, Cloncurry, Halifax, Home Hill, Hughenden, Ingham, Mundingburra, Proserpine, Richmond, Townsville, Townsmlle West, Townsville South;* III) dioecesis de *Townsmlle* ita a Nobis erectae sedem in urbe *Townsmlle* figimus, quam idcirco ad" civitatum episcopalium fastigium evehimus, eique omnia iura et privilegia tribuimus, quibus ceterae civitates episcopales fruuntur; Episcopi autem cathedram in eiusdem urbis ecclesia principe Sacratissimo Cordi Iesu dicata constituimus ac eam proinde ad cathedralis dignitatem extollimus et ei eiusque pro tempore Episcopis iura omnia, honores, insignia, favores, gratias et privilegia tribuimus, quibus ceterae cathedrales earumque Episcopi iure communi vel legitima consuetudine in Australia pollent ac gaudent, eosque iisdem oneribus et obligationibus adstringimus, quibus ceteri per orbem Episcopi subiiciuntur; IV) dioecesim hanc de *Townsville* metropolitanae Ecclesiae Brisbanensi suffraganea™, constituimus, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri Archiepiscopi Brisbanensis subiicimus; V) cum vero temporum adiuncta modo prohibeant quominus canonicorum Capitulum in cathedrali ecclesia erigatur, indulgemus ut interim pro canonicis dioecesani Consultores ad iuris normam instituantur; VI) volumus insuper ut, quam primum fieri poterit, saltem parvum Seminarium dioecesanum erigatur iuxta Codicis praescripta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis traditas, ut in eo alumnorum, qui in spem Ecclesiae succrescunt, pietas et doctrina vigeat ac floreat; VII) Episcopalem mensam constituent tum fidelium oblationes, in quorum bonum dioecesis erecta est, et curiae episcopalis emolumenta, tum cathedraticum Episcopo iuxta regionis consuetudinem solvendum; item eidem Episcopo, iuxta morem in Australia vigentem, facultatem facimus unam vel duas ex dioecesis paroeciis sibi reservandi, si id episcopali dignitati aptius consulendae necessarium ipse duxerit; VIII) quod vero attinet ad novae huius

dioecesis regimen et administrationem, ad. Vicarii, capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones praescribunt; quod autem ad clerum praecipue spectat, decernimus ut simulac Constitutio haec exsecutioni mandata fuerit, eo ipso clerici omnes Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant; IX) volumus insuper ut documenta omnia et acta, quae novae dioecesis de *Townsville* territorium respiciunt, cum primum fieri poterit, a cancellariis tum dioecesis Eockamptonensis, tum vicariatus apostolici de Cooktown curiae episcopali de *Townsville* tradantur, ut in eius archivo religiose serventur; X) Nobis insuper et Apostolicae Sedi facultatem reservamus novam ineundi, circumscriptionem modo erectae dioecesis, quandocumque id in Domino expedire visum fuerit.

Eebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsequenda deputamus venerabilem fratrem Bartholomaeum Cattaneo, Archiepiscopum titularem Palmyrenum, Delegatum Apostohcum in Australasia, eique necessarias et opportunas facultates tribuimus etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in officio vel ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus imponimus ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide authenticum exemplar peractae exsecutionis actus infra sex menses ab his Litteris datis transmittendi. Volumus tandem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen ahcuius Notarii publici subscriptis ac sigillo ahcuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur si originaliter exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio vel quolibet alio inexcogitato defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia et potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat, inviolabiliter observari debere et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore .volumus ac decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Eomanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem quae a Nobis praesentibus Litteris decreta sunt infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem

omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno Domini nnllesimo nongentesimo trigesimo, die duodecima mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno nono.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *Cancellarius S. B. E.*

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *S. C. de Prop. Fide Praefectus.*

Ioseph Wilpert, *Decanus Coli. Proton. Apostolicorum.*
Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. XLI, n. 55 - M. Riggi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

REGIO SEPTENTRIONALIS VICARIATUS APOSTOLICI CONGI SUPERIORIS DISTRAHITUR ET IN VICARIATUM ERIGITUR TITULO DE KIVU.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Vestigiis Decessores Nostros secuti, longincuos' Missionum vicariatus, qui territorii latitudine atque incolarum numero conspicui sint, ad provehendas in eisdem Fidei res, in plures partes, quae a propriis pastoribus regantur, data opportunitate dividimus. Hac moti ratione, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, praesentium Litterarum tenore regionem vicariatus apostolici Congi Superioris, qua ad septentrionem versus fere totus districtus civuis de *Kivu* constituitur, ab eodem vicariatu distrahimus ac separamus. Ex eodem vero territorio, sic ab apostolico vicariatu Congi Superioris seiuncto, novum apostolicum vicariatum constituimus cui nomen de *Kivu* tribuimus. Huiusmodi autem novi vicariatus limites erunt: ad septentrionem vicariatus apostolicus de Stanley Falls; ad orientem vicariatus Ugandensis, lacus de Kivu, vicariatus de Ruanda ac de Urundi, denique lacus de Tangamka; ad meridiem meridianus 5.5 latitudinis; ad occidentem limites

civiles districtus de Kivu. Hunc vero novum de Kivu vicariatum apostolicum Patrum curis e Societate Missionariorum Africae ad Nostrum et huiusce Sanctae Sedis beneplacitum in Domino committimus.

Haec statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus quibuslibet. ^

* Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Decembris anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

VENERABILIS DEI FAMULA PAULA FRASSINETTI, CONGREGATIONIS SORORUM A SANCTA DOROTHEA FUNDATRIX, BEATA RENUNTIANTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Misericordia Dei ad sublevandas temporum necessitates resque rehgioms parandas continenter suscitat fideles ac vivificat, sanctitate praeditos peculiaribusque virtutibus instructus, qui vita, qua in exemplum enitent, atque institutis, quae condunt, ac Deo adiuvante moderantur, opportune congrueque videantur in Ecclesia Christi prodire. Quos inter ab incunabulis Ecclesiae innumerabiles tam viri quam mulieres recensentur; ex eisdemque plures Nos ipsi, hisce temporibus Nostris, ad altarium fastigia evehendos curavimus. Illorum in numero computanda quoque est pia Congregationis Sororum a Sancta Dorothea Fundatrix, quae in hac ipsa Alma Urbe Nostra vix abhinc annis octo et quadraginta in Domino quievit. Ianuensi in civitate orta Famula Dei v Nonas Martias, anno MDCCCIX, a piis honestisque parentibus, eadem die sacro baptismate est abluta, eidemque nomina Paula, Angela, Maria imposita sunt. A puerilibus ludis aliena, de caelestibus potius quam de terrenis rebus sollicita, pietate christianisque virtutibus ornata pueritiam transegit; atque intempestive genetrice sua orbata, ac paulo post etiam amita, quae matrem suffecerat in domo regenda, vix duodecim annos nata domus paternae reique familia-

ris curam, iam prudentia rerumque usu conspicua, ita suscepit, ut iuvenibus puellisque aetate aequalibus tanquam exemplar virtutum imitandum ab omnibus commendaretur. At providentissimum esse huiusmodi rei familiaris gerendae alumnatum ea, quae a Dei Famula erunt postea agenda pro Congregatione sua, demonstrant. Cupiebat vero, iuvenis adhuc, venerabilis Paula Deo inservire, in aliquam iam constitutam religiosam familiam adscita, sed, tum ob suum erga genitorem affectum tum ob malefirmam valetudinem, consilium suum tunc temporis demisit; sed domi rebus mundanis plane renuntians, mortificationibus ieiuniisque corpus suum in servitutem redigens, indefessa laboribus atque oratione, iugiter quae Dei sunt cogitans, ut sancta esset corpore et spiritu, perfectionis christianae semitas valide aggressa est. Anno millesimo octingentesimo tricesimo ut corporis valetudinem reficeret, apud fratrem curionem in oppido *Quinto,* quod vocant, aliquid temporis est commorata eoque in loco prima fundamenta iecit Instituti, quod dein a Sancta Dorothea nuncupatum, anno MDCCCXXXIV die XII Augusti primum constituit. Instituti condendi exordia valde difficilia fuere; enituitque tantis in discrinrinibus Paulae prudentia ac fortitudo; omni destituta ope, ipsa, in divina Providentia tantum eonfisa, se ad novam religiosarum familiam pro puellis educandis firmandam toto pectore dedit. Ac revera quod vitae ei fuit, Venerabilis Serva Dei totum impendit in religiosa moderanda atque amplificanda, quam instituerat, Congregatione; quae brevi, favente Deo, propagines suas sic effudit, ut, vivente adhuc legifera matre, non modo in Italiam sed et in Brasiliani atque in Lusitaniam Sorores a Sancta Dorothea migraverint. Venerabilis ipsa Fundatrix, quamvis persaepe haud firma uteretur valetudine, usque ad mortem alacri studio est moderata suum a S. Dorothea Institutum, quod, post tot tantasque aerumnas vicissitudinesque, adprobationem Apostolicam ubique locorum anno millesimo octingentesimo sexagesimo tertio Litteris Apostolicis sub Piscatoris anulo tandem obtinuit. In gravi moderatricis generalis munere nitide obeundo, effulsit pia virgo suavitate ac prudentia, atque adeo mirabiliter se aliquando gessit, ut spirituum discretione secretorumque cordium cognitione pollere visa sit; erga Romanum Pontificem ac Sanctam Sedem observantissima, continenter ea,* quae ab Ecclesia eiusdemque moderatoribus praescripta essent, tanquam tutissimas agendi regulas habuit; nil denique aliud sibi constanter proposuit, nisi operibus suis gloriam Dei quam maxime provehere. Laboribus tandem fracta, atque apopleptico morbo semel iterumque tentata, Ecclesiae Sacramentis rite munita, in romana Congregationis suae domo principe, die dominico xilunii an. MDCCCLXXXII placidissimo exitu obdormivit in Domino. Sanctitatis vero fama, qua iam dum vitam mortalem agebat Ancilla Dei

inclaruerat, post eius obitum ac funus, in. dies vividior apud omnes facta est. Nil propterea mirum si Venerabilis Famulae Dei Paulae Frassinetti causa a rec. mem. Decessore Nostro Pio Papa X digna habita fuerit, quae Sacrae Rituum Congregationi cognoscenda committeretur; ita ut anno millesimo nongentesimo sexto ipse Pontifex manu propria die xxi Augusti Commissionem causae signaret. Inquisitionibus itaque iudicialibus in Famulae Dei vitam resque gestas ad iuris normam expletis, ceterisque omnibus rite absolutis Nos cum mox etiam super Venerabilis Servae virtutibus disceptari coeptum sit, soHemni decreto decimo octavo Kalendas Septembris, anni millesimi nongentesimi vicesimi octavi edito, Venerabilis Dei Famulae Paulae Frassinetti virtutes heroicum attigisse fastigium sancivimus. Agitata dein quaestione de duobus miraculis, quae a Deo patrata ferebantur per eiusdem Venerabilis intercessionem, post duas Congregationes, antepraepatoriam scilicet et praeparatoriam, nec non aliam generalem Congregationem, quae coram Nobis die prima Aprilis, hoc ipso anno, habita est, rebus omnibus acerrimo iudicio investigatis, Nosmetipsi die sexta Aprilis anno volvente millesimo nongentesimo trigesimo proposita miracula constare soHemniter declaravimus, ulteriusque proinde in casu procedi posse. Cum igitur esset de virtutum heroicitate ac de miraculis prolatum iudicium, illud tantum supererai discutiendum, num Venerabilis Ancilla Dei inter Beatos caelites *tuto* foret recensenda. Hoc dubium propositum est a dilecto filio Nostro Alexandro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Verde, Causae relatore, in Comitiis generalibus coram Nobis habitis die nona ac vicesima mensis Aprilis vertentis anni, omnesque qui aderant, tam Cardinales quam Sacrorum Rituum Consultores, unanimi consensione affirmative responderunt. Nos autem in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus donec enixis precibus a Patre luminum subsidium posceremus. Quod cum impense fecissemus, tandem die quarta Maii huiusmet anni, scilicet, Dominica secunda post Pascha, Bono Pastori recolendo consecrata, Eucharistico Sacro rite litato, adstantibus dilectis filiis Nostris Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Laurenti, qui Sacrorum Rituum Congregationi praepositus est, atque Alexandro Verde, Causae relatore, nec non dilectis filiis Alphonso Carinci, Congregationis Rituum Secretario, et Carolo Salotti, Sanctae Fidei Promotore generali, auctoritate Nostra pronunciavimus *tuto* procedi posse ad sollemnem Venerabilis Dei Famulae Paulae Frassinetti beatificationem. Quae cum ita sint, universae religiosae familiae Sororum a Sancta Dorothea ab eadem fundatae vota implentes, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, facultatem facimus ut Venerabilis Dei Famula Paula Frassinetti, ipsius Congregationis Fundatrix, *Beatae* nomine in poste-

rum nuncupetur, eiusque corpus ac lipsana seu relliquiae, non tamen sollemnibus in supplicationibus deferenda, publicae fidelium venerationi proponantur, atque imagines eius radiis decorentur. Praeterea eadem Apostolica Nostra auctoritate concedimus ut de illa recitetur Officium et Missa celebretur singulis annis de Communi Virginum, cum orationibus propriis, per Nos adprobatis, iuxta rubricas Missalis et Breviarii Romani. Huiusmodi vero Oflicn recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat concedimus in arcnidioecesi lanuensi, ubi nata est Serva Dei, atque in huius Almae Urbis Nostrae atque eius districtus finibus, cum hac in Urbe Nostra migraverit ad Dominum; itemque in templis ac sacellis ubique terrarum sitis, quibus utitur Congregatio Sororum a Sancta Dorothea, ab omnibus fidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus tam e saeculari quam e regulari clero ad ecclesias sive sacella, in quibus festum agitur, convenientibus. Demum facultatem impertimur ut sollemnia beatificationis Venerabilis Servae Dei Paulae Frassinetti supradictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate designandis, intra annum, servatis servandis, postquam eadem sofiemnia in Patriarchali Sacrosancta Basilica Vaticana peracta fuerint. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ac decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrorum Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, in disceptationibus etiam iudicialibus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII **mensis Iunii anno** MDCCCCXXX, **Pontificatus Nostri nono.**

E. CARD. PACELLI, ***a Secretis Status.***

III

VENERABILIS SERVUS DEI CONRADUS À PARZHAM LAICUS PROFESSUS ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ordinis Capuccinorum sodales inter laicos satis compertum est saepe saepius inveniri, *pauperes spiritu, mites, mundo corde, paeificos,* quos aliquando in humanis adhuc agentes eorundem

ob facta unanimi voce *beatos*, ut in Evangelio, plebs christifidelis nuncupat plenoque corde veneratur. Iidem enim fratres laici, sanctum patrem Franciscum Assisiensem vestigiis secuti, in simplicitate cordis, in humilitate spiritus, in puritate morum Deo inserviunt; res mundanas plane abiieientes, omnes caritate non ficta amplectentes, Nobis mira relinquunt exempla suarum virtutum, quibus, cotidianae vitae humilibus quidem angustisque rebus negotiisque explendis, functi sunt. Huiusmodi inter viros qui, secundum eorundem fratrum laicorum morem, in paupertate atque humilitate viventes, aequali iugiter serenoque ingenio perfectionis evangelicae semitas aggressi sunt, plane quoque recensendus est frater Conradus a Parzham, qui vix abhinc annis sex supra triginta in Domino obdormivit. Anno vero millesimo octingentesimo decimo octavo apud. oppidum Parzhamense, dioecesis Passaviensis intra fines, vicesima secunda die mensis Decembris humili rurali loco natus est Venerabilis Dei Servus, eodemque die parentes eius, religiosi, ac satis bonis fortunae ditati, illum, suum inter filios nonum, sacro baptismate abluendum curarunt. Puer adhuc Dei Famulus morum castitate atque indole suavi omnibus se praeditum ostendit. A mundanis rebus alienus, quidquid temporis ei supererat e diurnis laboribus in orandum praesertim impendebat, atque erga Beatissimam Virginem pietatis ardore, ac Sacramentorum frequentia iam tum, in exemplum emicabat. Parentibus orbatus, bonis familiaribus relictis, primum supra tricesimum aetatis suae annum agens,, mundo valedixit, atque Laufensi Capulatorum conventu exceptus, intra Monacensis-Frisingensis archidioecesis fines, ut inibi tyrocinium expleret, anno tandem millesimo octingentesimo quinquagesimo secundo, die Octobris quarta, sollemnia vota nuncupavit. Paulo post ad Sanctae Annae conventum, in bavarica civitate Vetoettingensi situm, missus est ut ibidem ostiarii munus gereret; locus enim celebris est ac frequentissimus inter cetera Mariana Sanctuaria Germanicae ditionis, adeo ut plura fidelium centena millia ex omni ordine condicione ve, peregrinorum more, ex theutonicis praesertim regionibus, illuc singulis annis conveniant opem imploratura Beatissimae Virginis Mariae, cuius Imago in sacello conventui Capulatorum proximo publicae venerationi exposita est. Nil mirum propterea si ob tot tantorum ad Vetoettingensem conventum christifidelium concursum in coenobio eodem perdifficile existimatur humilis ostiarii officium, quod quidem cum animorum quoque spirituali fructu magnaque patientia faciendum est. At frater Conradus de munere suo rectissime obeundo sollicitum atque aptum ad idem exsequendum summopere sese ostendit. Simplex in vivendo, impiger in explendo labore suo, parcus in sumendis cibis, prudens in loquendo, pauper erga pauperes largus, continenter in peregrinis excipiendis iuvandisque promptus, erga modera-

fores oboedientissimus atque in sacerdotes observantissimus, in orando denique piissimus: usque ad mortem ad. vitae in dies sanctioris normam animum suum intendit, bonoque peregrinorum provehendo totis viribus prospexit. Plus quam annos quadraginta Dei Servus ostiariatus huiusmodi officium sic constanti, sereno, aequali pioque animo mirabiliter gessit, ut vivus adhuc veluti sanctus apud. omnes haberetur. Peculiaribus praeterea charismatibus instructum se praebuit multis ad Dei Famulum accedentibus, qui. eum aliquando, cum Deiparam praesertim oraret, veluti supernaturali fulgore ornatum admirati sunt, eundemque secretorum cordium perscrutatorem ac prophetico spiritu donatum saepe noverunt. Peccatores quoque ad bonam frugem uno tantum oculorum aspectu, Deo adiuvante, reduxit. Postremo autem suorum operum odore flagrans suavi, lethali morbo correptus, Ecclesiae refectus Sacramentis, die XXI mensis Aprilis anno millesimo octingentesimo nonagésimo quarto, aetatis suae quinto et septuagesimo, e vita sancte discessit. Venerabilis Dei Famuli corpus post mortem in ecclesiam delatum est ibique mansit expositum; inde postquam sollemnia funebria acta fuerant, quibus, sanctitate viri permoti, multi quoque advenae adstiterunt, in conditorio Capuccinorum veteris ecclesiae Sanctae Annae depositum est. Ex eo ipso tempore obitus ad nostros usque dies fama sanctitatis venerabilis Dei Servi, magis magisque increvit, adeo ut super eiusdem sanctitatis vitae fama, virtutibus "et miraculis processus Ordinarii in Passaviensi. curia confecti sint. Quibus peractis et ad Sacrorum Rituum Congregationem adlatis, Nos, sollemne per decretum, editum quinto kalendas Iunias anno millesimo nongentesimo quarto ac vicesimo, introductionis Causae Commissionem manu propria signavimus. Probationibus igitur legitime sumptis riteque expensis de virtutibus heroicis ipsius Servi Dei, Nos, decimo octavo Kalendas Septembris anno millesimo nongentesimo vicesimo octavo Venerabilis Famuli Dei virtutes tanquam heroica qualitate praeditas et exornatas sollemni Nostro iudicio adprobavimus et declaravimus. Agitata dein quaestione de duobus miraculis, quae a Deo patrata ferebantur per Venerabilis Conradi a Parzham intercessionem, post duas Congregationes, antepraeparatoriam scilicet et praeparatoriam, nec non aliam generalem Congregationem, quae coram Nobis die vicesima mensis Maii vertentis anni MDCCCCXXX habita est, rebus omnibus acerrimo studio investigatis, Nosmetipsi, die quinta ac vicesima proxime praeteriti mensis Maii, proposita miracula constare sollemniter sancivimus, ulteriusque proinde in casu procedi posse. Cum igitur esset de gradu heroico virtutum ac de miraculis prolatum consilium, illud tantum discutiendum supererai, num venerabilis famulus Dei inter Beatos caelites *tuto* foret recensendus. Hoc dubium propositum est a dilecto filio Nostro Andrea Sanctae Romanae Ecclesiae

Cardinali Frühwirth, Causae relatore, in generalibus Comitiis coram Nobis habitis, die tertia huius mensis Iunii, omnesque qui aderant tam Cardinales, quam Sacrorum Rituum Consultores unanimi consensu affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus donec fervidis precibus a Patre luminum subsidium posceremus. Quod cum impense fecissemus, tandem die quinta huius mensis, octava ab Ascensionis Domini Nostri Iesu Christi festivitate, Eucharistico Sacro rite litato, adstantibus dilectis filiis Nostris Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Laurenti, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, nec non Andrea Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Frühwirth, Causae Ponente, itemque dilectis filiis Alphonso Carinci Congregationis Rituum Secretario, et Carolo Salotti, Sanctae Fidei Promotore generali, ad solemnem Venerabilis Dei Famuli Conradi a Parzham Beatificationem *tuto* procedi posse auctoritate Nostra pronunciavimus. Quae cum ita sint, universi Ordinis Minorum Capuccinorum a Sancto Francisco Assisiensi clerique ac populi dioecesis Passaviensis vota implentes, auctoritate Nostra apostolica, praesentium Litterarum tenore facultatem facimus ut Venerabilis Dei Servus Conradus a Parzham, laicus professus Ordinis Minorum Capuccinorum, *Beati* nomine in posterum nuncupetur, atque eius corpus ac lipsana, seu relliquiae, sollemnibus tamen in supplicationibus non deferenda, publicae fidelium venerationi proponantur; eiusdemque imagines radiis decorentur. Praeterea eadem Nostra apostolica auctoritate concedimus ut de illo recitetur Officium ac Missa celebretur, singulis annis, de Communi Confessorum non Pontificum cum lectionibus et orationibus propriis per Nos adprobatis, iuxta Missalis ac Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem» Missaeque celebrationem fieri dumtaxat permittimus in Passaviensi dioecesi, in qua natus est Dei Famulus et migravit ad Dominum; itemque in templis ac sacellis ubique terrarum sitis, quibus utitur Ordo Minorum Capuccinorum, ab omnibus fidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus tam saecularibus quam regularibus ad eeclesias, in quibus festum agitur, convenientibus. Demum facultatem, impertimur ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Servi Dei Conradi a Parzham supradictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate designandis, intra annum, servatis servandis, postquam eadem sollemnia in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana peracta fuerint. Non obstantibus constitutionibus atque ordinationibus Apostolicis ac decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemptis etiam impressis, dummodo manu Secretarii enunciatae Sacrorum Rituum Congregationis subscripta sint, atque eiusdem Congregationis sigillo munita,

eadem prorsus fides etiam in disceptationibus iudicialibus adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatam, hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Iunii, anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

V

EPISTOLA

AD EMUM P. D. IUSTINIANUM TITULI S. GREGORII S. R. E. PRESB, CARDINALEM SERÉDI, ARCHIEPISCOPUM STRIGONIENSEM, ET AD RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS HUNGARIAE: DE SANCTO EMBRICO DUCE.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Nono exeunte saeculo ex quo S. Emericus Hungariae dux, S. Stephani regis filius, in ipso iuventutis flore ad caelituni sedes placidissimo exitu ascendit, consentaneum est ut una cum Hungarorum populo nobilissimo catholica quidem Ecclesia praeclarum hoc eventum concelebrat: siquidem Ecclesiae praecipua laus est atque gloria si apud gentem vestram, vix in Europae fines advectam, non modo veri Dei cultus brevi lateque propagatus est, sed etiam insignis sanctimoniae viri ac mulieres, immo adulescentes, iam tum auspicato floruerunt. Imprimisque regia illa Arpadorum familia sanctitudine eminet ex qua Sancti ac Beati non pauci orti sunt, quales, praeter eos quos commemoravimus, S. Ladislaus rex et S. Elisabeth, ducis Thuringiorum uxor, quorum virtutes moresque suavissimi in exemplum domi forisque refulgent: in his autem Emericus novum quoddam addidit ornamentum ob eximium illud innocentiae et castimoniae specimen quo adolescentibus praecipue praeire atque iter omnis pietatis ostendere quodammodo videtur. Quapropter mirum non est si peculiari quadam benevolentia .Apostolica haec Sedes Arpadorum domum prosecuta, S. Stephanum, magnum quidem patriae vestrae firmamentum ac decus, corona regia ornavit eidemque Regis Apostolici titulum attribuit. Neque autem de regia tantum stirpe, sed de ipsa singulorum Hungarorum salute Ecclesia mater sedulam semper curam habuit, pietatem fideique ardorem sollerter in eis excitando. Itaque factum est ut, religione duce, maiores vestri, tot adversarum rerum vim saeculorum decursu propulsarint, atque Europae christianae contra barbararum gentium impetus tam diu vivo veluti muro ac propugnaculo semper fuerint. Iamvero, quam-

vis sanctorum virtutem maiorumque gloriam recolere omnino Húngaros deceat, id certe multo magis interest ut ipsi proposita sibi illorum exempla imitari conentur; neque enim publica sollemnique pompa maiorum iactare victorias et sanctorum gesta efferre satis est; sed in hoc instandum ut eodem nunc Hungari religionis ardore, quo veteres flagrarunt, eniteant, et, in tanta illecebrarum errorumque colluvie, veterum innocentiam fidemque aemulentur. Ad hunc christianae vitae usum S. Emericus iuvenes praesertim invitat, virtutum omnium splendore eisdem praeeundo. Nec sine providentis Dei consilio evenit ut e sanctis parentibus sanctus filius oriretur; quod enim de christiana liberorum institutione Nos nuper ediximus, hoc in castissimo isto iuvene velut in speculo cernimus; ad parentum scilicet exempla plerumque filiorum animos conformari. Atque utinam S. Stephani regis piaeque eius uxoris imagines ante oculos versentur omnibus quibus alendae educandaeque christianae prolis curam ac dignitatem Deus tradidit! Utinam parentes omnes in id incumbant ut liberos vel ab infantia verae fidei laete alant et quidquid nefastum et christianae puritati obnoxium est ab eorum animis arceant! Quoniam vero christiana liberorum educatio, uti patet, cum familiae christianae conservatione arcte conectitur, omnino conandum est ut matrimonii vincula, quod divinus Eedemptor ad Sacramenti dignitatem evexit, sancte ab omnibus inviolateque serventur. Id enim maxime inter paganos et christianos mores discriminis intercedit, quod per illos carnis sensuumque habenae laxantur, per hos sancta sancte tractantur; per illos voluptati primus locus datur, per hos evangelica lex cupiditatibus imponitur. Discant coniuges christiani domesticae vitae sacrarium vereri, quod ob humanam inconstantiam vel miseras illecebras destruere aut profanare non modo divina lege vetantur, sed etiam liberorum amore patriaeque caritate prohibentur. Quomodo enim recte educare prolem vel eam ad virtutem hortari poterunt ii parentes, qui sancta Dei praecepta magno cum filiorum detrimento violant, temere quod Deus coniunxit separantes? A sancto Emerico denique ab eiusque parente, S. Stephano, qui tam feliciter Hungarici regni initia auspicatus est, discant omnes qui civilem vitam regunt vel agunt tum demum humanam societatem florere si Evangelii praeceptis cives obediant. Itaque pernecesse est ut lex Christi, non modo privatam singulorum vitam imbuat, verum etiam ut publicos mores moderetur ac pervadat; constat enim: *nisi Dominus custodierit civitatem in vanum* eos laborare *qui aedificant eam;* itemque, cum *miseros,* historia teste, faciat *populos peccatum,* religionem rectosque mores tutissimum esse nationum praesidium ac firmamentum. Alacri igitur fidentique animo saecularia haec sollemnia peragite, dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, ex quibus tanta salutarium fructuum copia

iure exspectatur. Nos vero, cum sollemniora ista festa praesentes quodammodo participare velimus, Legatum Nostrum Pontificium istuc mittemus qui, nomine et auctoritate Nostra, festis ac caeremoniis praesideat. Interea, necessaria auxilia a Deo vobis precantes ut optatos exitus res habeat, apostolicam benedictionem vobis, dilecte fili ac venerabilis fratres, universoque clero ac populo unicuique vestrum concredito peramanter in Domino impertimur.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die II **mensis Iunii a.** MDCCCCXXX, **Pontificatus Nostri nono.**

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, decretis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, sequentibus Ecclesiis ita providere dignatus est:

26 Maii 1930. — **Cathedrali nuper erectae dioecesi de Kottar in Indiis Orientalibus praefecit R. D. Laurentium Pereira, e clero indigena.**

— **Cathedrali nuper erectae dioecesi de Salem in Indiis orientalibus,** R. **D. Henricum Amatum Prunier, e Seminario Parisiensi pro missionibus ad exteras gentes.**

24 Iunii.— **Metropolitanae Ecclesiae Pordicheriensi, R. D. Augustum Simeonem Colas, 6 Seminario Parisiensi pro missionibus ad exteras gentes.**

II

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

25 Ianuarii 1930. — R. **P. Hermannus Meysing, Episcopus titularis electus Minensis,** *Vicarius Apostolicus de Eimberley.*

14 Februarii. — R. **P. Fridericus Meiendro, Episcopus titularis electus Remesianensis,** *Vicarius Apostolicus de Anhing in Sinis.*

12 Martii. — R. **P. Olavus Offerdahl, Episcopus titularis electus Senensis,** *Vicarius Apostolicus Norvegiae.*

30 Martii. — R. **P. Iustinus Paulinus Albouy, Episcopus titularis electus Oidyessenus,** *Vicarius Apostolicus de Isfanning in Sinis.*

— R. P. Natalis Gubbelsj Episcopus titularis electus Attudensis, *Vicarius Apostolicus de Ichang in Sinis.*

— R. P. Aristides Maranta (Edgarus a Poschiavo in Ordine F. M. Capuccinorum) -Episcopus titularis electus Vindensis, *Vicarius Apostolicus Daressalamensis.*

31 Martii. — **E. P. Franciscus O'Rourke, Episcopus titularis electus Ostracinensis,** *Vicarius Apostolicus Or ac Benini in Africa Occidentali.*

31 Maii, — **E. P. Alexander Garcia Fontcuberta, ex Ordine Fratrum. Praedicatorum,** *Vicarius Apostolicus de Haiphong in Indocina.*

9 Iunii. — **E. P. Thomas Wade, e Societate Mariae, primus** *Vicarius Apostolicus Insularum Salomonicarum septentrionalium.*

10 Iunii. — **E. P. Silvester Espelage, ex Ordine Fratrum Praedicatorum,** *Vicarius Apostolicus de Wuchang in Sinis.*

— **E. P. Michael Monconill y Viladot (seu Caspar a Pinell) ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum,** *Vicarius Apostolicus de Caqueta in Columbia.*

SACKA CONGREGATIO RITUUM

PASSAVIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN, SERVI DEI FR. CONRAD I. A PARZHAM, LAICIS PROFESSI ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM.

SUPER DUBIO

An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione **tuto** *procedi possit ad sollemnem praefati Ven. Servi Bei beatificationem.*

Quaenam sit in gratiarum distributione communis divina oeconomia nos Christus Dominus edocet, admonens: *Qui se exaltat Jiumiliabitur, et qui se humiliât exaltabitur* **(Luc, XVIII, la). Cui mire concinit hurnillima aeque ac altissima omnium creaturarum, immaculata Virgo Mater Dei, inclamans:** *Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles* **(Luc, I, 52). Quod in Ven. Servo Dei fratre Conrado a Parzham, laico professo Ordinis Minorum Capuccinorum, conspicuo elucet exemplo. Etenim quo humilius frater ostiarius Vetoettingensis Conventus de se sentiebat, eo magis a divina sapientia et magnificentia fuit exaltatus, et christiano populo in signum ostensus. Sapientia id praestat Dei, quia eorum glorificatio, qui demisse, dum viverent, de se in Christo sentiebant, efficaci nobis est documento, qui, dum in hac terra peregrinamur, ad meliora sectanda exemplis stimulari indigemus. Magnificentia quoque id efficit divina, cuius est superabundans, praemio, ultra mensuram omnem, suorum famulorum merita excedere, docente Apostolo:** *Id quod in praesenti est momentaneum*

et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis (II Cor., IV, 17).

Iure itaque hodie laetitia gestit Bavaria, exsultat gaudio inclyta Minorum Capuccinorum familia ob humillimi fratris Conradi a Parzham iam properantem glorificationem, quae brevi intervallo ab eius morte, quin immo, rarissimo exemplo, post sex annos tantum Causae introductionem subsequitur.

Etenim die vigesimaprima Aprilis anno millesimo octingentesimo nonagésimo quarto Dei famulus ad superos evolavit, Commissionem vero Introductionis Causae, Ordinaria inquisitione peracta, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI sex abhinc annis signare dignatus est die vigesima octava Maii anno millesimo nongentesimo vigesimo quarto. Anno insequenti actum est de cultu nunquam praestito Ven. Dei Servo, postea de processuum validitate. Super heroicis virtutibus die decimaquinta Augusti anno millesimo nongentesimo vigesimo octavo decretum est, et super miraculis die vigesima quinta Mah nuper elapsi.

Unum supererat discutiendum dubium: *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum* tuto *procedi possit ad sollemnem Venerabilis Conradi beatificationem.* In generalibus itaque Comitiis coram Sanctissimo Domino Nostro nudiustertius habitis Reverendissimus Cardinalis Andreas Frühwirth, Causae Relator, dubium hoc proposuit, cui quotquot aderant tum Reverendissimi Cardinales, tum Praelati et Consultores affirmative responderunt; Suam tamen sententiam Beatissimus Pater edere decrevit hodierna die, octava Ascensionis Domini, et memoriae Martyris Bonifacii, magni Germaniae Apostoli, dicata.

Quare, Eucharistica Hostia religiosissime oblata, ad se arcessiri mandavit Reverendissimos Cardinales Camillum Laurenti S. R. C. Praefectum et Andream Frühwirth, Causae Relatorem, una cum R. P. Carolo Salotti sanctae Fidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, iisque adstantibus, pronuntiavit: « Tuto *procedi posse ad sollemnem Venerabilis /Servi Dei fratris Conradi a Parzham beatificationem* ».

Hoc autem decretum rite promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit die quinta Iunii anno millesimo nongentesimo trigesimo.

C. CARD. LAURENTI, *S. P. C. Praefectus.*

Ii. © S .

A. Carinci, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 3 Giugno 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi che compongono la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio detto del *Tuto* per la solenne beatificazione del Ven. Servo Dio Fr. Corrado da Parzham laico professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini.

Martedì, 17 Giugno 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti, *Ordinaria,* nella quale al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

I. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Paolina Jaricot, Fondatrice delle Opere della Propagazione della Fede e del Rosario vivente.

% Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Celina della Presentazione, del Secondo Ordine di S. Francesco.

3. Riassunzione della Causa di Canonizzazione dei Beati Martiri Giovanni Cardinale Fischer, Vescovo di Rochester, e Tommaso Moore, Cancelliere d'Inghilterra.

4. Riassunzione della Causa di Canonizzazione del Beato Giovanni Bosco, Sacerdote, Fondatore della Pia Società Salesiana e dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice.

5. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Maria dell'Addolorata e del Patrocinio, dell'Ordine delle Religiose Concezioniste francescane.

6. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Chiara Fey, Fondatrice dell'Istituto delle Suore di Gesù Bambino povero.

7. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Galileo Nicolini, Novizio della Congregazione della Passione di N. S. G. C.

8. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Paola Delpuig da S. Luigi, Superiora Generale dell'istituto delle Suore della Carità in Vich.

9. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio P. Antonio Maria Pucci, Sacerdote professo dell'Ordine dei Servi di Maria.

10. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Biagio Marmoiton, Martire, laico professo della Società di Maria.

II. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Fratel Michele, dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane.

1Ü. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Giuseppe Frassinetti, Sacerdote secolare, Priore di S. Sabina, in Genova.

13. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Giuseppe Bedetti, Sacerdote secolare.

14. E finalmente intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Gennaro De Rosa, Canonico Penitenziere della Chiesa Metropolitana di Napoli.

SEGRETERIA DI STATO

CONGREGAZIONI ASSEGNATE AI NUOVI CARDINALI

Con biglietti della Segreteria di Stato del 3 corr., la Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata di assegnare: all'Emo Signor Cardinale Sebastiano Leme da Silveira Cintra, Arcivescovo di San Sebastiano di Rio de Janeiro, le Sacre Congregazioni: *per la Chiesa Orientale, dei Religiosi e di Propaganda Fide;* **all'Emo Signor Cardinale Francesco Marchetti-Selvaggiani, le Sacre Congregazioni:** *per la Chiesa Orientale, di Propaganda Fide e degli Affari Ecclesiastici Straordinari;* **all'Emo Sig. Cardinale Raffaello Carlo Rossi, le Sacre Congregazioni:** *Concistoriale, dei Sacramenti e dei Riti;* **all'Emo Signor Cardinale Giulio Serafini, le Sacre Congregazioni:** *Concistoriale, del Concilio e dei Riti;* **all'Emo Signor Cardinale Achille Liénart, Vescovo di Lilla, le Sacre Congregazioni :** *del Concilio, dei Seminari e delle Università degU Studi* **e** *della Rev.da Fabbrica di San Pietro.*

NOMINE [1]

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

23 Novembre 1929. **Monsig. Antonino Drapier, Arcivescovo tit. di Neocesarea nel Ponto,** *Delegato Apostolico per la Mesopotamia, Kurdistan e Armenia Minore.*

18 Marzo 1930. **Monsig. Cesare Orsenigo, Arcivescovo tit. di Tolemaide in Libia,** *Nunzio Apostolico in Germania.*

20 » » **Monsig. Angelo Rotta, Arcivescovo tit. di Tebe in Acaia,** *Nunzio Apostolico in Ungheria.*

27 » » **Monsig. Carlo Margotti, Arcivescovo tit. di Mesembria,** *Delegato Apostolico a Costantinopoli.*

30 » » **L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier,** *Protettore del Collegio Inglese.*

10 Aprile » **L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli,** *Protettore delle Suore della Carità di S. Anna* **(Saragozza).**

[1] **Pag. 252, lin. 18, ad diem 14 Aprilis, loco eius quod est « delle Suore del S. Cuore di Gesù (Angers) » restituatur; «delie** *Filles de la Charité du Sacré-Cœur ie Jésus,* **de la Salle-de-Vihiers (Angers) ».**

28 Aprile 1980. **L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier,** *Protettore dell'Adorazione Riparatrice* **(Parigi).**

.28 » » **L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli,** *Protettore della Congregazione degli Angeli Custodi* **(Bilbao).**

7 *Maggio »* **L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier,** *Protettore delle Suore Adoratrici del Prezioso Sangue* **(San Giacinto).**

7 » » L'Emo Sig. Cardinale Francesco Ehrle, *Protettore del Collegio Scozzese.*

10 » » **L'Emo Sig. Cardinale BonaventuraCerretti,** *Protettore della Unione Internazionale delle Leghe Femminili Cattoliche* **(Utrecht).**

13 » » **L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier,** *Protettore della Congregazione della Dottrina Cristiana* **(Nancy).**

14 » » **L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli,** *Protettore delle Suore della Misericordia di S. Carlo Borromeo* **(Treviri).**

21 » » **L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier,** *Protettore della Congregazione dell'Oratorio di Gesù e Maria Immacolata* **(Parigi).**

U *Giugno »* **L'Emo Sig. Cardinale Michele Lega,** *Protettore dell'Ordine dei Minori Conventuali.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

3 Maggio » **Monsig. Lodovico Sebastian, Vescovo di Spira.**

Protonotarii Apostolici **ad instar participantium:**

17 Aprile 1929. **Monsig. Domenico Cavallera, della diocesi di Gravina.**
18 Dicembre » **Monsig. Ugo Lamb, dell'archidiocesi di Filadelfia.**
12 Marzo 1930. **Monsig. Antonio Rigoni, della diocesi di Segna e Modrussa.**
14 Aprile » **Monsig. Giuseppe Mutscb lechner, della diocesi di Bressanone.**
1 Maggio » **Monsig. Filea Fillion, dell'archidiocesi di Quebec.**
14 » » **Monsig. Lorenzo Rodríguez, dell'archidiocesi di Valladolid.**
9 Giugno » **Monsig. Emmanuele Suarez Saaverda, della diocesi di Ibagué.**

Prelati Domestici di S. S. :

18 Dicembre 1929» **Monsig. Giuseppe Corrigan, dell'archidiocesi di Filadelfia.**
» » **Monsig. Giovanni Bonner, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Bernardo Me Kenna, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Guglielmo Me Nally, della medesima archidiocesi.**
> » » **Monsig. Eugenio Me Guinnis, della medesima archidiocesi.**

13 Dicembre 1929. **Monsig. Leone Fink, della medesima archidiocesi.**
5 Febbraio 1930. **Monsig. Piergiovanni Semeria, della diocesi di Ventimiglia.**
7 » » Monsig. Giuseppe Jacob, della diocesi di Liegi.
» » » Monsig. Augusto Leclercq, della medesima diocesi.
8 » **» Monsig. Giuseppe S. Vornholt, della diocesi di Concordia Kansas.**
12 » **» Monsig. Giovanni Battista Mayjonade, della diocesi di Périgueux.**
27 **» » Monsig. Alfredo Obviar, della diocesi di Lipa.**
28 Aprile » **Monsig. Duane Garrison Hunt, della diocesi di Salt Lake.**
3 *Maggio* **» Monsig. Luciano Mazzeo, della diocesi di Marsico Nuovo.**
» » » Monsig. Giuseppe Naddeo, della diocesi di Potenza.
» » » Monsig. Vincenzo D'Elia, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Antonio Errichetti, della medesima diocesi.
6 **» » Monsig. Raffaele Cigliano, dell'archidiocesi di Napoli,**
8 **» » Monsig. Giacomo Rossi, della diocesi di Bergamo.**
14 » » **Monsig. Luigi Santi, dell'archidiocesi di Modena.**
27 **» » Monsig. Giuseppe Al ves Ferreira Laudim, della diocesi di Natal.**
28 » » **Monsig. Giuseppe Salvatore Silva, della diocesi di Barquisimeto.**
31 **» » Monsig. Giuseppe Rolla, della diocesi di Lodi.**
8 Giugno **» Monsig. Leonardo Cercone (Roma).**

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

31 Marzo 1930. **Al sig. conte Eugenio Rebaudengo, dell'archid. di Torino.**
8 Maggio **» A S. E. Don Raimondo Subercaseaux (Cile).**

La Commenda con placca dell'Ordine Piano:

26 Giugno 1930. **Al sig. dott. Giulio Gavazzi, dell'archidiocesi di Milano.**

La Commenda dell'Ordine Piano :

17 Dicembre 1929. **Al sig. Alberto M. Greenfield, dell'archidiocesi di Filadelfia.**

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

24 Marzo 1930. **Al sig. Giorgio Edoardo Panneton, dell'archid. di Ottawa.**

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

12 Aprile 1930. **Al sig. conte Cristoforo de Paus (Norvegia).**
20" » » **Al sig. Carlo Luigi Fouché d'Otrante (Svezia).**
24 » » **Al sig. Michele Gruchaga, dell'archidiocesi di Santiago del Cile.**
» » » **Al sig. Fernando Isarrazaval, della medesima archidiocesi.**
24 » » **Al sig. Emmanuele Forster Recabarreu, della medesima archidiocesi.**
28 » » **Al sig. Guglielmo Cuno, della diocesi di Osnabrück.**
14 Maggio » **Al sig. marchese Antonio De Magaz (Spagna).**

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 Giugno 1930. **Al sig. Antonio Rodríguez Banco (Cile).**
21 » » **Al sig. dott. Ugo Niccoli (Italia).**
» » » **Al sig. dott. Valerio Marangoni (Italia).**
» » » **Al sig. dott. Antonio Crispo (Italia).**

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

26 Giugno 1929. **Al sig. dott. Corrado Giordano, della diocesi di Pontecorvo.**
25 Febbraio 1930. **Al sig. Francesco Volpi, della diocesi di Bergamo.**
24 Marzo » **Al sig. dott. Luigi Duval-Arnould (Parigi).**
» » » **Al sig. dott. Giuseppe Loth (Parigi).**
28 » » **Al sig. ing. Sante Pirrello, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.**
29 » » **Al sig. Enrico Persi (Roma).**
31 » » **Al sig. cav. Ivo Vauquelin, della diocesi di Moulins.**
4 Aprile » **Al sig. Agostino Margara, dell' archidiocesi di Genova.**
7 » » **Al sig. cav. Carlo Locatelli (Roma).**
10 » » **Al sig. Domenico Adriani (Roma).**
» » » **Al sig. cav. Romeo Bennicelli (Roma).**
11 » » **Al sig. arch. Florestano Di Fausto (Roma).**
» » » **Al sig. cav. Gustavo Enrico Daumas, dell'archidiocesi di Parigi.**
» » » **Al sig. D. Raimondo Albé y Marti, della diocesi di Barcellona.**
14 » » **Al sig. Giovanni Severiano Da Fonseca Hermes (Brasile).**
15 » » **Al sig. Girolamo Basetti Sani, dell'archidiocesi di Firenze.**
24 » » **Al sig. Michele Goudchaux, dell'archidiocesi di Parigi.**
29 » » **Al sig. Elia Federici (Roma).**
30 » » **Al sig. Ferdinando Kuhn (Baviera).**
2 Maggio » **Al sig. Alberto Bosslet, dejla diocesi di Würzburg.**

2 Maggio 19301 **Al sig. conte Gino Ghezzi, della diocesi di Arezzo.**
15 » » **Al sig. Livinio Gevaert, dell'archidiocesi di Malines.**
28 » » **Al sig. dott. Antonio Mohrmann (Germania).**
7 Giugno » **Al sig. dott. Carlo Zanetto Lami, dell'archidiocesi di Pisa.**
9 » » **Al sig. Andrea Guagnino, del Vicariato Apostolico del Marocco.**
11 » » **Al sig. cav. Francesco Ferrazzi, dell'archidiocesi di Milano.**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

27 Gennaio 1930. **Al sig. Giuseppe Desmet, dell'archidiocesi di Malines.**
13 Febbraio » **Al sig. Giuseppe Delloye, dell'archidiocesi di Cambrai.**
18 Marzo » **Al sig. Carlo Painich, della diocesi di Trieste.**
24 » » **Al sig. Antonio Gerardo Alfano Schrauwen, della diocesi di Breda.**
29 » » **Al sig. Pietro Negri, dell'archidiocesi di Milano.**
31 » » **Al sig. Giovanni M. A. C. J. Smits, della diocesi di Breda.**
3 Aprile » **Al sig. Renato Berthier, dell'archidiocesi di Parigi.**
5 » » **Al sig. Amedeo Cauchie, della diocesi di Blois.**
» » » **Al sig. Ulisse Bro, delia medesima diocesi.**
8 » » **Al sig. Lodovico Florin, della diocesi di Lilla.**
» » » **Al sig. Emidio Benedetti (Roma).**
10 » » **Al sig. Giacomo W. Maney, della diocesi di Oklahoma.**
U » » **Al sig. Giovanni Berdinger, dell'archidiocesi di Parigi.**
» » » **Al sig. Adriano Chobillon, della medesima archidiocesi.**
14 » » **Ai sig. dott. Alessandro Terreaux, della diocesi di Nancy.**
» » » **Al sig. Sebastiano J. Remy, della medesima diocesi.**
24 » » **Al sig. Giuseppe Driscoll, della diocesi di El Paso.**
29 » » **Al sig. Pietro Avot, delia diocesi di Arras.**
8 Maggio » **Al sig. Antonio Toulemond-Beuque, della diocesi di Lilla.**
» » » **Al sig. Giovanni Battista Leplat-Derville, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Gastone Vantroys, della medesima diocesi.**
13 » » **Al sig. Clemente Conte (Roma).**
» » » **Al sig. Felice Romano (Roma).**
14 » » **Al sig. Ettore dell'Omo, dell'archidiocesi di Pisa.**
16 » » **Al sig. Luigi Carrette, della diocesi di Bruges.**
30 » » **Al sig. Guglielmo Masterson, della diocesi di Salford.**
» » » **Al sig. Ugo Fay, della medesima diocesi.**
9 Gmgno » **Al sig. Carlo M. F. Courbe, dell'archidiocesi di Parigi.**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

16 Maggio 1930. **Al sig. Stefano Merveilleux du Vignaux, della diocesi di Poitiers.**

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

20 Aprile 1930. **Al sig. Giacomo Keiller (Svezia).**

La Commenda dell'Ordine di S.Silvestro Papa:

20 Marzo 1930. **Al sig. dott. Ruggero Pedrotti (Roma).**
29 » » **Al sig. Carlo Kambo (Roma).**
3 Aprile » **Al sig. Giulio Mosca (Roma).**
14 » » **Al sig. Eugenio Pisani (Roma).**
24 » » **Al sig. prof. Valfredo Chiodi, della diocesi di Fiesole.**
28 » » **Al sig. arch. Ettore Rossi (Roma).**
30 » » **Al sig. Sergio Denisor (Romania).**
» » » **Al sig. Romolo Vasselli (Roma).**
15 Maggio » **Al sig. Raffaele Colilli, della diocesi di Lecce.**
30 » » **Al sig. Francesco Bornefeld-Ettman, della dioc. di Münster.**
22 Giugno » **Al sig. Gaetano Buoncristiano (Italia).**
» **Al sig. Benedetto Mauro (Italia).**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

6 Marzo 1930. **Al sig. Umberto Baldissera (Roma).**
3 Aprile » **Al sig. Giovanni Maggio, della diocesi di Chiavari.**
7 » » **Al sig. Giuseppe Andreoli, della diocesi di Fabriano.**
» » » **Al sig. dott. Antonio Furbetta, della medesima diocesi.**
14 » » **Al sig. dott. Lodovico Jarsaillon, della diocesi di Orano.**
24 » » **Al sig. Carlo Pacini, della diocesi di Fiesole.**
30 » » **Al sig. dott. Pietro Velardi (Romania).**
» » » **Al sig. Giorgio Maniu (Romania).**
2 Maggio » **Al sig. Antonio Giampaoli (Roma).**
17 » » **Al sig. Bernardo Ferreri, della diocesi di Casale.**
5 *Giugno* » **Al sig. Giovanni Battista Tran-vàn-hòa, del Vicariato Apostolico di Hai Phong.**
9 » » **Al sig. Carlo Urban (Roma).**
14 » » **Al sig. Luigi Baldassini (Roma).**
23 » » **Al sig. dott. Michele Cappuccio (Italia).**

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

13 Marzo 1930. **Monsig. Enrico Ferri, della diocesi di Jesi.**
» » » **Monsig. Pasquale Paccapelo, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Ferdinando Senesi, della medesima diocesi.**

22 Aprile 1930. **Monsig. Giuseppe Angeloni, della diocesi di Cassano all'Ionio.**
24 » » **Monsig. Silvio Maffucei, della diocesi di Pistoia.**
» » » **Monsig. Alberto Mazzanti, della medesima diocesi.**
>> » **Monsig. Francesco Piccardi, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Innocenzo Angeloni, dell'archidiocesi di Gaeta.**
8 Maggio » **Monsig. Giov. Battista Lohr, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.**
15 » » **Monsig. Giorgio Pabst, della diocesi di Augsburg.**
22 » » **Monsig. Francesco Golba, dell'archidiocesi di Cracovia.**
29 » » **Monsig. Michele Blandino, della diocesi di Susa.**
» » » **Monsig. Gioacchino Nabucco, dell'archidiocesi di S. Sebastiano di Rio de Janeiro.**
» » » **Monsig. Adalberto Klatt, della diocesi di Culma.**
» » **Monsig. Antonio Enrico Szuman, della medesima diocesi.**
» » »' **Monsig. Casimiro Bieszk, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Policarpo Gulgowski, della medesima diocesi.**
4 Giugno » **Monsig. Francesco Calandrane, della diocesi di Savona e Noli.**
8 » » **Monsig. Francesco Ciarlo, della medesima diocesi.**

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

26 Aprile 1930. **Ill.mo Sig. Comm. Ambrogio Caccia Dominioni, dell'archidiocesi di Milano.**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

22 Aprile 1930. **Monsig. Giuseppe Pontieri, della diocesi di Cassano all'Ionio.**
1 Maggio » **Monsig. Giovanni Quaranta, della diocesi di Brescia.**

NECROLOGIO

9 Marzo 1930. **Monsig. Luigi Tchen, Vescovo tit. di Attuda.**
4 Aprile » **Monsig. Fortunato Enrico Caumont, Vescovo di Ajmer.**
2 Giugno » **Monsig. Massimiliano de Lingg, Vescovo di Augsburg.**
3 » » **Monsig. Mariano Ryx, Vescovo di Sandomir.**
10 » » **Monsig. Domenico Lancellotti, Vescovo di Conversano.**

Annus XXII - Vol. XXII 7 Augusti 1930 Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

MOTU PROPRIO

DE NOVO OPERE IN LOCUM LE O NI ANI OPERIS DE FIDEI PRAESERVATIONE STJFFICIENDO.

PIUS PP. XI

In Allocutione habita in Consistorio, die elapsi mensis Iunii tricesimo, summatim consilium proposuimus, quod iam diu in animo Nostro maturuisset, opportunas rationes ineundi, per quas nonnullis praesentioribus gravioribusque carissimae dioecesis Nostrae Eomanae spiritualibus necessitatibus prospiceremus.

Placet nunc verba illa consiliumque illud Nostrum cum explanare fusius, tum, una simul, effecta dare quo aptiore ad propositum adipiscendum modo visum Nobis est.

Atque ut ad rem confestim aggrediamur, dicimus, hanc esse mentem Nostram, ut erigamus —quemadmodum reapse per hasce Litteras Motu proprio datas erigimus — « Pontificium Opus praeservandae Fidei novisque Romae templis exstruendis ».

Quo quidem Opere illud immutatur atque amplificatur, quod fel. rec. decessor Noster Leo XIII Litteris suis Motu Proprio datis die xxv m. Novembris an. MDCCCCIX auspicato condiderat.

Immutatur, inquimus, quandoquidem id ipsum Opus, quod Commissio, ut aiunt, Patrum Cardinalium ante moderabatur, fit nunc Opus Pontificium, ad leges regundum quas tempestive,

pro huius renovationis modo ac fine, laturi Nos sumus. Amplificatur praeterea, siquidem cum pristino eiusmodi Opere coniungitur atque ordinato quodam nexu copulatur — ut ipsa utriusque rei natura postulat — aliud illud novis in Urbe templis excitandis, in iis praesertim Eomae partibus ac regionibus, quae tali praesidio imprimis destituuntur. Hoc « Pontificium Opus praeservandae Fidei novisque Romae templis exstruendis » est persona iuridica, idemque, congruenter « Pontificii » titulo quo distinguitur, a potestate atque auctoritate Nostra proxime pendebit. Praeses eius effectivus, ut vocant, unus erit e Purpuratis Patribus, quem Nosmet ipsi — ut Cardinalem pro Urbe eiusque Districtu Vicarium Nostrum in spiritualibus Generalem aliqua ex parte a tam multiplicibus gravibusque curis laxemus quibus oneratur — consulto designabimus, ad Nos de rerum cursu, stato quoque tempore, relaturum. At Cardinalis Operis Praeses cum memorato Cardinali pro Urbe eiusque Districtu Vicario Nostro in spiritualibus Generali rationes habebit frequentissimas, ut eum de omnibus certiorem faciat cum eodemque consilia opportune conferat. Cardinalis idem Praeses novi personam Operis geret ad omnes quod pertinet effectus, quos iuridicos atque administrativos vocant.

Itaque novum « Pontificium Opus praeservandae Fidei novisque Eomae templis exstruendis » ex duabus sectionibus constat, quarum unaquaeque certum quoddam ac proprium persequitur propositum, quamvis, ut patet, arcte sit alterum cum altero copulatum.

Ad praeservationem Fidei quod attinet, Opus Pontificium, praeterquam quod provehere ea perget, quae usque adhuc pristinum Opus, Leonianum dicimus, promovere non destitit, curas atque incepta sua ad novas temporum rerumque condiciones proferendo accommodabit, ut aptioribus cotidie efficacioribusque artibus id, quo tendit, assequatur, scilicet ut avitam fidem in dilectissima hac Nostra Urbe ac dioecesi incolumem tueatur.

Quod autem spectat ad templorum paroecialium exaedificationem — de quibus primum ac praecipue, si non unice, loqui

volumus — Pontifìcii Operis erit, quamprimum fieri poterit, novas erigere, instituere ac dotare paroecias, vel veteribus, si Quando oporteat, dismembratis; areas acquirere, templa exstruere continentesque aedes, itemque de necessariis veniis cum civitatis magistratibus agere. Quibuscum praeterea Pontificium Opus de modis ac de compensationibus tractabit convenietque, quotiescumque veteres sacrae aedes cedi debent, publicae utilitatis causa necessario deiiciendae.

Novum Opus utrumque finem sibi propositum persequetur per eas pecuniae summas, quas unicuique ex iis attributas volumus; in templorum vero paroeciarumque exstinctionem erogabuntur quoque cum pecuniae e cessione veterum ecclesiarum perceptae, tum largitiones, quibus filii e dioecesi Nostra dilectissimi Nobis opitulaturi sunt — ut in ipsa Consistoriali Allocutione confidere Nos diximus — cum de re agatur, quae et sibi ipsis et suae posteritate tantopere profutura erit.

Lex propria Operis Praesentationis Fidei, quam fel. rec. decessor Noster Leo XIII Litteris Motu proprio die xxv m. Novembris an. MDCCCCIX datis probavit, Nostrarum harum promulgatione Litterarum abrogatur; item esse desinere volumus Commissionem, Consultorum Coetum et cetera omnia, quae ex iisdem Leonianis praescriptis esse coeperunt. Interea operibus negotiisque expediendis, quae in cursu sunt, opportune providebitur.

In sectione, quae nova templa Eomae excitanda curabit, Cardinali Praesidi laborum socia aderit Commissio, ut aiunt, quae constabit non modo ex uno e curionibus urbanis atque ex iis aliis ecclesiasticis viris, quos mox deligere placebit, sed etiam e iurisperito uno artificibusque tribus, quos pariter Nosmet ipsi nominabimus. Omnia autem, quae supra memoravimus, ut ad effectum rite deducantur, opportunas posthac normas tradituri sumus.

Interea spe fruimur laetissima, fore ut Pontificium Opus, quod, post assiduas commentationes ac preces, modo condidimus, fructus illos ferat uberrimos, quos vehementer optamus ardenterque ominamur, cum Dei benignissimi deesse Nobis prae-

sidium non possit, apud quem Deiparae Virginis, Apostolorum Petri et Pauli omniumque caelestium Almae huius Urbis ac dioecesis Patronorum deprecationem adhibuimus atque adhibemus.

Divinorum autem munerum conciliatrix sit apostolica benedictio, quam, praecipua animi effusione, iis universis impertimus, qui aut pristino Leoniano Operi dedidere usque adhuc se totos, aut novi Operis modo erecti commoda tuebuntur, in eius profectum precibus, favore ac liberalitate sua conspirando. Sensum vero aperimus, quem in animo Nostro nemo non legat, cum dicimus, plurimum Nos pastorali studio confidere, quo parochi urbani tam Nobis cari apud suum quisque gregem valent, et niti Nos item admodum acri actuosoque apostolatus spiritu, quo dilectos omnes de Actione Catholica filios Nostros flagrare novimus.

Quaecumque a Nobis hisce Litteris statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum die v mensis Augusti, in festo Dedicationis Sanctae Mariae ad Nives, anno **MDCCCCXXX,** Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE PONTIFICIO COLLEGIO NEPOMUCENO IN URBE

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ubi primum Cecoslovacha Eespublica constituta fuit, opportunum sane atque consentaneum visum est ad omnes eiusdem dioeceses illud extendi beneficium, quod f. r. Leo Papa XIII, Praedecessor Noster, per Bohemorum clericorum Collegium, Apostolicis Litteris *Vicariam potestatem,* kalendis Ianuariis anno millesimo octingentesimo nonagésimo

datis, in Urbe conditum, Bohemiae dioecesibus iam attribuerai, ita ut omnibus liceret novae reipublicae dioecesibus alumnos, pietate quidem ingenioque praestantes, in banc almam Urbem Nostram mittere, qui, sub fere ipsis Christi "Vicarii oculis ac in tot sacrorum monumentorum conspectu, ecclesiasticis disciplinis darent operam. Iamvero cum ad hanc rem assequendam satis idonea non esset domus in Urbe vico Sixtino sita, quam ipse Decessor Noster Bohemorum Collegio assignaverat, consilium initum est ampliores exstruere aedes, quae melius temporum necessitatibus responderent. Quapropter lata area eademque saluberrima a sacrosancta Nostra Patriarchali Basilica Lateranensi haud procul disiuncta, Apostolicae Sedis sumptibus coëmpta, novum aedificium aere tum quidem Nostro atque a sacrorum Cecoslovachiae Antistitibus et Beipublicae Moderatoribus et christifidelium etiam in America degentibus oblato, tum ex venditis veteribus Bohemorum Collegii aedibus contiguisque ipsius domibus percepto, ibidem a fundamentis feliciter est excitatum. Novis itaque aedibus nunc solemniter dedicatis, huic sacrorum studiorum domicilio iuridicam constitutionem mutatis rerum condicionibus congruentem dare volentes, suppleto quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de venerabilium fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositorum consulto, quas supra memoravimus Apostolicis Litteris *Vicariam potestatem,* suprema Nostra auctoritate, quatenus opus sit, derogarnus, et quae sequuntur statuimus ac decernimus:

I. Clericorum hoc Institutum, Bohemorum Collegii sublato nomine, a viro illo sanctissimo Ioanne, qui sane est sacri ordinis gloria et patriae decus, *Pontificium Collegium Nepomucenum* posthac nuncupari volumus ac mandamus; illudque in posterum alumnos excipiet, pietate quidem ingenioque praecedentes, quos Cecoslovachae Reipublicae venerabiles fratres Nostri Antistites e suis ipsis dioecesibus Romam, ibidem ecclesiasticis imbuendos disciplinis, missuri sunt.

II. Pontificio huic Collegio Nepomuceno iura omnia et privilegia tribuimus, atque bonorum mobilium et immobilium possessiones eorumque reditus eidem assignamus, quibus Bohemorum Collegium fruebatur, ipsorum tamen natura et fine religiose servatis; itemque officia omnia, onera et obligationes, Collegio Bohémico hucusque adnexa, a Nepomuceno Collegio posthac absolvi volumus ac praecipimus.

III. Novum quod supra memoravimus aedificium, vico vulgo *Concordia* nuncupato, prope vicum *Magna Grecia,* exstructum, cum contiguo fundo, Pontificio Collegio Nepomuceno suum proprium assignamus, tamquam Instituti sedem.

TV. Cecoslovachiae sacrorum Antistites eadem iura eademque officia in Collegio singuh habeant eique omnes pro virili parte consulant.

V. Collegii Moderator a Summo Pontifice per Sacram Congregationem de Seminariis et de Studiorum Universitatibus erigetur; isque parochi munere in Collegio fungetur, idemque ipso iure Archiepiscoporum et Episcoporum Reipublicae Cecoslovächae erit procurator.

VI. Collegium sub eiusdem Sacrae Congregationis de Seminariis iure ac potestate erit, et ideo legibus ab ipsa latis regetur.

VII. Si quavis ex causa Pontificium Collegium Nepomucenum esse desierit, omnes eius possessiones, bona mobilia et immobilia, pecuniae, reditus, aliaque huiusmodi ad Sanctam Sedem devolventur, ut, quantum fieri poterit, ad alumnos e dioecesibus, quas nunc Cecoslovacha Respublica complectitur, ecclesiastice educandos et erudiendos erogentur.

Volumus denique ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen ahcuius notam publici subscriptis, ac sigillo ahcuius viri, in ecclesiastica dignitate vel in officio constituti, munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent.

Quae autem per hanc Nostram Constitutionem statuimus, decrevimus, ediximus et mandavi mus, rata omnia et firma permanere auctoritate Nostra volumus, iubemus, quibuscumque etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo ac trigesimo, die vigesima tertia mensis Aprilis, in festo S. Adalbert! Ep. M., Pontificatus Nostri anno nono.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH,
Cancellarius S. B. E.

CAIETANUS CARD. BISLETI,
Praefectus S. C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

Alfonsus Carinci, ***Protonotarius Apostolicus.***
Hector Castelli, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco *Cfr* Plumbi

Reg. in tab. Cancellariae Apostolicae, Vol. XLII, n. 5. - M. Riggi.

LITTERAE APOSTOLICAE

INNOVANTTJR INDULGENTIAE CHRISTIANAM CATECHESIM SIVE TRADENTIBTJS SIVE SUSCrPLENTIBUS CONCESSAE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Litteris Nostris Motu proprio datis die XXIX mensis Iulii, anno MDCCCCXXIII, Nos apud Sacram Congregationem Concilii peculiare constituimus Officium, quod universam in Ecclesia actionem catechisticam moderaretur ac proveheret. Nunc autem eiusdem Officii, Commissio catechetica, ad religiosam institutionem populi christiani ac praesertim puerorum magis magisque provehendam, enixas Nobis preces adhibet ut spiritualibus Indulgentiarum muneribus eos honestemus, qui christiani catechismo sive tradendo sive discendo operam praestent. Verum Decessores Nostri rec. mem. tum Paulus Pp. V, tum Clemens Pp. XII huiusmodi spiritualia dona iam concessere, quae tunc temporis satis apta videbantur; at nunc eadem augenda nostraeque aetatis necessitatibus congrua reddenda in Domino existimavimus. Abrogatis itaque indulgentiis ab iisdem Romanis Pontificibus hac in re antea concessis, conlato quoque consilio cum dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Poenitentiario Maiore, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum eius Apostolorum Petri ac Pauli auctoritate confisi, omnibus et singulis christifidelibus, qui per mediam circiter horam et non minus quam per tertiam horae partem doctrinae christianae tradendae vel discendae saltem bis in mense operam dederint, eodemque in mense bis lucrandam, diebus ad ipsorum arbitrium seligendis, *Plenariam Indulgentiam,* dummodo vere poenitentes et confessi ac sacra Communione refecti aliquam, ecclesiam vel publicum oratorium visitaverint, ibique ad mentem Nostram seu Romani Pontificis preces effuderint, misericorditer in Domino concedimus. Praeterea christifidelibus iisdem, quoties per praefatum temporis spatium doctrinae christianae sive tradendae sive discendae operam navaverint, *Indulgentiam partialem* centum dierum, contrito saltem corde acquirendam, largimur. Non obstantibus contrariis quibuslibet. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Martii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

B. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

notandum;

***Pag. 293 lin. 14 ab imo, loco eius quod est* permaneat *legatur* permanet.**

ACTA SS. CONGREGATIONUM
ACTA

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DE RITIBUS SINENSIBUS

Supremae Sacrae Congregationi Sancti Officii proposito dubio: «An decretum Supremae Sacrae Congregationis S. Officii diei 25 Septembris 1710, quo commentatio quaecumque de Ritibus Sinensibus sine expressa et speciali licentia Sacrae Congregationis S. Officii prohibetur, post Codicis iuris canonici promulgationem in suo pleno vigore persistat».

Emi ac Revmi Domini Cardinales, fidei et moribus tutandis praepositi, in plenario Congressu habito feria IY, die 18 Iunii 1930, responderi mandarunt:

Affirmative.

Ssmus Dominus Noster D. Pius div. Prov. Pp. XI subsequenti feria V, die 26 eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum decisionem approbavit et publicari iussit.

Datum Romae ex Aedibus S. Officii, die 13 Iulii 1930.

A. Subrizi, *8. C. 8.* O., *Notarius.*

L. © S.

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papae XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

7 Iulii 1930. — **Archiepiscopali Ecclesiae Catanensi praefecit R. P. D. Carmelum Patanè, hactenus Archiepiscopum Hydruntinum.**

9 Iulii. — **Suburbicariae Ecclesiae Ostiensi, Emum P. D. Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopum Albanensem et Sacri Collegii Decanum, qui dioecesim Albanensem Ostiensi cumulavit.**

22 Iulii. — **Cathedrali Ecclesiae "Ecclesiensi, R. D. Ioannem Pirastru, Archipresbyterum loci *Bonorva* in archidioecesi Turritana.**

23 Iulii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Lampsacenae, R. D. Franciscum Liou, e vicariatu apostolico de Luanfu, deputatum Vicarium Apostolicum de Fenyang.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Circesiensi, R. P. Ioannem Cuvelier e Congregatione Ssmi Redemptoris, deputatum primum Vicarium Apostolicum de Matadi.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Carystensi, R. D. Ignatium Canazei, e Societate S. Francisci Salesii, deputatum Vicarium Apostolicum de Shiuchow.**

29 Iulii. — **Cathedrali Ecclesiae Anglonen. Tursiensi, R. D. Dominicum Petroni, Vicarium generalem dioecesis Sancti Marci et Bisiniani.**

— **Cathedrali Ecclesiae Aliphanae, R. D. Aloisium Noviello, parochum ad S. Mariae de perpetuo Succursu, Neapolis.**

— **Cathedralibus invicem perpetuo unitis Ecclesiis Melphiensi et Rapollensi, R. D. Aloisium Dell'Aversana, parochum ad S. Andreae, Aversae.**

1 Augusti — **Titulari episcopali Ecclesiae Cyrrhensi, R. P. D. Ferdinandum Fiandaca, hactenus Episcopum Pactensem.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Trebennatensi, R. P. Innocentium Lopez Santamaria, Ord. B. M. V. de Mercede Red. Captiv., quem constituit Praelatum *nullius* de Bono Iesu de Piauhy.**

2 Augusti. — **Cathedrali Ecclesiae Ebroicensi, R. D. Alfonsum Gaudron Vicarium generalem dioecesis Cartusiensis.**

— **Cathedrali Ecclesiae Sancti Deodati, R. D. Augustinum Marmotin, Archipresbyterum canonicum loci *Sézanne.***

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

I

DECRETUM

DE ADMINISTRATIONE ORDINARIATUS GRAECO-RUTHENI IN REGIONE CANADENSI.

Graeci-rutheni ritus fidelibus, qui in regione Canadensi commorantur, anno 1912 Episcopus Ordinarius eiusdem ritus constitutus est, qui ordinaria potestate eos regat atque gubernet; et pro spirituali huius ordinariatus graeco-rutheni administratione opportunae leges ad decennium a Sacra Congregatione de Propaganda Fide pro negotiis rituum orientalium die 18 Augusti anni 1913 latae sunt, quas leges Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali, mutatis rerum temporumque circumstantiis eo modo, qui sequitur, noviter aptare et praesenti decreto iterum ferre censuit et statuit.

CAPUT I

De Episcopo Ordinario graeco-rutheni ritus

Art. 1. Nominatio Episcopi Ordinarii graeco-rutheni ritus pro regione Canadensi Apostolicae Sedi reservata est.

Art. 2. Episcopus Ordinarius graeco-rutheni ritus in regione Canadensi huic S. Sedi erit immediate subiectus plenamque iurisdictionem ordinariam in omnes fideles graeco-rutheni ritus, permanenter vel ad tempus in regione Canadensi commorantes exercebit, sub dependentia E. P. D. Delegati Apostolici Canadensis.

Art. 3. Eidem, ius ac potestas competit regendi ac gubernandi gregem suum ac leges et statuta condendi in iis quae iuri communi non adversantur. Praecipuum vero eius munus erit invigilare ut tum doctrina et boni mores, tum ritus et disciplina huic Ecclesiae propria, sancte et integre custodiantur. Eius igitur erit uniformitatem caeremoniarum in variis devotionibus nec non in tradendis Sacramentis secundum rubricas librorum liturgicorum á S. Sede approbatorum, introducere aut servare et eiusdem uniformitatis strictam observantiam a sacerdotibus suis expostulare.

Ad bonum regimen ordinariatus, Ordinarius constituat coetum saltem quatuor Consultorum, qui sint sacerdotes pietate, moribus, doctrina ae

prudentia commendati, et in civitate episcopali seu Ordinarii, vel in locis vicinioribus, commorantes.

Art. 4. Ordinarius paroecias et missiones suae curae concreditas saepe visitare tenetur ita, ut, saltem singulis quinquenniis, ipse, vel per se, vel, si fuerit legitime impeditus, per Vicarium generalem, aut alium specialiter delegatum sacerdotem, lustret, ut gregem suum adprime cognoscat, eisque omnibus quae ad spirituale eius bonum attinet, melius provideat.

Art. 5. In canonica visitatione paroeciarum inquirat Ordinarius an parochi omnia paroecialia munera, praesertim visitationem infirmorum, puerorum instructionem, et, in diebus dominicis ac festis, verbi Dei praedicationem diligenter absolvant, videat insuper omnes libros baptismatum, matrimoniorum ac mortuorum; inventariumque bonorum ecclesiasticorum ex ultimo saltem biennio : ac rationes ab unoquoque rectore missionis expostulet, id est introspiciat ac probet libros proventuum et expensarum cuiuslibet ecclesiae, statum materialem eiusdem, debita ecc. Hac praesertim occasione diligenter advigilet ne abusus in <n^ciplinam ecclesiasticam irrepant, praecipue circa administrationem Sacramentorum et Sacramentalium, cultum Dei et Sanctorum, praedicationem verbi divini, implementum piarum voluntatum; serioque curet ut puritas fidei et morum in clero et populo conservetur, ut in scholis puerorum ac iuvenum institutio secundum catholicae religionis principia tradatur. Si compererit irrepsisse abusus, eos prudenter, sed fortiter compescat, adhibitis etiam, si opus sit, poenis canonicis.

Art. 6. Ut autem securitati bonorum temporalium ecclesiarum, coemeteriorum, scholarum et omnium eorum quae ad Ecclesiam pertinent, summa cum diligentia prospiciatur, curet Ordinarius, ne rector consiliumve administrationis nomine ac iure proprio retineat, pro quorum adquisitione fideles quovis modo subsidia contulerunt; atque satagat, audito in pertractandis negotiis virorum peritorum ac consultorum suorum consilio, eas tituli possessionis formas adhibere, omnesque praescriptiones servare, quae legibus civilibus respondeant, quaeque ecclesiasticorum bonorum administrationi, conservationi ac plenae in posterum transmissioni faveant. Itemque Ordinarius normas quas iudicaverit de bonis ecclesiasticis administrandis opportunas, statuat.

Art. 7. Annua sustentatio Ordinarii consistet in praestationibus ad instar cathedratici, quae iuxta aequitatem ab Ordinario, auditis suis consultoribus, determinabuntur, quasque singulae ecclesiae Ruthenorum ordinariatus solvere tenentur, servato more regionis. Rectores vero ecclesiarum respondere tenentur de exacta solutione harum praestationum et aliarum ab Ordinario eiusque consultoribus determinandarum, pro

Seminario vel pro alumnis sacrorum, pro orphanotrophio, missionibus, etc.

Art. 8. Residentia Ordinarii rutheni ritus erit in urbe Winnipeg.

Art. 9. Ordinarius singulis quinquenniis plenam et accuratam relationem de statu personali, morali ac materiah missionum proprii ritus exhibeat Delegato Apostolico, qui, cum suis adnotationibus seu animadversionibus, eam transmittet ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali, atque singulis saltem decenniis, ad sacra Apostolorum hmina accedat, ut obsequium et oboedientiam suam Pontifici Summo praestet, eique rationem, reddat de pastorahs muneris implemento, deque omnibus quae ad Ecclesiae suae statum et cleri populique mores ac disciplinam, animarumque sibi concreditarum salutem pertinent.

Art. 10. Controversiae, si quae exoriantur inter Ordinarium graecorutheni ritus et Episcopos latini ritus regionis Canadensis, deferantur ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali.

CAPUT II

De clero graeco-rutheno

Art. 11. Cum necesse sit ut habeantur sacerdotes indigenae, integrae vitae, zelo ac prudentia praediti, in scientiis sacris eruditi, curet Ordinarius, ut, quam primum erigatur Seminarium saltem minus (cum pro Seminario maiore aliquatenus Romae provisum sit) pro pueris graeci-ruthenis rite instituendis. Quare S. Congregatio enixe rogat Ordinarium Ruthenorum et Delegatum Apostolicum, ut, collatis consiliis, et adiuvantibus aliquot saltem Episcopis regionis Canadensis, omnia parent quae necessaria sunt ad hoc Seminarium excitandum et aedificandum, pro modo facultatum et amplitudine ordinariatus.

Art. .12. Ad subveniendum clericorum educationis expensis, tum rectores ecclesiarum tum ipsi fideles ritus graeci-rutheni in Canadensi regione pro posse contribuant. Enixe Ordinarius commendabit clero fidelibusque pium opus vocationum ecclesiasticarum, curabitque ut sacerdotes, praesertim parochi, pueros, qui indicia praebeant ecclesiasticae vocationis, a saeculi contagiis arceant, ad pietatem informent, divinaeque in eis vocationis germen foveant. Sed non nisi qui se coelibatum perpetuo servaturos coram Ordinario promiserint, in Seminarium admittere licebit, et non nisi coelibes ad sacros Ordines promoveri poterunt.

Art. 13. Interim vero seu donec Seminarium aedificatum fuerit, Ordinarius Ruthenorum roget Episcopos latinos, ut in sua Seminaria unum

vel alterum puerum ruthenum qui indicia praebeat ecclesiasticae vocationis admittant, ibique ad pietatem et ad sacras scientias efforment, firmis quoad coelibatum quae in superiore articulo statuta sunt. Si vero studiis expletis non satis calleant caeremonias proprii ritus, Ordinarius Ruthenorum satagat, ut in iisdem, quatenus indigeant, per sacerdotem eiusdem ritus plene diligenterque edoceantur.

Art. 14. Itemque, antequam habeatur numerus sufficiens presbyterorum graeco-ruthenorum indigenarum, qui in regione Canadensi instituti sint, si providenda occurrat de suo rectore aliqua missio ruthenorum vel vacans vel noviter erecta, Ordinarius postulare poterit sacerdotes ab Episcopis ritus graeco-rutheni; vel ab ipsis Episcopis canadensibus roget ut aliqui ex eorum clero, qui ritui rutheno adoptando pares sint, huiusmodi missionibus praeponi valeant, donec aliter provideri possit. Cuilibet vero sacerdoti, qui proprio marte, seu neque ab Ordinario graeco-rutheno voca^ tus, neve ab aliquo Episcopo canadensi datus, aut a S. Congregatione missus, illuc perrexerit, Ordinarius ipse graeco-ruthenus nullas concedere potest facultates, sive celebrandi Sacrum sive administrandi Sacramenta, sive munia ecclesiastica quomodocumque obeundi.

Art. .15. Quoad autem sacerdotes ex Europae regionibus provenientes, ad sacrum ministerium exercendum apud fideles rutheni ritus non admittantur nisi sint coelibes (vel saltem vidui sine liberis) integri vita, zelo ac pietate praediti, sufficienter eruditi, et a politicis factionibus alieni.

Art. 16. Quilibet sacerdos, ex Europa proveniens et in regione Canadensi commorans pro fidelium ritus graeco-rutheni spirituali, cura, manebit incardinatus dioecesi originis, nisi, servatis de iure servandis, incardinetur ab Ordinario graeco-rutheno regionis Canadensis. Interim tamen Episcopus originis iurisdictionem in eum nullo modo exercebit, sed praedictus sacerdos unice pendeat a iurisdictione Ordinarii graeco rutheni praefatae regionis. In patriam relire aut revocari supradicti sacerdotes nequeant sine expressa licentia tum Ordinarii originis, tum Ordinarii graeco-rutheni ritus regionis Canadensis in scriptis concedenda.

Art. 17. Laici rutheni cuiuscumque originis ac domicilii fuerint, qui sacros Ordines in Canada suscipere cupient, sub omnimoda iurisdictione manebunt Ordinarii rutheni ritus regionis Canadensis, in cuius manus iuramentum missionis seu stabilitatis ad inserviendum in territorio emittent.

Art. 18. Omnes rectores paroeciarum et missionum graeco-ruthenarum in regione Canadensi amovibiles sunt ad. nutum Ordinarii graeco-rutheni ritus.

Art. 19. Congruae sustentationi rectorum paroeciarum et missionum

consulat Ordinarius, pro modo muneris et facultatum, ex Ecclesiae proventibus, iuxta consuetudines regionis.

Art. 20. Iura stolae et emolumenta sacri ministerii in singulis missionibus sdeterminanda sunt ab Ordinario graeco-rutheno, iuxta probatas regionis consuetudines.

Art. 21. Ordinarius graeco-ruthenus non nisi in clerum et populum graeco-ruthenum iurisdictionem suam exerceat.

Si tamen aliquo in loco exsistant fideles graeco-rutheni ritus, in eoque non sit missio constituta aut nullus adsit presbyter eiusdem ritus, Ordinarius iurisdictionem suam in fideles graeco-ruthenos presbytero latino loci communicet, certiorato Ordinario, quoadusque sacerdos graeco-ruthenus ibi habeatur.

Art. 22. Possunt pariter Episcopi latini canadenses, certiorato Ordinario rutheno, iurisdictionem dare presbyteris ruthenis illis in locis in quibus fideles latini ritus adsunt sibi subditi, sed nullus adest presbyter latinus qui curam eorum gerere queat.

Art. 23. Sacerdotes latini ritus qui a Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali facultatem obtinuerunt aut obtinebunt transeundi ad ritum ruthenum in auxilium Ordinarii rutheni pro spirituali adsistentia fidelium ruthenorum, quoadusque in ritu rutheno permanebunt, unice et omnino sub iurisdictione Ordinarii rutheni erunt. S. Congregatio autem iterum iterumque hortatur Episcopos latinos canadenses clero locupletiores, ut Ordinario rutheno in animarum bonum aliquot sacerdotes ad tempus concedant, si ab eodem requirantur.

Art. 24. Si qui vero sunt sacerdotes regulares qui transitum ad ritum ruthenum obtinuerunt, ipsi, in his quae ad vitam religiosam spectant, a propriis Superioribus regularibus, in his vero quae ad curam animarum et ritum ruthenum pertinent, ab Ordinario rutheno dependent.

*** Art. 25. Meminerint sacerdotes se debere sanctiorem prae laicis vitam interiorem et exteriorem ducere eisque virtute in exemplum excellere. Ideo frequenter ad Poenitentiae sacramentum accedant, quotidie orationi mentali per aliquod tempus incumbant, Sanctissimum Sacramentum visitent, Deiparam Virginem colant, conscientiamque suam discutiant.**

Art. 26. Omnes sacerdotes debent tertio saltem quoque anno vel etiam frequentius, si opportunam habuerint occasionem, spiritualibus exercitiis per tempus a proprio Ordinario determinandum vacare; nec ab eis quisquam eximatur, nisi in casu particulari iusta de causa ac de expressa Ordinarii licentia.

Art. 27. Omnes speciali obligatione tenentur suo quisque Ordinario reverentiam et oboedientiam exhibendi eamque fidelibus saepius inculcandi.

Art. 28. Sacerdotes studia, praesertim sacra, ne intermittant, et in sacris disciplinis solidam illam doctrinam a maioribus traditam et communiter ab Ecclesia receptam sectentur, devitantes profanas vocum novitates et falsi nominis scientiam.

Art. 29. Expleto studiorum curriculo, sacerdotes omnes, nisi ab Ordinario ob iustam causam fuerint dispensati, examen singulis annis, saltem per triennium integrum in diversis sacrarum scientiarum disciplinis, antea opportune designatis, subeant, secundum modum ab eodem Ordinario determinandum.

Art. 30. Pariter saepius in anno, locis et diebus ab Ordinario praestitutis, conventus habeantur seu collationes de re morali et liturgica; quibus addi possunt aliae exercitationes, quas Ordinarius opportunas iudicaverit ad scientiam et pietatem clericorum promovendam. Si quis conventui interesse non poterit, resolutas quaestiones scripto mittat, secundum normas ab Ordinario determinatas.

Art. 31. Gravi obligatione tenentur parochi, quasi parochi, missionariique diebus dominicis ceterisque per annum festis de praecepto fidelibus, brevi Evangelii aut alicuius partis doctrinae christianae explanatione, verbum Dei nuntiandi necnon catholicam fidelium institutionem curandi, praesertim puerorum, secundum instructiones ab Ordinario receptas. Qui si negligentes reperti fuerint, pro gravitate culpae puniantur.

Art. 32. Iuxta opportunitatem, Ordinarius graeco-rutheni ritus sacerdotes, saltem praecipuos, tum saeculares tum religiosos suae iurisdictioni subiectos congreget semel saltem in anno, ut etiam singulorum experientia et consilio uti valeat.

CAPUT III

De fidelibus graeco-ruthenis

Art. 33. Fideles graeco-rutheni tenentur observare praescripta sui ritus ac frequentare et libenter sustentare suas proprias ecclesias. Tamen in regionibus ubi desunt .ecclesiae ac sacerdotes proprii ritus et ubi propter longinquitatem ecclesiae suae non eam possunt, nisi cum gravi incommodo, adire, debent, ut praeceptis Ecclesiae satisfaciant, Missam audire in ecclesia catholica alterius ritus, nec non Sacramenta accipere a presbytero alterius ritus. Huiusmodi observantia impense evulgetur, ac instent super hoc sacerdotes, cum de gravi praecepto agatur.

Art. 34. Frequentatio ex parte graeco-ruthenorum, etiam continua, ecclesiarum ritus latini, non inducit mutationem ritus. Circa transitum

ab uno ritu ad alium, normae rite observentur a Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali datae per decretum «Nemini licere» diei 6 Decembris 1928. Idcirco fideles graeco-rutheni quod transitum spectat ad alium ritum, petitionem ad Delegatum Apostohcum mittant, et simul exponant vera^ citer causas canonicas, quae eundem transitum suadere videntur. Satius vero erit si hanc petitionem ad eundem Delegatum Apostohcum transmittant per tramitem proprii Ordinarii.

Art. 35. ISTon hcet sacerdotibus ritus latini quempiam graeco-ruthenum ad latinum ritum amplectendum inducere contra vel praeter canonica praescripta quae transitus ritus moderantur.

Art. 36. Fideles latini, etiam si adsit presbyter latini ritus, apud sacerdotem graeco-ruthenum ab Ordinario suo adprobatum, peccata sua confiteri et beneficium sacramentalis absolutionis, valide et licite obtinere possunt. Item, fideles graeco-rutheni peccata sua confiteri possunt apud sacerdotem latinum ab Episcopo suo approbatum. Presbyteri vero latini absolvere non possunt fideles graeco-rutheni ritus a censuris et casibus sibi reservatis ab Ordinario graeco-rutheno absque venia eiusdem. Vicissim idem dicatur de presbyteris graeco-ruthenis quoad censuras et reservationes statutas ab Ordinario latini ritus. Ad devitandas vero difficultates, quae frequentius in praxi occurrent, Ordinarii omnes a se reservatos casus, si qui sint, sibi invicem communicent.

Art. 37. Omnibus fidelibus cuiuscumque ritus datur facultas ut, pietatis causa, Sacramentum Eucharisticum, quolibet ritu confectum, suscipiant; ac insuper, ubi necessitas urgeat, nec sacerdos diversi ritus adsit, licebit sacerdoti graeco-rutheno ministrare Eucharistiam consecratam in azymo et vicissim sacerdoti latino ministrare in fermentato; at suum quisque ritum in ministrando servabit.

Art. 38. Quilibet orientalis valide ac licite praecepto communionis paschalis satisfacit etiamsi alieno ritu communicet. Suadendum tamen est ut suo quisque ritu et in propria paroecia fideles praecepto communionis paschahs satisfaciant: qui vero in aliena paroecia satisfecerint, curent proprium parochum de adimpleto praecepto certiorem facere.

Art. 39. Sanctum Viaticum moribundis ritu proprio a manibus proprii parochi accipiendum est; sed, urgente necessitate, fas esto a sacerdote quolibet illud accipere: qui tamen ritu suo ministrabit.

Art. 40. Funerum celebratio ac emolumentorum perceptio in familiis mixti ritus ad parochum illius ritus pertineant, ad quem defunctus pertinebat.

Art. 41. Ad vitanda gravia incommoda, quae inde ruthenis evenire possunt, facultas eis fit festa et ieiunia observandi iuxta consuetudines

locorum'in quibus degunt, quae observantia rninime inducit mutationem ritus.

Art. 42. Festis vero incidentibus, in utroque ritu, in diem eamdem, graeco-ruthenis suadetur ut intersint sacrae liturgiae in ecclesia sui ritus, si in loco habeatur, salvo tamen praescripto' can. 1249 quoad satisfactionem legis de audiendo Sacro, quocumque catholico ritu Missa celebretur, sub dio aut in quacumque ecclesia vel oratorio publico aut semipublico et in privatis coemeteriorum aediculis, de quibus in can. 1190, non vero in aliis oratoriis privatis, nisi hoc privilegium a Sede Apostolica concessum fuerit.

Art. 43. Adsociationes fidelium ritus graeco-rutheni sint sub vigilantia Ordinarii, qui sacerdotem moderatorem nominet, ne forte abusus circa doctrinam, mores discipHnamve in eis irrepat. Ideo laude digni sunt fideles qui sua dant nomina adsociationibus ab auctoritate ecclesiastica erectis vel saltem commendatis; caveant autem ab associationibus secretis, damnatis, seditiosis, suspectis aut quae student sese a legitimae auctoritatis ecclesiasticae vigilantia subducere.

Pariter diaria, folia vel libelli periodica catholica sint sub vigilantia Ordinarii, nec in eis sine eius consensu sacerdotes scribant vel eadem moderentur.

CAPUT IV

De matrimoniis inter fideles mixti ritus

Art. 44. Matrimonia inter catholicos graeco-ruthenos et latinos non prohibentur; sed ad vitanda incommoda, quae ex rituum diversitate in familiis evenire solent, uxor, in ineundo matrimonio aut eo durante, ad ritum viri transire potest. Matrimonio autem soluto, assumendi proprii ritus originis libera est ei potestas.

Art. 45. Matrimonia tum inter fideles graeco-ruthenos, tum inter fideles mixti ritus, servata forma decreti « Ne temere » contrahi debent, ac proinde pro regula coram sponsae parocho celebrentur, nisi aliqua iusta causa excuset.

Art. 46. Dispensationes matrimoniales in matrimoniis mixti ritus, si quae sint petendae, petantur ab Ordinario sponsae.

Art. 47. Nati in regione Canadensi ex parentibus diversi ritus, ritu patris sunt baptizandi.

Art. 48. Infantes ad eius parochi iurisdictionem pertinent, cuius ritus est eorum pater, exceptis natis ex illegitimo thoro, qui sequuntur ritum matris.

Quae omnia Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Papa XI rata habuit ac confirmavit, praesensque decretum ad decennium vahturum edi iussit.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Eomae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 24 Maii 1930.

A. CARD. SINCERÓ, *a Secretis.*

L. © S.

H. 1. Cicognahi, *Adsessor.*

II

DECLARATIO

Statuitur in decreto die 24 Maii anno 1930 ab hac Sacra Congregatione dato pro graeci-ratheni ritus fidelibus, qui in regione Canadensi commorantur, quod: « festis incidentibus, in utroque ritu (seu graeco-rutheno « et latino) in diem eamdem, graeco-ruthenis suadetur, ut intersint sacrae « liturgiae in ecclesia sui ritus, si in loco habeatur, salvo tamen praescripto « can. 1249 quoad satisfactionem legis de audiendo sacro, quocumque «catholico ritu Missa celebretur » (art. 42).

Ad servandam unitateni disciplinae omnium fidehum graeco-ruteno ritui pertinentium, praesentibus litteris declaratur hanc normam, pro degentibus in Canada datam, extendi seu vim habere etiam pro fidelibus eiusdem ritus, qui. in Statibus Americae Foederatis commorantur.

Contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 11 Iunii, 1930.

A. CARD. SINCERO, *Secretarius.*

L. © S.

H. I. Cicognani, *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM:

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI decretis Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali:

3 Maii 1930. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Colonien, in Armenia I[a] praefecit R. D. Vahan Kitchourian, quem deputavit Coadiutorem

cum iure successionis R. P. D. Ioseph Bokossian, Archiepiscopi Constantinopolitani Armenorum.

***4 Iulii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Thibaritanae, R. D. Chidanë Mariam Cassa, quem constituit Ordinarium pro catholicis indigenis Erythraeae aethiopici ritus.**

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

INSÜLEK

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI PHILIBERTI VRAU VIRI LAICI.

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

Admirabilis Deus providentia et sapientia sua ordinem naturae et gratiae regit et gubernat, variisque temporum, rerum ac personarum circumstantiis et necessitatibus opportuna et congrua praestat media et remedia, in gloriam suam et in bonum humani generis. Ad hunc finem eligit ac disponit viros ac mulieres piae ac bonae voluntatis e coetu quoque laicorum, eosque peculiaribus utriusque ordinis donis instruit et in vineam suam mittit ut sacro ac civili ordini operam utilem et auxiliatricem conferant. Praesides et sodales in coetu coniuncti sub recta legum disciplina et sub directione Ecclesiae pastorum ipsiusque Summi Pontificis, Christi in terris Vicarii, Deo adiuvante, strenue militant sub glorioso nomine et vexillo *Actionis catholicae* in pluribus orbis regionibus legitime constitutae.

Unus ex istis viris laicis, nomine Philibertus Vrau, huic Sacrae Rituum Congregationi ab actoribus praedictae Causa *Insulen.* propositus est, ut de Causa beatificationis et canonizationis eiusdem introducenda coram hoc Sacro Ordine agatur. Quo magis huius viri imago elucescat, eius vitae cursus et exitus breviter innuitur.

In civitate et dioecesi Insulensi, nobilis nationis gallicae, die 19 Novembris 1829 natus, in parochiali ecclesia Sanctae Mariae Magdalenae baptizatus est. In pueritia et adolescentia pietate, honestate et obedientia in

parentes simulque ingenio et scientia inter aequales enituit. Octodecim annos agens studia absolvit magna cum laude. Per aliquod temporis spatium fide, religione ac moribus aliquantum defecit ob malos influxus iuveniles, donec per piam conversationem cum sacerdotibus et religiosis, signanter cum P. Wyard S. I., et B. D. B af alear, decano ecclesiae S. Mariae Magdalenae, ad christianae vitae institutum ex corde rediit anno 1854. Tunc corporis animique viribus in Deum conversus, se totum, illi devovere et vitam religiosam amplecti excogitavit, prouti scripsit datis epistolis ad matrem die 27 Iunii eiusdem anni et ad patrem die 15 Novembris insequentis anni. Distulit tamen propositum adimplere ut prece et consilio de superna vocatione certior fieret, eamque, difficultatibus domesticis superatis, liber exsequi posset. Interim necessitate coactus atque utilitati familiae satisfacturus uti patri adiutor, intensiorem operam dedit negotiis temporalibus curandis; in quibus tamen ob initam societatem pecuniariam, quae anno sequenti 1857 cessit ac defuit, Philibertus in solidum debitor declaratus, magnum de fortunae bonis detrimentum retulit. Ad rem vero familiarem instaurandam ac debita solvenda ingenio ac industria nisus est, per operarios peritos variasque ofiicinas, opera quoque manualia locando civibus insulensibus. Vertente anno 1866 aetate et viribus debilitatus Philibert! genitor, et ad laborem et industriam impos effectus, libenter annuit ut in socium operis Camillas Perón adscisceretur atque anno 1870 in Belgiumse recepit ibique pie obiit die 29 Septembris. In testamento declaravit et constituit filium suum Philibertum heredem et totius familiae patronum.

Philibertus una cum socio Camillo Feron operibus propriae industriae provehendis novum aedificium erigere voluit quod perfecit anno 1873, omnibus rebus necessariis et opportunis instructum: assignata in parte interiori habitatione religiosis sororibus, exstructoque sacello in cuius fronte posuit sta tuam B. M. V. vulgo *Notre-Dame de Treille* ut operarios et ipsa opera textilis industriae sanctificaret. Omnia prospere gerebantur, sed non defuerunt illi diuturnae molestiae et angustiae per viros simili industriae addictos et maioris lucri cupidos. Eius tamen iuribus partim recognitis et sancitis per sententias tribunalium, partim compositis per iustas et aequas conventiones, ipse ita recreatus, ad opus et operarios omni cura et studio incubuit. Namque sancto et salutari consilio sategit ut in scholis quas Dei Famulus pro industriis fovendis et augendis instituerat, atque in ipsis opificiis omnes operarii, christiana institutione et educatione imbuti, sobrie, iuste et pie viverent et bonum exemplum praeberent. Mentione dignum est quod in actis et tabulis sub an. 1902 describitur: «Post an. 1876 quinquaginta duo ex illis operariis ingressi

sunt ordines religiosos et approbatos, et in illa domo et opificina Domini nostri Iesu Christi spiritus continuo regnavit, omnium bonorum operum fautore et promotore Philiberto, qui totam suam vitam .illic et alibi, praesertim in Gallia, defensioni religionis et patriae devovit. Revera complures uniones et associationes auctorem vel fautorem agnoscunt Philibertum ex. gr. Unio precum pro civitate Insulensi, Congressus Eucharistici, Conferentiae S. Vincentii, de Paulo, Comitatus catholici, Scholae catholicae, Universitas catholica, Patronatus pro iuventute. Quibus institutis ingentes pecuniae summas benigna liberalitate largitus est. In totis operibus suis fidei, spei et caritatis ardore incensus, apostolatum *Actioni catholicae* conformem exercens iugiter confisus erat omnipotenti et miserenti Deo, et patrocinio sanctissimae Familiae, Iesu, Mariae, Ioseph, operariorum cuiusque aetatis, sexus et conditionis exempli et praesidii, necnon tutelae Angelorum et Sanctorum patronorum. Iste vir laicus Deo dilectus et hominibus carus, Ecclesiae et Romano Pontifici devotissimus et obedientissimus filius, decurrente anno 1906 gravi morbo correptus, in aegrotatione duorum mensium quotidie divino pabulo refici voluit, et patiens ac pius adstantibus constanter se exhibuit. Ingravescente morbo, morientium Sacramentis refectus et roboratus, in suavissima oratione mariali quam cum ceteris et ipse recitabat, spiritum Deo placidissime reddidit die 19 Maii anno 1906, aetatis suae septuagesimo sexto. Fama sanctitatis vitae quam Servus Dei Philibertus Vrau in vita et post obitum assequutus est, magis magisque in dies clara, diffusa et constans exstitit, adeo ut, super ea, processus informativus in curia ecclesiastica Insulensi institutus fuerit, et dein, ad Sacram Rituum Congregationem transmissus. Quum vero, iuris ordine servato, et scriptis Servi. Dei revisos.et probatis, nihil obstaret quominus ad ulteriora procedi posset, instante Rmo D. Iosepho Scognamillo, Congregationis Missionis et huius Causae postulatore, atque attentis litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Archiepiscoporum et Episcoporum praeeunte Episcopo Insulensi, necnon canonicorum et religiosorum, Rmi D. Francisci Verdier, Superioris generalis Congregationis Missionis, Rectoris magnifici Universitatis catholicae Insulen. et professorum Scholae industrialis eidem Universitati adnexae, Emus ac Rmus Dnus Cardinalis Caietanus Bisleti, Causae Relator, m Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et; Emi ac Rmi Patres Cardinales, sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem eiusdem Emi Cardinalis Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Carolo Salotti, Fidei Promotore generali, omnibus discussis et

perpensis, rescribere censuerunt: ***Affirmative seu signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*** **Die 17 Iunii 1930.**

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per B. P. D. Carolum Salotti, Fidei Promotorem generalem relatione, Sanctitas Sua, rescriptum Sacrae Bituum Congregationis ratum habens, signare dignata est, propria manu, Commissionem Introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servi Dei Philiberti Vrau, viri laici, die 18 Iunii 1930.

C. CARD. LAURENTI, ***S. B. C. Praefectus.***

L. $ S.

A. Carinci, ***Secretarius.***

II

INSUDEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI CAMILLI FERON VRAU VIRI LAICI.

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

In Insulensi dioecesi, sicut de Philiberto Vrau, ita et de Camillo Feron Vrau confecta fuit inquisitio super fama sanctitatis, testes autem propositi et excussi fere iidem erant in utraque Causa. Ambo enim Famuli Dei communem habuerant vitae rationem, atque scientia, arte ac virtute sapienter usi fuerant. Licet enim Camillus medicinam calleret, et ad alia opera socialia et industria adlectus fuisset,' tamen priorem illam professionem non omnino dimiserat, sed eam cum caritate coniunctam in domo et in opere industriae pro necessitate et opportunitate in operarios etiam infirmos utiliter exercere non destitit. Quo vero huius praeclari viri Cannili Feron Vrau innotescat historia, eam per summa capita attingere libet.

Die 23 Iulii anno 1831 ***Tourcoing,*** **intra fines dioecesis Insulensis, in Gallia,ab honestis et catholicis coniugibus Iacobo Francisco et Virginia. Iosepha Montagne ortum duxit Camillus, postridie in ecclesia paroeciali** S. **Christophori per baptismi sacramentum regeneratus. Adolescentulus aegre ferens in familia defectum religiosae institutionis, filiali cura et affectu sategit, ut genitorem ad meliorem frugem reduceret cum vitae christianae professione et exercitatione quod, adiuvante Deo, feliciter obtinuit,**

usque ad illius obitum, instauratae vitae respondentem, cum firma spe beatae retributionis. Dei Famulus de consilio viri docti et amici familiae Feron, Parisiis collegium ingressus et libenter admissus ad studia ineunda et prosequenda, in cursu institutionis non paucas expertus est difficultates sed magnas simul utilitates consequi potuit, profectum nempe in litteris et scientiis non minus quam in religione et probitate. De hisce difficultatibus ipse in epistolis ad amicum Philibertum agit, quas, opitulante Deo, superavit. Quare, tutus ac securus a variis periculis quae turbare solent vitam liberam iuvenum qui in magna civitate extra vigilantiam prudentum! superiorum studiis incumbunt, meruit adscribi inter alumnos externos et studia superiora tranquille perficere lauream doctoris in medicina adipiscens per thesim ore et scripto solutam et a doctorum decurialium collegio cum laude probatam, quam optimus filius, in signum et testimonium sui obsequii et amoris, parentibus obtulit. Parisiis novem annis studiorum causa remanserat, in quibus a via recta christiani adolescentis et iuvenis numquam recessit. Illic Facultati catholicae medicinae, sodalitati hospitälium ac distributionum dependentium, atque scholae artium et professionum analogarum utilis ac salutaris exstitit. Vitam spiritualem fovebat et alebat, praeter orationem, quotidiana lectione librorum quorum titulus, exempli gratia: *L'Imitation du Christ; L'introduction à la vie devote; Le combat spirituel,* cum notis suis propria manu scriptis; simulque frequentia ad ecclesias et ad sacra cum devota Sacramentorum receptione.

In familiam re versus, scientiam et artem medicam in urbe Insulensi exercere coepit ab anno 1858 et deinceps et una cum corporibus, animarum quoque salutem studiose curabat. Interim medicus pauperum maluit esse ideoque, ad rem idoneus reputatus, nominatus fuit medicus Operis beneficentiae in paroecia S. Catharinae, et societatis mutui succursus *Notre-Dame de Lille* nuncupatae. Deinde renuntiatur professor scholae medicinae et a secretis duarum sodalitatum quae comprehendebant omnes medicos regionis.

Nonnullis quoque piis associationibus nomen et operam dedit nempe Conferentiae S. Vincentii a Paulo, S. Laurentii et Ss. Cordis Iesu, Sodalitati Ssmi Eosarii et Congregationi Marianae. Insuper notabilem partem habuit Camillus in fundatione *Domus 8. Camilli, Hospitalis 8. Antonii* et *Maternitatis 8. Annae;* praecipue vero, quod ei maxime laudi vertit, in Universitatem catholicam Insulensem fundandam liberali manu opem contulit. Haec officia et opera etiam in praxim deducta et aucta sunt post susceptam ab ipso rem et societatem industrialem cum Phihberto Vrau et matrimonium initum cum huius sui intimi amici sorore germana Maria Vrau. Camillus et Maria erant duo, sed unum cor et anima una.

Eorum vitae con.iuga.lis et familiaris exemplum patebat omnibus etiam in catholica institutione quinque filiorum, quorum quatuor immaturam mortem christiana patientia et divinae voluntati conformatione tulerunt, memores ambo sententiae biblicae p attentissimi Iob: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum.* Ordinario medici officio et exercitio dimisso, Camillus, rogante familia Vrau, transiit in societatem industrialem cum amico et cognato Philiberto, atque ita particeps factus communis industriae, simulque mgenii et laboris, damni et lucri, doloris et gaudii, sed magis bonorum operum ac virtutum, in specie verae fidei et sanae doctrinae catholicae, ardentis amoris et devotionis in Deum et Dominum nostrum Iesum Christum eiusque Virginem Matrem Mariam, necnon in sanctam et apostolicam Ecclesiam atque in Romanum Pontificem, in terris Christi Vicarium. De actione catholica et virtutibus respondentibus in libris suis editis egit fuse Camillus praesertim in libro cui titulus: *Rapport sur les œuvres de Vusine.* Solutiones ab illo propositae, doctrinae morali catholicae et Encyclicae *Rerum novarum* semper et rite congruae visae sunt et recognitae ac probatae.

De utriusque viri gestis et operibus quae in actis processualibus continentur, longum esset enarrare; satis esse putatur praesens specimen et alterum quod habetur in simili decreto de Causa beatificationis Servi Dei Philiberti Vrau introducenda hac ipsa die evulgato.

Tandem Camillus annis et laboribus fractus post diuturnos morbos et graves dolores quos patientissime sustinuit, Sacramentis Ecclesiae devotissime receptis, anno Domini 1908, aetatis suae septuagesimo septimo, die 30 Martii, obdormivit in Domino.

Fama sanctitatis vitae quam Camillus vivus et defunctus obtinuit adeo post obitum in dies inclaruit usque in praesens, ut Inquisitio informativa et Ordinaria super ea in dioecesi Insulensi adornata fuerit, quae Romae ad Sacram Rituum Congregationem exhibita est. Quum vero, scriptis Servi Dei revisis et probatis, ad normam iuris, omnia in promptu essent nihilque obstaret ut ad ulteriora procederetur, instante Rmo D. Iosepho Scognamillo, Congr. Missionis et Causae legitimo postulatore, attentisque litteris postulatoriis aliquorum S. R. E. Cardinalium, Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum una cum Episcopo Insulensi, aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium ac Universitatis catholicae Insulensis una cum Facultate scientiarum et artium liberalium et Collegii administrationis Operis de *N.-D. de Treille,* accedente etiam Universitate catholica Valentina, in Hispania, Emus ac Rmus Caietanus Cardinalis BMeti, huius Causae Relator, in ordinario Sacrorum Rituum Congregationis coetu subsignata die ad Vaticanas aedes coadunato, sequens dubium discutien-

dum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi ac Emi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem eiusdem Emi Ponentis, audito voce et scripto E.P.D. Carolo Salotti, Fidei Promotore generali, omnibus discussis et perpensis rescribere censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 17 Iunii 1930.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI per E. P. D. Carolum Salotti, Fidei Promotorem generalem relatis, Sanctitas Sua, rescriptum Sacrae Bituum Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servi Dei Camilli Feron Vrau, viri laici. Die 18 Iunii 1930.

C. CARD. LAURENTI, *S. B. C. Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

III

DUBIUM:

Sacrae Bituum Congregationi pro opportuna solutione sequens dubium propositum fuit, nimirum:

« Stante antiqua consuetudine, licetne, piis Sodalitiis laicalibus, processionaliter procedentibus ad visitanda sepulcra, primo mane feriae VI in Parasceve, deferri signa Passionis et statuam Beatae Mariae Vixginis Perdolentis sine Christo mortuo, iuxta responsum *permitti posse* datum per decreta n. 2375 Bergomen. 21 Martii 1744 ad 4 et n. 2682 Marsorum 12 Novembris 1831 ad 52 *Í* »

Et Sacra Bituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, omnibus sedulo perpensis, propositae quaestioni ita rescribendum censuit:

« In singulis casibus stetur mandatis respectivi Ordinarii loci ».

Atque ita rescripsit atque declaravit.

Die 31 Maii 1930.

C. CARD. LAURENTI, *S. B. C. Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

H. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM. UNIVERSITATIBUS

I

CANONICE ERIGITUR UNIVERSITAS CATHOLICA IN URBE PRINCIPE SANCTI IACOBI DE CHILE.

DECRETUM

R. P. D. Crescentius Errazuriz y Valdivieso, Sancti Iacobi de Chile archidioeceseos Antistes, uteris diei 7 Martii anno 1928, a Sacra hac de Seminariis et de Studiorum Universitatibus Congregatione efflagitavit ut Sedes Apostolica Catholicam Universitatem, quae iam in civitate Sancti Iacobi prospera ac florens exstat, suprema sua auctoritate probaret atque firmare t. Eminentissimi vero Sacrae huius Congregationis Patres Cardinales, re in plenario conventu maturius perpensa, et. nobilissimum Archiepiscopi Sancti Iacobi consilium merita prosequuti sunt laude, et Universitatem Catholicam, in civitate Sancti Iacobi excitatam, probandam esse censuerunt ac confirmandam.

Deinde Ssmus D. N. Pius Pp. XI, infrascripto huius Sacrae Congregationis Cardinali Praefecto referente, in audientia diei 11 Februarii volventis anni, hanc Eminentissimorum Patrum sententiam ratam habuit, confirmavit et ad effectum deduci iussit. Quamobrem Universitas Catholica, quae a SS. Corde Iesu et ab Immaculata Virgine auspicium sumit, ab hac Sacra Congregatione, hoc decreto, canonice erigitur et erecta declaratur in civitate S. Iacobi de Chile, cum omnibus privilegiis quibus huiusmodi Instituta, ab Apostolica Sede dependentia, iure fruuntur. Servatis normis et praescriptionibus Sedis Apostolicae.

Datum Eomae, ex aedibus S. Callisti, die 11 Februarii, in Festo Apparitionis B. M. V. Immaculatae, anno Domini 1930.

O. CARD. BISLETI, ***Praefectus.***

i. **© S .**

E. Ruffini, ***Secretarius»***

II

APPROBATIO

Decreto Sacrae Congregationis de Seminariis et de Studiorum Universitatibus, die xxm Aprilis anno MDCCCCXXX, Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XI statuta Pontificii Collegii Nepomuceni in Urbe approbavit.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

CIRCA INDULGENTIAS PLENARIAS, QUAS VOCANT « TOTIES QUOTIES », PRO QUIBUS LUCRANDAS ALICUIUS ECCLESIAE VISITATIO EST INIUNCTA.

Cum responsione diei 13 Ianuarii anni currentis ad II *(A.A. S.,* vol. XXII, pag. 43) per hanc Sacram Poenitentiariam, Officium de^Indulgentiis, authentice declaratum fuerit *saltem sex Pater, Ave et Gloria,* de quibus in decreto diei 10 Iulii 1924 sub n. IX *(A. A. 8.,* vol. XVI, pag. 347), in visitationibus ecclesiae ad Indulgentiam plenariam *Portiunculae* nuncupatam *toties quoties* ut aiunt, lucrandam necessaria esse ita ut hae ipsae preces in unaquaque visitatione solvi debeant; Ssmus Dominus Noster Pius Papa XI, uniformitatis gratia atque ad omnem hac in re dubitationis rationem auferendam, in audientia infrascripto Card. Poenitentiario Maiori die 4 Iulii 1930 impertita, id de omnibus Indulgentiis plenariis *toties quoties* lucrandis, pro quibus alicuius ecclesiae visitatio est iniuncta, benigne, decernere dignatus est, ita ut in posterum oporteat et sufficiat eiusmodi preces in singulis visitationibus in omnibus hisce casibus recitare.

Datum Romae, ex Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 5 Iulii 1930.

L. CARD. **L**AURI, ***Poenitentiarius Maior.***

L. © S.

I. Teodori, *8. P. Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

NIGIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (MOURLON-TARON DE LANNOY)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Caroli Taron de Lannoy in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S.R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 21 Octobris 1930, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Caroli Taron de Lannoy curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

L. ✠ S. **A. Wynen, *Ponens.***

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 21 Iulii 1930.

Adv. I. Brocco, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Charles Taron de Lannoy, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Rome, Via della Dataria, n. 94), 21 Octobre 1930, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.**

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Charles Taron Lannoy, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO
AB CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I. - DE NOVITIATUS INTERRUPTIONE

D. An sub verbis *quacumque ex causa* canonis 556 § 1 comprehendatur etiam transitus in aliam novitiatus domum, de quo in. § 4 eiusdem canonis.

R. *Affirmative.*

II. - DE DIACONO SACRAM COMMUNIONEM MINISTRANTE

D. An Diaconus, sacram Communionem ad normam canonis 845 § 2 ministrans, possit et debeat in fine ritus benedictionem manu impertire iuxta Rituale romanum, tit. IV, cap. II, n. 10.

R. *Affirmative.*

III. - DE FILIIS LEGITIMATIS

D. An filii legitimati per subsequens parentum matrimonium habendi sint uti legitimi ad effectum, de quo in canone 1363 § 1.

R. *Affirmative.*

Datum ex Civitate Vaticana, die 13 mensis Iulii anno 1930.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses.*

L. © S.

I. Bruno, *Secretarius.*

PONTIFICIA COMMISSIO PEO RUSSIA

Cum Summus Pontifex Pius div. Prov. Papa XI in Consistorio secreto diei 30 Iunii c. a. praeceperit ut latini sacerdotes toto orbe terrarum preces, post sacrum expletum iussu Leonis Papae XIII recitandas, nunc pro Russia applicent, haec Pontificia Commissio sacerdotes non latinos sibi subditos hortatur, ut dum Sacram Liturgiam celebrant, eandem intentionem Deo commendent.

Ideo :

1) in sic dicta Ectenia Magna, inter preces seu invocationes ***(êérjo-is, npouieiiie)*** **post verba** O) rpáA^ ceMTi, BCÄROMH> rpáA^. . . . .**haec addantur:** ¿> rOHHMEIXTí EpÁTUrb HÍUJMXTS, TAS rOMÔAHMCA

2) In fine Liturgiae, in oratione sic dicta post ambonem ***(oiriaOa/x-ßwvov, 3aaM80HHa/i),*** **post verba** MÓpt MpOBH TBQ6M5Í IpKB<JMTi TBOHMTi, **haec addantur:** CT^ftweMS Rce^eHCKOMK '¿Ipyiepéw ÍTÍK) *TiÁnH*

AtÔAGMI» TBOHMTi

Datum ex Secretaria Pontificiae Commissionis pro Russia, die 11 Iulii 1930.

t Michael D'Herbigny, ***Praeses.***

L. © S.

Ph. Giobbe, ***a Secretis.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 1 Luglio 1930, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessandro Verde, deputato dall'Eolo e Revmo Cardinale Vincenzo Vannutelli, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Domenico Savio, giovane laico, alunno dell'Istituto Salesiano, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria,* nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù dello stesso Servo di Dio.

Martedì, 15 Luglio 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Nuova Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Servo di Dio Contardo Ferrini, laico, professore nell'Ateneo di Pavia ed in altri.

Martedì, 29 Luglio 1930, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Laurenti, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Assunta Pallotta, Suora professa dell'istituto delle Francescane Missionarie di Maria, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria,* nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla stessa Serva di Dio.

TRIBUNALE DELLA S. R. ROTA

AVVISO DI CONCORSO

È indetto il concorso per un posto di *scrittore* nel Tribunale della Sacra Romana Rota.

Il concorso è riservato ai sacerdoti di età non superiore ai trentacinque anni.

I concorrenti dovranno presentare, non più tardi del 15 Ottobre, alla Cancelleria del Tribunale la domanda relativa, accompagnata dal *nulla osta* del proprio Ordinario e del Vicariato di Roma, insieme con i titoli e documenti, tra i quali necessario quello della laurea in sacra teologia o in diritto canonico.

L'esame, che sarà soltanto scritto, verserà su temi riguardanti il diritto canonico, con speciale riferimento alla parte processuale, e su la conoscenza della lingua francese: esso avrà luogo nei locali del Tribunale nella seconda metà di Ottobre, in giorno da destinarsi. I candidati dovranno altresì dimostrare praticamente di aver conoscenza della dattilografia.

Dalla Cancelleria del Tribunale della S. R. Rota, I° Agosto 1930.

M. Massimi, *Decano.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Gamerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

6 Dicembre 1929. **Monsig. Valentino Zupanció, della diocesi di Lubiana.**
13 Marzo 1930. **Monsig. Elia Violoni, dell'archidiocesi di Sarajevo.**
22 Maggio » **Monsig. Ignazio Wach, dell'archidiocesi di Salisburgo.**
29 » » **Monsig. Agostino Juretié, dell'archidiocesi di Belgrado.**
19 Giugno » **Monsig. Fernando Cauda, della diocesi di Alba.**
» » » **Monsig. Leopoldo Kopier, della diocesi di Linz.**
» » » **Monsig. Pietro Holzer, dell'archidiocesi di Trento.**
» » » **Monsig. Luigi Eloni, della diocesi di Brescia.**
26 » » **Monsig. Giuseppe Teodoro Beysens, della diocesi di Haarlem.**
14 Luglio » **Monsig. Mario Gastone Enrico Guervin, della diocesi di Amiens.**

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

24 Aprile 1930. **Sig. Giuseppe Froes, della diocesi di Clifton.**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

10 Maggio 1929. **Monsig. Augusto Macnab, dell'archidiocesi di Buenos Ayres.**
22 » 1930. **Monsig. Pietro Bertini, della diocesi di Ivrea.**
5 Giugno » **Monsig. Domenico Evangelisti, della diocesi di Massa Marittima.**
» » » **Monsig. Francesco Falciani, della diocesi di Montefeltro.**

NECROLOGIO

7 Luglio 1930. **Monsig. Ludovico Giacomo O'Leary, Vescovo di Charlottetown.**
9 » » **Emo Sig. CARD. VINCENZO VANNUTELLI, Decano del Sacro Collegio, Datario di Sua Santità, Vescovo di Palestrina e Ostia, Arciprete di S. M. Maggiore, Prefetto della Sacra Congregazione Cerimoniale.**
11 » » **Monsig. Emanuele Bidwell, Vescovo tit.. di Miletopoli.**
13 » » **Monsig. Michele M. de la Mora, Vescovo di San Luigi Potosí.**
16 » » **Monsig. Giusto Ribas y Fernandez, Vescovo di Plasencia.**
24 » » **Monsig. Giovanni Sodo, Vescovo di Ascoli Satriano e Cerignola.**

Annus XXII - Vol. XXII 2 Septembris 1930 Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAEIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CHIROGRAPHUS

AD EGREGIUM VIRUM MARCHIONEM FRANCISCUM PACELLI, CONSILIARIUM GENERALEM STATUS CIVITATIS VATICANAE.

PIUS PP. XI

Diletto figlio, salute e Apostolica Benedizione

Volendo essere in qualche modo presenti alla solenne cerimonia, con cui sarà prossimamente inaugurato nella Nostra carissima Città natale un monumento alla Nostra persona, con riferimento particolare al lieto evento della Conciliazione, abbiamo determinato di affidare l'incarico di rappresentare Noi stessi ed insieme lo Stato della Città del Vaticano, a lei, che con tanto zelo e illuminata attività Ci ha reso i più segnalati servigi, nel portare a felice compimento l'arduo disegno di ricomporre un increscioso dissidio e di richiamare l'Italia alle sue nobili tradizioni di Nazione cattolica.

Ella esprimerà, a nome Nostro, alle pubbliche autorità di Desio e all'intera cittadinanza, tutta la Nostra vivissima gratitudine per questo nuovo attestato di pietà filiale, che Ci torna tanto più gradito in quanto Ci viene da quella porzione dell'immenso gregge affidato alle Nostre cure, per la quale il Nostro

cuore paterno prova un più forte affetto, nutrito di tanti soavi ricordi degli anni passati, e di così lieti auspici per Pawenire.

Ella dirà ai Nostri concittadini che, nelle preghiere, che innalziamo ogni giorno al Signore, il primo pensiero è per essi, che sono i primi figliuoli Nostri; dirà loro che preghiamo con tutto il cuore Iddio benedetto perchè conceda al Nostro caro luogo natio quella cristiana prosperità, che ha i suoi fondamenti inconcussi nella fedele e operosa adesione agli insegnamenti della dottrina cattolica.

E finalmente desideriamo far presente che il motivo principale, per cui Noi Ci rallegriamo ed ed accettiamo col più grande compiacimento questo tributo di devozione filiale, è perchè Noi sappiamo che i Nostri diletti figli di Desio hanno voluto onorare in Noi, più che la Nostra umile persona, il Kappresentante di Gesù Cristo in terra, ed hanno voluto unirsi con Noi nel ringraziare il Signore, che, nella sua infinita bontà, ha voluto illustrare il Nostro Pontificato con una delle più luminose pagine della storia della Chiesa.

Con questi sentimenti di affettuosa e paterna benevolenza, impartiamo a lei, diletto figlio, alle autorità e ai cittadini di Desio ed anzi tutto al Signor Podestà, al quale vogliamo esprimere in modo speciale il Nostro vivo e riconoscente gradimento, la Benedizione Apostolica, pegno dei più eletti e copiosi favori del Cielo.

Dato a Boma, presso San Pietro, il 73° anniversario del Nostro battesimo al fonte battesimale della prepositurale di Desio, primo giorno del mese di Giugno, l'anno 1930, nono del Nostro Pontificato.

PIUS PP. XI

LITTERAE DECRETALES

BEATAE CATHARINAE THOMAS, CANONISSAE REGULARI PROFESSAE ORDINIS S. AUGUSTINI, P ALMAE BALEARIUM, SANCTORUM CAELITUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

•AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Híspana terra, tot virorum ac mulierum parens mira sanctitate omnigenae que virtutis praeconio praecedentium, iure meritoque gaudio exsultat, eo quod aliam suae gentis praeclarissimam filiam, vitae quidem sanctitate et miraculis eius intercessione a Deo patratis coruscantem, ad Caelitum honores ab Apostolica Sede evehi conspiciat. Foemina ista sanctisima est Beata Catharina Thomasia, Canonissa regularis ex Ordine S. Augustini in monasterio Palmae Balearium, Maioricensis dioecesis. Kalendis Maiis, anno ndllesimo quingentésimo trigesimo primo, vel ut alii asserunt, millesimo quingentésimo trigesimo tertio, e pus **honestisque parentibus, Catharina in villa Vallis de Muza in insula Maiori Baleárica ortum duxit. Iam inde a pueritia ea praesetuht sanctitatis indicia, ut facile omnibus quanta futura esset declaraverit. Baras formae ac pudoris dotes in primis coniunxit. Tanto in Deiparam amore flagrabat, ut, nondum expleto trium annorum curriculo, maxima ab ea beneficia promeruerit. Pueriles lusus atque ornamenta adeo contempsit, ut puella senibus consilio non impar diceretur. Caelesti saepe consortio recreata, quanta sibi vi adversus humani generis hostem opus esset, divinitus intellexit. Verum cum opportunam non intermissis precibus opem impetrasset, omnes, quas daemon iterum ac saepius intentaverat* fraudes insidias que superavit. Percrebuerat interim Catharinae pietas omnium quibus innotuerat sermonibus, ob eamque causam animos sibi mirum in modum devinxerat. Saecularium inde rerum pertaesa atque ad perfectioris vitae institutum a Domino vocata in Ordine Canonissarum regularium S. Augustini, in Palmensi monasterio S. Mariae Magdalenae adscribi voluit. Ubi primum claustri parietibus inclusa se totam Deo devovit, incredibile dictu est quanto studio quantaque alacritate sanctimomalium munera obierit, et quam magna ceterarum admiratione in sedulo christianae perfectionis studio profecerit. Omnium enim virtutum veluti quoddam exemplar habita est: humilitatis praesertim, quae adeo in deliciis sibi fuit, ut delatum olim sororum regendarum munus adhibitis enixis precibus ac lacrimis constantissime recusaverit. Victoriam, quam**

daemon de ea paulo ante relaturum despera verat, dum a saecularium rerum tumultu segregata degeret ipse referre posse putavit. Maximis hinc in Catharinam viribus, Deo permittente, invectus eandem angebat saepissime vexabatque vehementer, non firmi solum animi robur infirmare contendens, sed corporis etiam perniciem exitiumque exoptans. E quibus omnibus, divina ope roborata, pia virgo cum illaesa prorsus evasisset ac victrix nostis impetus elusit, ac magis magisque omnium in se ora oculosque convertit. Fervens illa, qua in Deum ferebatur, caritas, caelestiumque rerum desiderium arctissime Catharinam devinxerant, ac vehementissime inflammarant. Quamobrem extra sensus interdum rapiebatur, ac placidissima in sui caelestis Sponsi contemplatione conquiescebat. Vitae licet innocentia morumque integritate praecellens, carnem tamen vigiliis, ieiuniis, flagellis, ceterisque poenitentium propriis aiflictationibus macerabat. Fidei ac religionis maxima semper documenta praebuit, modo victorias, quas aliquando Christi hostes reportabant, quam maxime dolens, modo pro iis, qui ad Christi nomen disseminandum in disiunctissimas terras mittebantur, divinum praesidium implorans. Tandem anno a Domini Nativitate millesimo quingentésimo septuagesimo quarto die quinta mensis Aprilis, meritis plena ac vitae sanctitate illustris, in caelestis sui Sponsi amplexibus evolavit in caelum. Virgineum Catharinae corpus illico singularem per totam religiosam domum fragrantiam diffudit, quae donec ipsum sepulturae mandaretur, mirifice perduravit. Innumeras fuit ad eius cadaver universi cleri et populi concursus, qui Deum in hac pientissima famula tam magna et mirabilia operantem certatim et unanimiter collaudarunt. Sacrae exuviae, post varias solemniter peractas earum translationes, ad nostra usque tempora adhuc incorruptae inveniuntur, summaque veneratione easdem frequens populus prosequitur. Sanctitatis fama, quam Dei famula vivens sibi acquisiverat, innumeris gratiis ac prodigiis confirmata, constanter ac magis in dies percrebuit. Quare unanimi exorto desiderio de beatorum Caelitum honoribus ab Apostolica Sede eidem decernendis, iam ab anno millesimo sexcentésimo vigesimo sexto in Maioricensi dioecesi processus ordinarii de more confecti fuere; ac deinde causa ad Sedem Apostolicam delata, relatore seu ponente cl. me. Friderico S. R>. E. Cardinale Sfortia et, eo absente, Baccio S. R. E. Cardinale Aldobrandinio, die quintadecima mensis Martii anno millesimo sexcentésimo quarto introductionis causae commissio signata fuit. Mature dein diligenterque discussis atque perpensis, uti legitur in Apostolicis Litteris fel. rec. Pii Papae Sexti, Decessoris Nostri, die tertia Augusti anno millesimo septingentésimo nonagésimo secundo datis, per Congregationem S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus praepositorum, processibus de Apostolicae Sedis

licentia confectis super vitae sanctitate et virtutibus, tam theologicis,, quam moralibus, in gradu heroico, quibus eadem Dei Ancilla Catharina-Thomasia multipliciter claruisse — nec non miraculis, quae ad eius intercessionem et ad manifestandam hominibus ipsius sanctitatem a Deo patrata fuisse—asserebantur, praemissis consuetis coetibus praeparatoriis, in generali congregatione habita coram praefato Pio Papa Sexto die septima Ianuarii anno millesimo septingentésimo septuagesimo nono, idem Pontifex solemniter sancivit: «Constare de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum: ac de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis Venerabilis Servae Dei Catharinae Thomasiae, Canonissae regularis professae Ordinis S. Augustini Palmae Balearium, in gradu heroico, et ad effectum de quo agitur». Exinde agi coeptum est de tribus propositis miraculis, quibus eiusdem Venerabilis Famulae Dei sanctitatem, post ipsius obitum, Deus confirmasse ferebatur; atque ex iuridicis processuum tabulis iudicium triplici disceptatione penes Sacrorum Bituum Congregationem actum est. Die octava Decembris, anno millesimo septigentesimo nonagésimo primo, in generali coetu coram memorato Pontifice Pio Papa sexto, accitis in Palatio Apostolico Vaticano cl. me. S. B. E. Cardinalibus Andrea Corsinio, Causae Relatore,et Ioanne Archinto, sacrorum Bituum Congregationis Praefecto, nec non b. m. Carolo Erskine, Fidei Promotore, idem Decessor Noster pronuntiavit: « Constare de tribus miraculis a Deo, venerabili Serva Dei Catharina Thomasia deprecatrice, patratis: de primo .nempe instantaneae et perfectae sanationis Ioannis Baptistae Colom ex ingenita caecitate; de secundo autem instantaneae et perfectae sanationis Ioannis Calafat, trium annorum, claudi a nativitate ob ingenitam %nor.missimam contorsionem ossium et musculorum appensorum, tarsi nimirum, metatarsi ac digitorum sinistri pedis; de tertio autem subitae ac perfectae sanationis monialis Columbae Amengual a chronica contractura musculorum et omnimoda immobilitate sinistri genus crurisque, exitialem febrim acutam subsequuta, cum integra et instantánea deperditarum plane virium recuperatione ». Deinde sequenti anno die vicesima quarta Ianuarii propositum fuit dubium: «An stante approbatione trium miraculorum *tuto* deveniri posset ad solemnem ipsius Servae Dei beatificationem in casu et ad effectum, etc.» Tunc sacrorum Bituum Congregationis Patres Cardinales coram laudato Pontifice Pio Papa sexto congregati, Ven. Catharinam in Beatorum ordinem recipi *tuto* posse summa consensione censuerunt. Quapropter idem Pontifex Maximus post precationes in plures dies ad caeleste lumen impetrandum productas, die quintadecima Februarii, eodem anno, solemni decreto sancivit: « *Tuto* procedi posse ad « Beatificationem Ven. Servae Dei Catharinae Thomasiae » atque decretum

hoc in vulgus edi et in acta sacrorum Rituum Congregationis referri, nec non quas supra memoravimus Litteras Apostolicas in forma Brevis praescribi iussit, quibus «auctoritate apostolica ad maiorem omnipotentis Dei « gloriam, ad universae Ecclesiae, praesertim monastici ordinis, decus et « ornamentum » Dei Ancillam Beatarum Virginum catalogo accensuit die tertia Augusti anno millesimo septingentésimo nonagésimo secundo.

Quoniam vero post caelitum Beatorum honores eidem decretos, nova, ipsa intercedente, miracula a Deo patrata asserebantur, de reassumptione causae ad effectum Canonizationis cogitatum est, ac die vicesima Septembris anno millesimo septingentésimo nonagésimo septimo, causae Ponente cl. me. Ioanne S. R. E. Cardinale Rinuccini, per sacrorum Bituum Congregationis decretum Romanus Pontifex novum Canonizationis processum confici posse concessit. Attamen causa nimis diu siluit, ac solummodo saeculo decimonono exeunte illa ex apostolico indulto revixit. Etenim in insula Maioricensi tres prodigiosae sanationes Beatae Catharinae patrocinio attributae sunt, de quibus, post processus tum ordinarium tum apostolicum rite confectos, die tertia Iulii anno millesimo octingentesimo nonagésimo septimo propitium de validitate decretum fuit exaratum. Antepraeparatoria discussio in aedibus venerabilis fratris Nostri Vincentii S. R. E. Cardinalis Vannutelli, causae Relatoris, die vicesima sexta Aprilis, anno millesimo nongentesimo quarto habita est; sed ob exortas in casu difficultates iterum causae cursus interceptus est, donec dilectus filius Carmelus Blay, sedulus causae Postulator, a fel. rec. Benedicto Papa Decimoquinto, Praedecessore Nostro, suppliciter poposcit et facultatem obtinuit, ut Causa resumeretur ac, seposito primo miraculo, utpote ad Canonizationis effectum non necessario, super duabus sanationibus propositis, pro quibus adhuc superstites erant nonnulli oculares testes, novus processiculus apostolica auctoritate conficeretur. Ita firmius corroborata novo hoc additionali processu iuridica utriusque facti probatione, exquisita est sententia probatissimorum in medicis disciplinis peritorum quatuor pro utroque miraculo, qui summa diligentia et doctrina rem omnem expendentes, argumentis ex ipsis scientiae clinicae placitis depromptis, omnes dubietates, quae contra utriusque miraculi veritatem obiectae fuerunt, penitus amoverunt. Primum autem miraculum eiusmodi est: Maria Antonia Matheu y Coli, Ioannis et Antoniae filia, Palmae Balearium nata, in dioecesi Maioricensi, scholae elementariae magistra, cum quadraginta quatuor esset annorum, morborum multitudine et varietate iam a pluribus annis afflictabatur, idest osteo-periostite granulo-fungosa tubereulari, sinistrórsum tum quartam costam tum quaedam pedis ossa pervadenti, nec non laevi inguinis adénite, et perpetuo vitiata humoris iugulo allapso (vulgo *gozzo*

crònico), **atque hysterismo gravissima phaenomena patefacienti. Mense Maio anno Domini millesimo octingentesimo nonagésimo tam macie tabescebat, et morbi, quibus laborat, tam increbuerant, ut non modo reparandae valetudinis spes nulla superesset, sed ipsa eius vita supremo in discrimine versaretur. At quo magis humana ope destituebatur aegro ta, eo fidentius ad divinam opem implorandum se totam convertit. Et recte quidem se primum ad Deiparam Virginem ultro se contulit; mox vero ad B. Catharinam Thomasiam arcano quodam "impulso pertracta, pro impetranda valetudine ipsi unice se totam credidit, quippe quae ut ad optatissimos Canonizationis proveheretur honores, miraculis opus habere diceretur. Quae magna ipsius recuperandae, Beata Catharina opitulante, valetudinis, Antoniam spes non fefellit. Enim vero ea nocte, quae diem decimam sextam et decimam septimam praefati mensis Maii intercedebat, tam graviter aegrotabat Antonia ut mox moritura putaretur, nec tamen ab invocanda iterum atque iterum caelesti Patrona destiterat. Cum vero atrocioribus cruciatibus correpta iam animo linqui videretur, ad Beatam Catharinam ut adiuvaretur ardentissime adiit, et continuo eam placidus altusque somnus occupavit. Duas horas conquievit; cum vero quinta hora matutina somno excitaretur, subito perfecteque se sanatam sensit, ita ut omnes, medici in primis, qui eius curam habuerunt, maxime mirarentur, quod, omnibus morborum vestigiis illico sublatis, ad perfectam valetudinem tam mirabiliter fuerit ipsa restituta. - Alterum miraculum die quarta Augusti mensis, anno millesimo octingentesimo septuagesimo secundo, Dominica infra B. Catharinae festivitatis octavam accidit. Antonia Noguera y Magraner, Stephani et Margaritae filia, Palmae Balearium et ipsa nata, iam a decimo nono suae aetatis anno gravissimo laborant morbo, phthisi videlicet pulmonari. In publico provinciae nosocomio recepta, morbus quo afflictabatur magis in dies ingravescebat; tam gravis enim supervenit adynanha digestiva, ut alimentum nullum iam aegrota stomacho valeret retinere, ac dein tanta virium defectio, novissimo praesertim tempore, ut nonnisi famularum ope moveri posset; eodem morbo quo pulmones larinx quoque eius et gula patenti et hianti vulnere absumebantur; ac totum corpus, suprema macie et ulceribus quibusdam confectum, cadaveris paene aspectum referebat. Tot et tam gravibus afflicta malis ad supremum vitae discrimen adducta est ac sacrosancto Christi viatico refecta et sacro oleo peruncta. Placide in sua sorte quiescens, Beatam Catharinam Thomasiam tamen, quam unice sequestrami apud Deum sibi elegerat, ardentiore studio in dies colebat atque vehementiore animi affectu et firmiore fide efflagitabat. Eo tandem devenit ut, licet conclamata iam, imo mortis in hmine iam posita a medicis unanimiter iudicaretur, contra spem. tamen in spem credidit, ac veluti**

si de obtinenda valetudine certior facta esset, illud assiduis ardentioribusque precibus a sororibus quae aegrotis famulabantur petiit, ut illae transveheretur, unde e fenestra Beatae Catharinae effigiem triumphali currui impositam ac per subiectam plateam multis equitibus comitantibus et confertissima populi multitudine stipante singulari pompa transeuntem, cernere sibi liceret. "Voti compos facta se tota fide et spe in Beatae Catharinae patrocinium, conferens, omnipotentis Dei virtute se repente sanain profitens e lecto exsiluit ac vere et constanter perfectae sanitati, Beata Catharina impetrante, restituta est. In utroque quidem miraculo agi de gravibus morbis cum veris propriis que organicis laesionibus et cum praesenti vitae discrimine clare demonstratum est: quae omnia ad invocationem Beatae Catharinae Thomasiae subito evanuerunt, perfecta ac stabili sanitate illico restituta. Quod sane viribus naturae adscribi haud posse, quisquis genuinam miraculi rationem perspectam habeat inficiari nequit. Porro ad praeparatoriam quam vocant congregationem deventum est in aedibus Vaticanis die vicesima sexta anno millesimo nongentesimo vigesimo septimo, quam postea nova praeparatoria die undecima mensis Iunii anno millesimo nongentesimo vigesimo nono subsecuta est. In generalibus autem comitiis coram Nobis die vicesima quinta Februarii huius anni, venerabili fratre Nostro Vincentio S. B. E. Cardinale Vannutelli, Episcopo Ostiensi et Praenestino et S. Collegii Decano, causae Relatore, dubium: «An et de quibus « miraculis constet post indultam Beatae Catharinae Thomasiae veneratio- « nem in casu et ad effectum de quo agitur » discutiendum propositum est; atque venerabiles fratres Nostri Cardinales et dilecti filii Consultores sacrorum Rituum Congregationis suum singuli suffragium protulerunt. Nos vero in re tam gravi iudicium supremum pronuntiare in alium diem distulimus, Nobis ceterisque spatium sumentes ad caeleste auxilium et lumen humiliter implorandum. Dominica dein prima in Quadragesima, Nos, incruento Sacrificio peracto, praefatum venerabilem fratrem Nostrum Cardinalem Vannutelli, Causae Relatorem, dilectum filium Nostrum Camillum S. R. E. Cardinalem Iiaurenti sacrorum Rituum Congregationis Praefectum, nec non dilectum filium Carolum Salotti, Sanctae Fidei Promotorem, accivimus, iisque adstantibus solemniter decrevimus: «Constare de duobus « propositis miraculis; scilicet de primo: instantaneae perfectaeque sanatio- «nis Mariae Antoniae Matheu ab inveteratis tumore iugulari et osteope- « riostite sinistri pectoris naturae tubercularis, cum integrae, depulso maras- «mate, valetudinis restitutione; et de altero: instantaneae perfectaeque « sanationis Antoniae Noguera y Magraner, quae tubérculo pulmonis labo- « r ans, in postremo lethalis morbi stadio conclamata iam ac prope animam «agens, certo interitu illico eximitirr et perfectae sanitati restituitur».

Uttum ergo supererai inquirendum utrum nempe caelitum Sanctorum honores Beatae. Catharinae Thomasiae *tuto* decerni possent. Quare in sacrae Bituum Congregationis conventu coram Nobis kalendis Aprilibus decurrentis anni habito, quem supra laudavimus venerabilis frater Noster Cardinalis Vannutelli, Causae Belator, dubium instituit: « An., stante approbatione duorum miraculorum post indultam Beatae Catharinae Thomasiae venerationem *tuto* procedi possit ad solemnem ipsius canonizationem». Quamvis vero praefatae Sacrae Congregationis Patres Cardinales et Consultores unanimi suffragio *tuto* procedi posse respondissent, nihilominus Nos, quum gravissimi momenti res in deliberatione versaretur, Nostram aperire mentem <hstulimus, ut diuturnis interea precibus ad divinam opem flagitandam spatium suppeteret. Die, autem sexta Aprilis, Dominica Passionis, Eucharistica Hostia religiosissime htata, in nobihore Vaticani aula, Nos ipsi, adstantibus venerabilibus fratribus Cardinalibus Vannutelli et Laurenti, necnon dilectis filiis Alfonso Carinci, sacrorum Bituum Congregationis a secretis et Carolo Salotti, S. Fidei Promotore, solemniter ediximus': « *Tuto* procedi posse ad solemnem Beatae Catharinae Thomasiae Canonizationem ». His peractis, Praedecessorum Nostrorum exemplis inhaerentes, die vigesima tertia Aprilis huius anni dilectos filios Nostros S. B. E. Cardinales apud Nos convocavimus in Consistorium secretum, in quo dilectus filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, Sacrorum Bituum Congregationis Praefectus, Beatae Virginis Catharinae Thomas singillatim ac perspicue exposuit vitam, virtutes ac miracula, necnon acta universa recensuit, quae in Causa eius Beatificationis et Canonizationis Sacra Rituum Congregatio, praevio rigoroso examine, admiserat et adprobaverat. Qua relatione expleta, Nos Patrum Cardinahum singillatim suffragia exquisivimus « an scilicet deveniendum sit ad solemnem praefatae Beatae canonizationem»; et suam Cardinales sententiam aperuerunt. Consistorio secreto felici successu peracto, Nostro item iussu continenter habitum ©st Consistorium pubHcum, pro solemni peroratione eiusdem causae Canonizationis praefatae Beatae. Nimirum dilectus fihus Augustus Milani, Nostrae Consistorialis Aulae Advocatus, de vita, virtutibus et miraculis Beatae Catharinae Thomas disseruit ac pro eius solemni Canonizatione de more institit. Interea curavimus ut venerabiles fratres Patriarchae Archiepiscopi et Episcopi de tanta solemnitate per Litteras ad hoc datas admonerentur, ut, si facultas esset, sententiam et ipsi prolaturi, Nobis adstarent. Quorum eum non pauci in Urbem convenissent, omnes, re penitus explorata, ex commentariis de eiusdem Beatae vita, virtutibus, miraculis tempestive unicuique traditis, in Consistorio, quod semipubhcum appellant, habito die vicesima secunda proxime elapsi mensis Maii, in eamdem, in quam

S. B-. E. Cardinales, sententiam iverunt de Beata Catharina ad summos caehtum Sanctorum honores evehenda, in quam quidem sententiam Nosmet ipsos discedere perlibenter ediximus; simulque in Petriani templi maiestate sacra eiusmodi solemnia peragere die hac vicesima secunda Iunii statuimus. De quibus omnibus publicum instrumentum a dilectis filiis Protonotariis Apostolicis ad perpetuam rei memoriam confici ac in tabularium Sacrorum Rituum Congregationis deferri iussimus. Interea christifideles sumus vehementer cohortati ad ferventes preces ingeminandas, in iis praesertim sacris aedibus, in quibus SS. Sacramentum publice adorandum ex praescripto proponeretur, ut et ipsi ex tanta caeremonia fructus uberiores perciperent, Nobisque, in tam gravi officii Nostri munere, Spiritus Paraclitus benignus adesset. Adveniente demum auspicatissima die et optatissima, universi tum saecularis tum regularis cleri ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales, omnes denique, qui in Urbe aderant venerabiles fratres Nostri S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates in Vaticanam Basilicam cultu magnifico ornatam convenerunt; Nosque, iis omnibus solemni supplicatione praeeuntibus, eamdem ingressi sumus, maxima fidelium frequentia stipatam. Tunc vero dilectus filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, sacrorum Rituum Congregationis Praefectus et huic Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto filio Augusto Milani, Consistorialis Aulae Advocato, vota Nobis precesque detulit Sacrorum Antistitum, duarum religiosarum sodalitatum Ordinis Canonicorum S. Augustini utriusque sexus et Instituti Magistrarum Piarum « Filippini », ut Beatam Catharinam Thomas et Beatam Luciani Filippini catalogo Sanctarum D. N. Iesu Christi adscriberemus. Quod cum iterum, ac tertio idem Cardinalis, per eumdem Consistorialis Aulae Advocatum, instantius et instantissime egerit, Nos, caelesti lumine ferventer implorato, ediximus: « Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exalta-
« tionem fidei catholicae et christianae religionis augmentum, auctoritate
« Domini Nostri Iesu Christi Beatorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra,
«matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de
«venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum,
« Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatam
« Catharinam Thomasiam et Beatam Luciam Filippiniam Sanctas esse decer-
«nimus et definimus ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab
«Ecclesia universali earum memoriam quolibet anno die eorum natali,
« nempe Catharinam Thomasiam die quinta Aprilis et Luciam Filippiniam die
« vicesima quinta Martii inter Sanctas Virgines non Martyres pia devotione
« recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen ». Denique ob tantum beneficium gratias Deo Optimo Maximo ex corde egimus, et

Sacrum solemne litavimus; post autem Evangelii lectionem clerum populumque homilia allocuti sumus, in qua sancta utriusque praeclarae Virginis vita breviter recensita, quotquot aderant et universos christifideles vehementer cohortati sumus, ut, si Sanctas novensiles in christianae adeptione perfectionis in provehendaque proximorum salute imitari velint, ad illum unum sanctitatis fontem hauriant, unde ambae hae Virgines sumpserint, ad Christum Iesum videlicet in tabernacuhs abditum, et ad divinam mensam persaepe, immo cotidie consistant. Plenariam tandem indulgentiam cunctis praesentibus peramanter importiti sumus, atque Apostolicas hasce Litteras Decretales sub plumbo expediri mandavimus. Benedicamus igitur Patrem et Filium cum Sancto Spiritu: laudemus et superexaltemus eum in saecula, qui per Nos hodie mirificavit Sanctas suas; et faxit ipse Deus ut beatitatem caelestem, qua Catharina et Lucia fruuntur, aliquando omnes participemus. Omnibus itaque quae inspicienda erant bene perpensis, certa ' ex scientia, apostolicae auctoritatis Nostrae plenitudine, omnia et singula praedicta confirmamus, roboramus atque iterum statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus; mandantes, ut earumdem praesentium transumptis sive exemplis, etiam impressis, manu ahcuius Notarii Apostolici subscriptis, et sigillo muniti, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Nostris praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero has Litteras Nostras definitionis, decreti, mandati et voluntatis infringere vel temerario ausu contraire aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et sanctorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo ac trigesimo, die vicesima secunda mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno nono.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£ß Ego IANUARIUS Episcopus Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE. *

£8 Fìgo BASLLTUS Episcopus Veliternus Cardinalis PoMPru.

£8 Ego MICHAEL Episcopus Tusculanus Cardinalis LEGA.

£8 Ego DONATUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis SBARBETTI.

£8 Ego THOMAS PIUS Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis BOGGIANI.

£8 Ego PETRUS tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis GASPARRI.

£8 Ego CAIETANUS tituli S. Agathae Presbyter Cardinalis BISLETI.

£8 Ego Fr. ANDREAS tituli S. Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis FRÜHWIRTH.

£8 Ego RAPHAEL tituli S. Hieronymi TUyricorum Presbyter Cardinalis SCAPINELLI.

£8 Ego ACHILLES tituli S. Bernardi ad Thermas Presbyter Cardinalis Lo CATELLI.

£8 Ego ALOISIUS tituli S. Georgii in Velabro Presbyter Cardinalis SINCERO.

£8 Ego BONAVENTURA tituli S. Caeciliae Presbyter Cardinalis CERRETTI.

£8 Ego HENRICUS tituli S. Bartholomaei in Insula Presbyter Cardinalis GASPARRI.

£8 Ego ALOISIUS tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis CAPOTOSTI.

£8 Ego LAURENTIUS tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis LAURI, Maior Poenitentiarius.

£8 Ego AxExrus HENRICUS tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis LÉPICIER.

£8 Ego PETRUS tituli S. Mariae trans Tiberim Presbyter Cardinalis SEGURA Y SAENZ.

£8 Ego EUGENIUS tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis PACELLI, a Secretis Status.

£8 Ego CAMILLUS S. Mariae Scalaris Protodiaconus Cardinalis LAURENTI.

£8 Ego IOSEPH S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis MORI.

£8 Ego FRANCISCUS S. Caesarei in Palatio Diaconus Cardinalis EHRLE.

£8 Ego ALEXANDER S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis VERDE.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *Cancellarius S. B. E.*

CAMILLUS CARD, LAURENTI, *S. B.* C. *Praefectus.*

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonotariorum Apost*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Can. Alfridus Liberati, *Cane. Apost. Adiutor a studiis.*

EXPEDITA
die decima octava mensis Iulii, anno nono
ALFRIDUS MARINI, *Plumbator.*

Beg. in Cane. Ap., vol. XLII, n. 32. - il. Riggi.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE NOVA CmCUMSCRIPTIONE ET ORDINATIONE HIERARCHICA DIOECESIUM RITUS TAM LATINI TAM GRAECI-RUMENI IN ROMANIAE REGNO.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Solemni Conventione nuperinita et confirmata inter Apostolicam Sedem et Romaniae Regnum, provisum est, inter alia, novae circumscriptione et ordinationi hierarchicae dioecesium tum latini, tum graeci-rumeni ritus in ipso regno exstantium. Iam vero Nos, ut ad effectum deducantur quae ad rem statuta sunt, quaeque in christifidelium spirituale bonum et in ecclesiasticae administrationis maiorem utilitatem potissimum cedere visa sunt, omnibus mature perpensis ac certa scientia, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit aut eorum qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, quae sequuntur statuimus atque decernimus: I. Dioeceses latini ritus, immutatis manentibus finibus archidioecesis Bucureștiensis et dioecesis Albae luliensis, ita noviter circumscribimus, ut earum limites cum civilibus finibus cohaereant, iuxta modum qui infra describitur. Eam territorii Romanici partem, quae iam ad dioecesim Csanadiensem pertinebat et usque modo sub administratione apostolica Timişoarensi constituta erat, suppressa hac administratione, in dioecesim erigimus, cuius fines erunt: ad orientem, archidioecesis Bucureștiensis et dioecesis Albae luliensis; ad meridiem et occidentem, fines politici regni Jugoslavi et regni Hungarici; ad septentrionem, dioeceses Sătmariensis et Magno-Yaradinensis latinorum. Novam hanc dioecesim ab urbe *Timişoara,* in qua sedem episcopalem et cathedram constituimus, *Timişoarensem* nuncupati volumus. Ecclesiam vero sub titulo B. Georgii Martyris in eadem urbe exstantem ad gradum et honorem ecclesiae Cathedralis evehimus, eique ac eiusdem pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, insignia ac privilegia, quae ad normam sacrorum canonum ipsis competunt. Capitulum autem in eadem ecclesia exsistens ad titulum et dignitatem extollimus Capituli cathedralis, cum omnibus iuribus et privilegiis, oneribus et obligationibus, quibus cetera Capitula cathedralia iure communi fruuntur ac tenentur. Dioecesim Satmariensem, quae partim etiam in rempublicam Cecoslavacham et partim in regnum Hungaricum protenditur, itemque dioecesim Magno-Varadinensem latinorum, quae in regno quoque Hungarico

ex parte patet, respective ad eas partes dumtaxat coarctamus, quae in territorio Bomanieo exstant, atque invicem perpetuo *aeque principaliter* unimus sub dioecesium *Sătmariensis et Magno-Varadinensis latinorum* denominatione. Utriusque autem dioecesis regimen Ordinario Sătmariensi concredimus, administratione apostolica idcirco ipso facto cessante dioecesis Magno-Varadinensis latinorum. Regionem *Bucovina* ab archidioecesi Leopoliensi Latinorum, ad quam hactenus de iure spectabat, seiungimus, ipsamque dioecesi Jaşensi sive in spiritualibus, sive in temporalibus perpetuo attribuimus. Ita dioecesanis limitibus praefinitis, volumus ac iubemus ut omnes latini ritus dioeceses in unam coalescant provinciam ecclesiasticam cuius metropolitana erit archidioecesis *Bucur estiensis,* suffraganeae vero reliquae dioeceses erunt, videlicet *Transilvaniensis,* quae hucusque metropolitanae Ecclesiae Oolocensis erat suffraganea; *Timişoarensis,* cuius terri? tonum hactenus metropolitico iuri eiusdem Colocensis archidioecesis subiciebatur; *Sătmariensis* et *Magno-Varadinensis Latinorum,* quarum prima archidioecesis Agriensis, altera archidioecesis Colocensis hucusque erat suffraganea; nec non *Jaqensis,* antehac Apostolicae Sedi immediate subiecta. Volumus insuper ut universum territorium in veteribus regni Romanici finibus comprehensum, quod. dioeceses Bucureştiensem et Jaşensem complectitur, et hucusque Sacrae Congregationi de Propaganda Fide subiiciebatur, sit in posterum sub Sacrae Congregationis Consistorialis iurisdictione, cui iam subiiciuntur dioeceses in novis regni finibus inclusae, scilicet: Transilvaniensis, Timişoarensis, Sătmariensis et Magno-Varadinensis latinorum.

II. Praeterea ad spirituali fidelium ritus graeci-rumeni aliorumque rituum regimini aptius consulendum, haec quae sequuntur statuimus ac decernimus: 1) Archidioecesis Pogaraşiensis et Albae Juliensis territorium posthac arctabitur per dismembrationem tum paroeciae *Boian,* quam, ut mira dicetur, novae dioecesi Maramureşensi adnectimus, tum centum quinquaginta paroeciarum, quas Armenopolitanae dioecesi attribuimus, scilicet: *Agris, Bogdana, Bozna, Buciumi, Giumărna, Băstolţ, Băstoltul-desert, Sângeorzul de Meses, Borza, Brusturi, Ghechis, Chendrea, GhicMsa, Gâlgău, Lupoaia, Tihău, Trestia, Almaş, Bărbiu, Bercea, Gutiq, Guzăplac, Mesteacăn, Mierta, SfărasJ, Sutoru, Tăudu, Aghireş, Apahida, Ardeova, Arghisu, Baciu, Berindu, Câmpeneşti, Găpuşul mic, Ghinteni, Gluj, Gluj-Gordoq, Gluj-Mănăstur I, Gluj-Mănăstur II, Gornesti, Goruq, Bretea, Feiurdeni, Feleac, Floresti, Gălăqeni, Gârbău, Gilău, Măcicasu, Mihâieqti, Nădăqelu, Petrid, Popeşti, Buginoasa, Sâncraiul-Almaqului, Sânicoara, Sântpaul, Comeseni, Stânan, Stoboru, Suciagu, Sumurduc, Sardu, Tăuti, Ticu, Topa mică, Vechea, AscMleul mare, Dârja, Panticeu, Sânmihaiul-Almasului, Strâmba, Ugruţu, Voivodeni, Bociu, Bologa, Brăiqor, Giucca, Ciuleni, Fildul de jos, Fildul de mijloc, Fildul de sus,*

Hodiş, Huedin, Mărgău, Morlaca, Răchitele, Săcuiu, Vişeag, Zam-Sâncraiu, Hăşdate, lilia, Sălicea, Vălisoara, durila, Boiu, Gojocna, Corpadea, Desmir, Gălădin, Gheorgheni, Jucul de jos, Jucul de mijloc, Jucul de sus, Pata, Visa, Călacea, Căprioara, Cernuc, Mciu, Gârbou, Poptelec, Recea-Cristur, Sărata, Băişoara, Cacova-Ierii, Făgetul-Ierii, lara, Măgura-Ierii, Muntele-Băişorii, Plaiuri, Poşaga de jos, Poşaga de sus I, Poşaga de sus II, Săcel, Sălciua de jos, Şchiopi, Surduc, Şutu, Baia de Arieş, Bistra, Câmpeni, Certege, Lupşa, Musca, Ponorel, Pilea de jos, Pilea de sus, Abrud, Buciumi-Şasa, Corna, Roşia-Montană, Sohodol, Mogoş-Bârleştri, Mogoş-Cojocani, Valea-Geoagehilui, Sălcuţa, Dumbrava, Râpa de sus. Volumus insuper et eiusdem archidioecesis Fogaraşiensis et Albae Juliensis Archiepiscopi pro tempore sit ius dicere et iurisdictionem exercere in omnes catholicos graeco-rumenos, qui intra veteres regni Romaniae fines commorantur. 2) A dioecesi Magno-Varadinensi rumenorum unam et triginta quae sequuntur paroecias distrahimus, easque novae Maramureşensi dioecesi adiungimus: *Ardusat, Borlesti, Fărcaşa, Sârbi, Tămâia, Bozinţa mare, Buşac, Săsari, Apatău, Cărăşeu, Crucilor, Culciul mare, Lipou, Pomi, Popbicău, Roşiori, Valea Vinului, Viile Sătmarului, Boghiş, O ar, Boba, Petea, Velis, Chilia, Gereuşa, Hodişa, Homorodul de mijloc, Medişa, Necopoiu, Soconzăl, Stâna.* Item ab eadem dioecesi Magno-Varadinensi rumenorum undeviginti avellimus paroecias idest: *Nădlac, Semlac, Seitin, Bărzava, Galşa, Giuliţa, Minişel, Minişul de sus, Nadăş, Siria, Chereluş I, Chereluş II, Gurba, Simand, Sintea-mare, Bocsig, Buteni, Mocrea, Moroda.* Praefatae autem dioecesi Magno-Varadinensi rumenorum octoginta duas quae sequuntur paroecias adnectimus, quas ab Armenopolitana dioecesi separamus, videlicet: *Boian, Blajea, Cehal, Rotoan, Pătălusa, Păţalul mare, Pir, Santău, Sărăuaă, Săuca, Silvaş, Sudurău, Tâşnad, Zalnoc, Acâş, Cig, Craidorolţ, Friu-Căuaş, JEriu-Meţenţiu, Friu-Sâncraiu, Satu-mic, Unimăt, Babţa, Becheni (Chieşd), Bicaz, Bobota, Corni, Corond, Curitău Derşida, Giorocutâ, Sighetul-Silvaniei, Supurul de sus, Almas, Cozniciul de jos, Criştelec, Doh, Maladia, Măierişte, Marca, Port, Sumai, Ceheiu, Drighiu, Fizeş, Halmoşd, Iaz, Satu-mare în Sălaj (Nusfalău), Plopiş {Giumelciş), Sâg, Valcăul de jos, Valcăul de sus, Bănişor, Cizer, Crasna, Crasna-Petenia, Hurez, Mal, Marin, Peceiu, Pria, Stârciu, Şeredeiu, Şimleul-Silvaniei, Badon, Bocşa română, Bădăcini, Căţelul, Căţeluş, Giurtelecul-Simleului, Periceiu, Recea, Siciu, Vărşolţ, Chilioara, Coşeiu, Aghireş, Crismi (Tigaui), Gârceiu, Hereclean, Ortelec, Zălau.* 3) Dioecesis igitur Lugosiensis rumenorum territorium augebitur per unionem undeviginti, quas supra diximus, paroeciarum a dioecesi Magno-Varadinensi rumenorum seiunctarum. 4) A dioecesi Armenopolitana, a qua memoratae octoginta duae paroeciae avulsae sunt ac dioecesi Magno-Varadinensi

Rumenorum assignatae, centum sexaginta novem quae sequuntur paroecias distrahimus ac dioecesi Maramureşensi tribuimus: ***Bârsana, Budeşti, Călinesți, Corneşti, Ocna-Şugatag, Onceşti, Sârbi, Văleni, Borsa beneficiul*** **inferior,** ***Borsa beneficiul*** **superior,** ***Borsa III Repedea, Leordina, Moiseiu, Mănăstirea Moiseiului, Petrova, Viseul de jos, Vişeul de mijloc, Vişeul de sus, Iapa, Bona de jos, Săpânta, Sărasău, Sighet, Berbesti, Breb, Crăceşti, Desesti, Giuleşti, Sat-Şugatag, Vad, Bocicoel, Cuhea, Dragomireşti, Ieud, Săcel, Sălistea beneficiul*** **superior,** ***Sălistea beneficiul*** **inferior,** ***Botiza, Glod, Năneşti, Poieni, Bozavlea, Strâmtura Şaieu, Bătarciu, Gherța-mare, Gherța-mică, Ral/meu, Tarna-mare, Turţ, Bicsad, Boinesti, Cămârzana, Călineşti, Certeze, Lechința, Moişeni, Negreşti, Prilog, Bacşa, Târşolţ, Trip, Tur, Vama, Botiz, Joiib,Odorău, Satu-mare, Apa, Băbâşeşti, Cicârlău, Uba, Mediaşul Aurit, Potău, Seini, Someşeni, Viile, Apei, Baia-mare, Baita, Groşi, Firiza de jos, Firiza de sus, Mocira, Becea, Satu nou de jos, Tăutii de jos, Baia Sprie, Chechis (Tetiş), Chiuzbaia, Băneşti, Dumbrăvita, Satu nou de sus, Şişeşti, Şurdeşti, Berința, Capnicul de jos, Capnicul de sus, Cerneşti, Coaş, Coruia, Copalnic, Copalme-Mănăştur, Măgureni, Preluca Nouă, Preluca Veche, Buşor, Buciumi, Buteasa, Ciolt, Culcea, Curtuiuşul mare, Gaura, Iădara, Prizlop, Bemetea, Săcălăşeni, Şomcuta mare, Varaiu, Bozinta mică, Fintueşel, Lăpuşel, Lucacesti, Mireşul mare, Posta, Pribileşti, Bemeti, Satulung, Asuajul de jos, Asuajul de sus, Bârsăul de jos, Bărsăul de sus, Băita, Băseşti, Cardani, Mânau, Odeşti, Sălsig, Stremțiu, Tămăşeşti, Someş- TJileac, Urminiş, Cehul-Silvaniei, Mineu, Motiş, Giurtelecul Hododului, Oarța de jos, Oarta de sus, Salaţig, Aluniş (Someş-Săplac), Benesat, Biuşa, Cuceu, Cioara, Domnin, Inău, Nadişul Bomân, Noţig, Someş-Odorhem, Şoimus, Ulmeni (Şilimeghiu), Chelinla, Cheud, Năpradea, Bona, Someş-Guruslău, Traniş, Firminiş, Jibou, Poptelec.*** **Eiusdem vero Armenopolitanae dioecesis territorio adiunctas volumus centum quinquaginta paroecias, quas, ut supra diximus, ab archidioecesi Fogaraşiensi et Albae Iuliensis disiungimus. Sedem insuper episcopalem Armenopolitanae dioecesis ab urbe** ***Gherla*** **in urbem** ***Cluj*** **transferimus. Volumus autem ut in posterum dioecesis haec** ***Cluj-Gherlensis*** **appelletur. Cathedram pariter et capitulum in ecclesiam sub titulo Transfigurationis Domini Nostri Iesu Christi in urbe Cluj exstantem transf erimus, quam idcirco ad ecclesiae cathedralis gradum et honorem extoUimus, servato tamen concathedralis titulo praesenti ecclesiae cathedrali in urbe** ***Gherla.*** **5) Novam praeterea erigimus dioecesim ritus graeci-rumem,** ***Maramureşensem*** **denominandam, cuius territorium efformabunt paroeciae, quae sequuntur: èx archidioecesi Fogaraşiensi et Albae Juliensis paroecia** ***Boian;*** **e dioecesi Cluj-Gherlensi centum sexaginta novem paroeciae supra enumeratae; e dioecesi Magno-Varadinensi rumenorum triginta et una paroeciae, iam**

pariter supra indicatae; e dioecesi Hajd.ud.orogh.ensi in Hungaria decem ritus graeci-rutheni paroeciae, idest: *Bercu, Cedreag, Careii-Mari, Livada, Oradea-Mare, Pelesul, Porumbeşti, Satumare, Turulung, Peregul;* e dioecesi Munkaciensi ruthenorum in Cecoslovachia hae undecim paroeciae ritus graeci-rutheni: *Bistra, Câmpulung, Coştiui, Crăciuneşti, Lunca, Poienile, Remeţi, Repedea, Roua de sus, Ruscova, Sighet;* e dioecesi Stanislaopolitana ruthenorum in Polonia septendecim ritus graeci-rutheni paroeciae, videlicet: *Cacica, Câmpulung, Cernăuţi, Coţman, Hliboea, Pohorlăuţi, Putila, Rădăuţi, Raraneea, Sadagura, Sădau, Şiret, Suceava, Storojuneţ, Vascăuti, Vijniţa, Zastavna.* Quapropter nova haec dioecesis circumscripta manebit: ad orientem ab archidioecesi Fogaraşiensi et Albae Iuliensi; ad meridiem a dioecesibus Cluj-Gherlensi ac Magno-Varadinensi Rumenorum; ad occidentem a Regni Hungarici et ad septentrionem a Rerumpublicarum Polonae et Cecoslovachae finibus. Novae autem huius dioecesis sedem episcopalem in urbe *Baia-Mare* constituimus; cathedram vero episcopalem in ecclesia Beatae Mariae Virgini in caelum Assumptae dicata, in eadem urbe sita, erigimus; et ideo tum sedi et cathedrali ecclesiae, tum eius pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, insignia ac privilegia, quibus ceterae eiusdem ritus sedes et ecclesiae cathedrales earumque Episcopi in Romania iure communi vel legitima consuetudine gaudent et cum, omnibus oneribus et obligationibus iisdem adnexis. Omnes vero christifideles graeci-rutheni huic dioecesi aggregati sub iurisdictione manebunt peculiaris Vicarii generalis eiusdem ritus, ab Episcopo Maramureşensi eligendi ac constituendi. 6) Quoad ordinem hierarchicum attinet, dioeceses Magno-Varadinensis rumenorum, Lugosiensis rumenorum et Cluj-Gherlensis suffraganeae manebunt, sicut antea, metropolitanae Ecclesiae Eogaraşiensis et Albae luliensis, cui quoque abhinc tamquam suffraganeam subiicimus novam Maramureşensem dioecesim; ac proinde omnes praefatae dioeceses unicam provinciam ecclesiasticam constituent. 7) Volumus denique ut fideles Armeni, qui in Romanica dicione morantur, quoad spirituale regimen sub iurisdictione sint Ordinarii ab Apostolica Sede eligendi, qui eidem immediate subiectus erit et *Administrator Apostolicus pro Armenis* denominabitur ac in urbe *Gherla* habitualem sedem habebit. — Ad haec autem omnia exsecutioni mandanda venerabilem fratrem Angelum Mariam Dolci, Archiepiscopum titularem Hierapolitanum in Syria Euphratensi et in Romania Nuntium Apostolicum, deputamus eidemque tribuimus omnes facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et ipsi onus imponamus actus peractae exsecutionis exemplar authenticum infra sex menses, ab hisce Litteris datis computandos, transmittendi tum ad Sacram. Congregationem Consi-

storialem, tum ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali. Praesentes autem Litteras in duplici originali exaratas, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore, volumus et decernimus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem quae his Litteris a Nobis decreta sunt infringere vel eis contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo ac trigesimo, die quinta mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno nono.

B **D. C**ARD. **SBARRETTI**
Episcopus
Sabinensis et Mandelensis.

FR. **A. C**ARD. **FRÜHWIRTH**
Cancellarius S. B. E.

A. CARD. **SINCERO**
a *Secretis*
S. C. pro Ecclesia Orientali.

Dominicus Jorio, ***Protonotarius Apostolicus.***
Vincentius Bianchi-Cagliesi, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco Plumbi

Reg. ***in Canc.*** *Ap.,* ***vol. XLII, n. 13*** **- M. Riggi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

TEMPLUM SS. AMBROSII ET CAROLI IN URBE TITULO H0N0RD3USQUE BASI-SILICAE MINORIS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Lombardi in Urbe degentes iam quintodecimo saeculo exeunte bac Alma in Urbe Nostra Sancto Ambrosio Episcopo mediolanensi dicatum templum, pia quoque curandis aegrotis nationis suae adiecta domo, ad viam Latam erexerunt, quod in sequenti saeculo, post direptam Urbem fere collapsum, renovatum est. Penes sacram ipsam aedem iam usque ab initiis suam habuit sedem Lombardorum sodalitas, quae, Xysti IV temporibus canonice instituta, dein, mediolanensi Pio IV Summo Pontifice, sollerti praesertim studio sancti Caroli Borromaei, privilegiis amplissimis exornata est. Postquam vero tam magnus hic mediolanensium Archiepiscopus anno MDCX **in Sanctorum numerum elatus est, ad gentis Lombardae pietatem erga insignem Praesulem ipsum suum significandam, auctore ac fovente Paulo Aemilio Sfondrati, Urbanae Sancti Ambrosii confraternitatis Cardinali Patrono, nova ampliorque ecclesia exaedificari coepta est titulo Sanctorum Ambrosii et Caroli; atque eorundem sub invocatione Praesulum Ecclesiae mediolanensis, ea tempestate, memorata quoque Lombardorum sodalitas, privilegiis interea ac nomine archiconfraternitatis apostolica auctoritate aucta, posita est. Eadem autem in ecclesia, anno tantum** MDCLXXXIV **expleta, quae latino more ad crucis formam tribus navibus constat atque artis operibus, quibus exornatur, inter potioris momenti tempia est recensenda huius Almae Urbis, primum Sacrum Nosmetipsi abhinc annos quinquaginta Utavimus; eandemque ecclesiam frequenter postea, munera tunc temporis Nobis credita in Urbe gerentes, sodales etiam facti archiconfraternitatis Nostrae gentis, continenter observantissimi utriusque archidioecesis mediolanensis Patroni, pie ac devote lustravimus. A Mediolanensium dein Ecclesia, quam ipsi caelestes Patroni tam scienter tamque fructuose, Nobis amplissima relinquentes exempla, moderati sunt, et quam Nos ipsi quoque munere pastorali gubernavimus, divina largitate ad supremam beati Petri** Cathe**dram, licet immeriti, evecti, peculiari benevolentiae erga Lombardorum archisodalitatem ecclesiamque testimonio, apud Bomanam Curiam officium Protectoris Urbanae archiconfraternitatis Sanctorum Ambrosii et Caroli Nobismetipsis reservavimus, libentique animo gerendum suscepimus.**

Quapropter grati animi caussa itemque suae fidelis erga Nos observantiae, sodales ipsius coetus, ad perennandum Nostri Iubilaei sacerdotalis annum, stipe ex undique coniecta, in ecclesia sua altare Sanctissimi Sacramenti renovandum, magni pretii marmoribus ac pulcris congruisque artis operibus exornandum curarunt; laboribusque nunc expletis, anniversarium diem faustitatis Nostrae celebrare intendunt. Nil mirum itaque si Nos, huiusmodi rerum atque eventuum memores, hanc occasionem nacti, ad priora Nostrae erga Lombardorum archisodalitatem eiusdemque ecclesiam benevolentiae testimonia novam propensae voluntatis Nostrae significationem adiiciamus, qua urbana eadem ecclesia privilegiis atque *hono*ribus augeatur, quae potioribus antiquioribus que Urbis templis spectant. Hisce propterea Litteris Apostolicis, motu proprio deque auctoritate Nostra, ecclesiam sub titulo Sanctorum Ambrosii et Caroli hac Alma in Urbe exsistentem Basilicae minoris titulo perpetuum in modum exornamus illique omnia et singula conferimus iura, privilegia, praerogativas, honores indulta, quae caeteris minoribus huius Almae Urbis Nostrae Basilicis de iure competunt.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces semper exstare et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant vel in posterum spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet,.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Decembris, an. MDCCCCXXIX **Pontificatus Nostri octavo,**

P. CARD. **G**ASPARRI, ***a Secretis Status****

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. HERMENEGILDUM PELLEGRINETTI ARCHIEPISCOPUM TIT. ADA^ NENSEM, NUNTIUM APOSTOLICUM IN JUGOSLAVIA: QUEM DEPUTAT LEGATUM SUUM AD CONVENTUM EUCHARISTICUM, ZAGRABIAE CELEBRANDUM.

PIUS PP. XI

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quantopere ad religionem istic provehendam erga Sacramentum augustum contendatur, vel ex eo perspicere licet quod, quamvis paucis abhinc annis

Conventus Eucharisticus sollemni ritu atque splendore Zagrabiae actus sit, alius tamen ibidem, uti affertur, mox celebrabitur. Merita igitur laude sollertissimum ilhus urbis Archiepiscopum eosque omnes qui in re apparanda operam ei navant hic Nos honestamus; nihil enim magis valere potest ad rei catholicae incrementum quam auctus sacrosanctae Eucharistiae cultus in qua ipse caelestium gratiarum auctor mystice praesens vivit. Itaque fit ut Iesus Dominus, quemadmodum ohm, cum mortalem vitam ageret, benigne misertus est super turbam, ita hodie filiis suis in hac iniquitate temporum constitutis, in Sacramento augusto praesto sit, eorum animos verbis illis erigendo: « Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos ». Accedant ergo oportet cuiusvis ordinis homines ad altaris Mysterium, ut non modo supernaturalis vitae cibum ibi sumant, sed etiam illum caritatis ignem concipiant quem divinus Redemptor venit mittere in terram et voluit vehementer accendi. Non igitur raro, sed saepissime ad sacram Synaxim est rite accedendum; siquidem illic magis christianae vitae cultus florere solet ubi sit Eucharistiae perceptio frequentior; e contrario, si caeleste convivium negligatur, christianae quoque professionis vigor pedetentim elanguescit. Nos optamus ut hic maxime fructus, id est frequens Eucharistiae usus, ex isto Zagrabiensi conventu percipiatur; quo enim arctius cum Deo populus coniungitur, eo magis divinorum munerum compos fit, imprimisque christianarum virtutum quibus et prosperitatem in terris et aeternam in caehs beatitatem sibi acquirit. Itaque quod in simili causa, septem abhinc annis, Nos fecimus iterantes, nunc etiam in partem rei perlibenter venimus, te, venerabilis frater, Legatum Nostrum hisce litteris eligendo ut, personam Nostram gerens, nomine et auctoritate Nostra Zagrabiensi conventui Eucharistico praesis; non dubitantes quin, te praeside, et annuentibus undique Episcopis plurimisque omnis ordinis fidelibus, magnas factum iri significationes pietatis publicae, ad novum Christi regis triumphum qui unus est *via, veritas* et *vita.* Interea, indulgentias, privilegia, indulta et dispensationes confirmantes, quae per Apostolicas Litteras, die vn mensis Martii anno MDCCCCXXIV datas, concessimus, in divinorum bonorum auspicium itemque in paternae benevolentiae signum, tibi, venerabilis frater, Archiepiscopo Zagrabiensi, ceteris Episcopis iisque omnibus qui Conventui interunt, apostolicam benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis Iulii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. ALOISIUM TIT. S. GEORGII IN VELABRO S. R. E. PRESB. CARDINALEM SINCERO SACRAE CONGREGATIONIS PRO ECCLESIA ORIENTALI A SECRETIS; QUEM MITTIT LEGATUM BUDAPESTINUM AD SOLEMNIA SAECULARIA S. EMERICI. *

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Inter Europae gentes quae, idolorum cultu deleto, non modo christianam fidem amplexae sunt, sed etiam constantissime eam retinentes, optime de Ecclesia Dei progressu temporum meruere, Hungaria certe recensenda est: hoc enim feliciter ei contigit ut ab illa Arpadorum familia recte diuque regeretur, quae virtutum omnium exemplo magis quam imperio Hungaris praeire consuevit. Ex viris sanctissimis qui tum in Hungaria floruerunt, satis sit Stephanum regem hic commemorare, Hungarici regni conditorem, eiusque filium Emericum, in cuius quidem honorem sacra sollemnia his diebus peraguntur, nono expleto saeculo ex quo is plane iuvenis piissime obiit. Magnae sane splendidaeque celebrationes ac coetus, in eventu tam fausto studiose iam illic apparantur; Budapestini praesertim, in urbe scilicet amplissima regni capite, quo fideles, uti affertur, frequentissimi undique conventuri sunt. De re agitur, uti liquet, magni quidem momenti, a qua nempe abesse nequit communis Pater; eo magis quod nemo ignorat quam arcta semper fuerint Hungariae cum Apostolica Sede studiorum ac necessitudinum vincula quantoque opere Romani Pontifices, nonnulli maxime, contulerint ad Hungarorum prosperitatem et gloriam. Namque non modo, in ipso regni initio, et Apostolica Sedes S. Stephanum diademate regio redimivit, et rex regnum suum Apostolicae Sedi oblatum voluit, sed etiam postea, saeculorum decursu, decessores Nostri non semel Hungaris auxilium attulerunt ut de hostibus christiano nomini infestissimis immortalem triumphum reportarent. Quapropter, cum consentaneam sit ut, in hac rei. faustitate, Nosmet ipsi in paitem veniamus communis Hungarorum laetitiae, te, dilecte fili Noster, Legatum Nostrum his litteris eligimus, qui, personam Nostram gerens, nomine et auctoritate Nostra, saecularibus S. Emerici festis praesideas; non dubitantes quin ipse, pro eximia tua pietate atque sollertia in catholica fide per Orientem amplificanda, digne admodum praeclaro hoc munere functurus sis. Ceterum, uti iam per litteras ediximus recens ad Hungariae Episcopos datas, magna sane salutarium fructuum copia ex hac

recordatione exspectatur; id vero noinmatim, ut hungarica iuventus, S. Emerieo auspice atque Patrono, castimoniae laude et fidei ardore maiorum gloriae succrescat, ad religionis patriaeque utilitatem. Interea Nos, quo fructuosior splendidiorque res fiat, libenter tibi damus ut, soUemniori die, sacris operatus, adstantibus nomine Nostro benedicas, plenam eisdem admissorum veniam proponens usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Ac divinorum praenuntia munerum itemque paternae benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio quam tibi, dilecte fili Noster, omnibus Hungariae Episcopis, imprimisque Cardinali Archiepiscopo Strigoniensi, et universo Hungarorum populo nobilissimo, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die vi mensis Augusti anno MDOCCOxxx, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PINSKENSIS-SIEDLCENSIS

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

DECRETUM

Fideles pagi « Orchów », pertinentes ad paroeciam Damaczevo, in dioecesi Pinskensi, ab Apostolica Sede efflagitarunt, ut ad viciniorem paroeciam Wodawa, dioecesis Siedlcensis, aggregarentnr.

Porro Ssmus D. N. Pius Div. Prov. XI, attento consensu tam Ordinarii Knskensis quam Ordinarii Siedlcensis, atque praehabito favorabili voto B. P. D. Francisci Marmaggi Archiepiscopi titularis Hadrianopohtani et Nuntii Apostolici in Polonia, oblatas preces benigne excipiendas decrevit.

Quapropter, vi praesentis decreti Consistorialis statuit, ut, praefatus pagus « Orchów », a paroecia Damaczevo et a dioecesi Pinskensi separetur atque paroeciae Wodawa, dioecesis Siedlcensis, perpetuo uniatur, mutatis, hac ratione, finibus utriusque dioecesis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est eumdem B. P. D. Franciscum Marmaggi, Nuntium Apostolicum, eidem tribuens facultates ad id opportunas et necessarias, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi, intra sex menses, ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem, authenticum exemplar peractae executionis.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 28 Martii 1930.

f Fr. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

L. £B s. •

B. Cipriani, ***Officialis.***

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

25 Iulii 1930.* — **Titulari episcopali Ecclesiae Troadensi praefecit R. D. Bernardum Dembek parochum in dioecesi Culmensi, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Stanislai Kostka Lukomski Episcopi Lomzensis.**

I Augusti. — **Cathedrali Ecclesiae Great-Ormensi, R. D. Eduinum V. O'Hara sacerdotem archidioecesis Portlandensis in Oregon.**

8 Augusti. — **Cathedrali Ecclesiae Riopretensi, R. D. Libanium Lafayette, hactenus Vicarium Generalem dioecesis de Pouso Alegre.**

II Augusti. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Rhusiensi, R. P. D. Ioannem Peregrinum Aloisium Mondaini, hactenus Episcopum Synaïtanum.**

13 Augusti. — **Cathedrali noviter erectae Ecclesiae Berolinensi, R. P. D. Christianum Schreiber, hactenus Episcopum Misnensem et Administratorem Apostohcum territorii ecclesiastici Berolinensis.**

21 Augusti. — **Cathedrali Ecclesiae Sandomiriensi, R. D. Stanislaum Bronislaum Jasinski, canonicum Capituli cathedralis Lodzensis ac rectorem Seminarii eiusdem dioecesis.**

26 Augusti. — **Metropolitanae Ecclesiae Milwaukiensi, R. P. D. Samuelem Stritch, hactenus Episcopum Toletanum in America.**

NB. - Pag. 345, Im. 9 ab imo, loco eius **quod est Titulari episcopali,** *legatur* **Titulari archiepiscopali.**

III

DESIGNATIO ORDINARII PRO APPELLATIONE IN SECUNDO GRADU

Iuxta can. 1594, § 2, Archiepiscopus Vancuveriensis designavit, semel pro semper, pro appellatione in secunda instantia, tribunal Ordinarii Victoriensis in Insula Vancouver. Quam designationem Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Pp. XI, rescripto Sacrae Congregationis Consistorialis diei 13 Iunii 1930, benigne dignatus est adprobare.

IV

MONACENSIS ET FEIGEN SIS-AUGUSTANAE

MUTATIONIS FINIUM DIOECESIUM

Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, Consistoriali decreto diei 27 Iunii .1930, domum cuiusdam D. Mathiae S teurer dismembravit a paroecia *Gerolsbach* et ab archidioecesi Monacensi et Prislngensi, et aggregavit paroeciae *ßingenbach* ac dioecesi Augustanae.

V

MONITUM

Declaratur Sac. Ioannem Petrum Certo non amplius adnumerari inter Advocatos Sacrae Romanae Rotae.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

DUBIUM

DE COMPETENTIA SACRAE POENITENTIARIAE APOSTOLICAE CIRCA NEGOTIA FORI INTERNI ORIENTALIUM.

Cum postulatum fuerit « utrum ad ea quae forum internum, etiam, non sacramentale, respiciunt, de quibus in can. 258 Codicis iuris canonici, fideles ad Ecclesias rituum orientalium pertinentes recurrere debeant ad Sacram Poenitentiariam Apostolicam», Sacra haec Congregatio, collatis consiliis cum Emo D. Card. Poenitentiario Maiore, respondendum censuit *Affirmative.*

Quam resolutionem Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI, in Audientia diei 10 Maii 1930, adprobare ac ratam habere dignatus est.

Datum Bomae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 26 Iulii 1930.

A. CARD. SINCERO, *Secretarius.*

L. © B.

H. I. Cicognini, *Adsessor.*

SACKA CONGREGATIO CONCILII

I

CIECO LABE

CONTENENTE ISTRUZIONI E NORME PER L'INSEGNAMENTO RELIGIOSO NEGLI ISTITUTI MEDI D'ISTRUZIONE CLASSICA, SCIENTIFICA, MAGISTRALE, TECNICA ED ARTISTICA IN ITALIA.

Ai Revmi Ordinari diocesani d'Italia

Nel Concordato felicemente concluso tra la Santa Sede e l'Italia l'insegnamento della Religione cattolica è considerato come fondamento e coronamento dell'istruzione pubblica in Italia (art. 36, comma 1). Perciò, secondo lo stesso Concordato, l'insegnamento religioso, che con soddisfacenti risultati già si impartisce nelle scuole elementari, dovrà avere un ulteriore sviluppo negli istituti medi d'istruzione classica, scientifica, magistrale, tecnica ed artistica, a norma del vigente ordinamento scolastico, di cui nell'annessso *Allegato I.*

A tale scopo questa Sacra Congregazione del Concilio, con la augusta approvazione del Santo Padre, crede necessario ed urgente emanare le seguenti istruzioni e norme, affinchè i Revmi Ordinari diocesani d'Italia predispongano le cose in modo che l'insegnamento religioso possa, come è stabilito, avere regolarmente inizio in tutti gli istituti medi d'istruzione classica, scientifica e magistrale, nelle scuole e negli istituti d'istruzione tecnica e nelle scuole e negli istituti d'istruzione artistica, con il prossimo anno scolastico 1930-1931.

I. - *Obbligatorietà deW insegnamento*

§ 1. **La frequenza all'insegnamento religioso, per il fatto stesso dell'iscrizione alle singole classi delle predette scuole ed istituti di istruzione media, avrà carattere di obbligatorietà per tutti gli alunni, i cui genitori, o chi ne fa le veci, non ne richiedano in iscritto la dispensa al capo dell'istituto all'inizio di ogni anno scolastico.**

§ 2. La consolante rinascita del sentimento religioso, che provvidenzialmente ha luogo in tutta Italia, e le stesse numerose iscrizioni ai corsi

facoltativi della religione, già istituiti presso molte scuole medie, danno affidamento che il nuovo corso dell'istruzione religiosa nelle scuole ed istituti medi sarà frequentato da tutti gli alunni cattolici.

A questo scopo i parroci specialmente porranno ogni cura di inculcare ai genitori il dovere che loro incombe,- affinchè i propri figli ricevano una più ampia e completa istruzione religiosa nelle scuole ed istituti medi, facendo quindi loro comprendere la grave responsabilità che assumerebbero davanti a Dio, alla Chiesa ed alla Patria, e di fronte ai loro stessi figliuoli, se per umane considerazioni, ne domandassero la dispensa.

§ 3. La Santa Sede in modo particolare proibisce ehe si chieda la esenzione dall'insegnamento religioso nelle pubbliche scuole d'istruzione media per gli alunni di collegi e convitti, retti da ecclesiastici o da religiosi dell'uno e dell'altro sesso, che ne frequentano i corsi; nè tale divieto viene meno per il motivo che l'insegnamento religioso è impartito nel collegio o convitto.

Vuole anzi la stessa Santa Sede che tutti gli alunni di detti collegi e convitti frequentino i relativi corsi di religione nelle scuole ed istituti medi esterni, dando anche il buon esempio nella frequenza e nel profitto.

IL ~ *Programmi ed orari dell''insegnamento*

§ 1. I programmi dell'insegnamento religioso per le varie classi delle scuole ed istituti d'istruzione media sono stati redatti secondo il Concordato (art. 36, comma 1), e si trovano annessi *nell'Allegato II.*

§ 2. Per l'opportuno ed armonico sviluppo di tali programmi, si unisce una traccia di svolgimento dei principali punti, che si dovranno trattare nelle varie classi di dette scuole ed istituti *(Allegato III).*

§ 3. L'insegnamento è fissato per un'ora settimanale in ogni classe delle scuole ed istituti medi; però nelle due prime classi del corso superiore degli istituti magistrali ha luogo anche per una seconda ora settimanale.

§ 4. L'orario di tale insegnamento fa parte integrante dell'orario scolastico.

III. - *Libri di testo per Vinsegnamento*

§ 1. In base al Codice di diritto canonico (can. 1381, § 3, ed in conformità del Concordato (art. 36, comma 4), nell'insegnamento religioso non potranno essere adottati che libri di testo approvati dagli Ordinari diocesani, previa la revisione di questa Sacra Congregazione.

§ 2. Nell'attesa intanto che vengano compilati libri di testo in conformità dei nuovi programmi per l'istruzione religiosa nelle scuole ed istituti d'istruzione media, si consigliano agli Ordinari per il prossimo anno scolastico i libri di cui nell'annesso *Allegato IV.*

IV. - *Approvazione ed abilitazione alVinsegnamento*

§ .1. In base al Codice di diritto canonico (can. 1381, § 2) ed in conformità del Concordato (art. 36, comma 2), gli Ordinari potranno approvare ecclesiastici e religiosi, e, sussidiariamente, abilitare anche laici per l'insegnamento religioso nelle scuole ed istituti d'istruzione media.

§ 2. Gli stessi Ordinari, nel dare l'approvazione o l'abitazione, di cui al precedente § 1, oltre i requisiti civili, scolastici e didattici, a mente del Codice di diritto canonico (can. 1373, § 2), esigeranno negli insegnanti sicura dottrina ed esemplare moralità e pietà.

§ 3. A parità di condizioni, l'appartenere alla categoria degli insegnanti medi (non però a quella degli insegnanti elementari), secondo il prudente giudizio degli Ordinari, potrà costituire titolo di preferenza per l'approvazione o l'abilitazione all'insegnamento religioso nelle scuole ed istituti medi.

V. - *Nomina e revoca degli insegnanti*

§ 1. La nomina degh insegnanti di religione nelle scuole ed istituti d'istruzione media sarà fatta a norma del Concordato (art. 36, comma 2), cioè l'incarico di tale insegnamento sarà affidato agli ecclesiastici e religiosi approvati dall'Ordinario diocesano, ed, in via sussidiaria, anche ai laici abilitati dallo stesso Ordinario, a norma del precedente numero IV.

§ 2. Perciò, come già si pratica con comune soddisfazione per le scuole elementari, gli Ordinari, appena pubblicate le disposizioni civili con i relativi 'programmi, prenderanno gli opportuni accordi con i prèsidi e direttori delle predette scuole ed istituti per concretare le modalità dell'insegnamento ejper anidare l'incarico ad insegnanti che diano le maggiori garanzie di sicura riuscita.

§ 3. Analoghi accordi potranno essi prendere collegialmente con i detti capi scolastici, allo scopo di meglio coordinare l'orario dell'insegnamento religioso nelle diverse scuole ed istituti medi della stessa sede.

In tal modo i medesimi insegnanti, compatibilmente con le varie esigenze personali e scolastiche, potranno essere incaricati per lezioni di più ore settimanali, di regola non oltre le 18, anche in diverse scuole ed istituti d'istruzione media, ricevendo quindi una maggiore retribuzione a norma di legge.

§ 4. L'incarico dell'insegnamento religioso sarà affidato, di comune accordo dell'Autorità ecclesiastica e scolastica, all'inizio di ogni anno, come già si pratica per le scuole elementari.

§ 5. In base al Codice di diritto canonico (can. 1381, § 3), ed in conformità del Concordato (art. 36, comma 3), la revoca dell'approvazione o dell'abilitazione da parte dell'Ordinario priva senz'altro l'insegnante della capacità di insegnare.

Inoltre l'incarico dell'insegnamento potrà essere revocato anche per altre ragioni, durante l'anno scolastico, di comune accordo dell'Autorità ecclesiastica e scolastica.

YI. - *Posizione degli insegnanti*

§ 1. Per gli insegnanti di Religione non è richiesta, come per gli altri insegnanti nelle scuole ed istituti d'istruzione media, la loro iscrizione all'albo professionale per l'insegnamento medio.

§ 2. Essi, pur non essendo considerati come professori di ruolo, sono però professori incaricati, e non semplici supplenti.

Quindi hanno gli stessi diritti e doveri degli altri insegnanti titolari, fanno parte del corpo insegnante, ed intervengono ad ogni adunanza collegiale di esso, plenaria o parziale, con diritto di voto per la determinazione delle classifiche sulla condotta e sul profitto degli alunni negli scrutini, e per quanto riguarda l'indirizzo generale didattico e disciplinare della scuola e dell'istituto.

§ 3. A cura dell'insegnante di religione dovrà essere redatta, e comunicata alla famiglia, una speciale nota, da inserirsi nella pagella scolastica, circa l'interesse ed il profitto dell'alunno nella istruzione religiosa.

§ 4. Agli insegnanti di religione verrà corrisposta una retribuzione a norma di legge.

VII. - *Metodo delV insegnamento*

§ 1. Gli insegnanti, con la maggiore chiarezza e precisione, ed evitando forme polemiche, esporranno e spiegheranno le verità dogmatiche e morali nei loro veri concetti e termini, adducendone almeno le prove principali, desunte dalle fonti della Rivelazione divina, ed illustrandole — ove il caso lo richieda — anche con argomenti di ragione teologica, e con fatti della storia ecclesiastica.

Con adatta forma didattica cercheranno, poi, di rendere interessante ed attraente il loro insegnamento.

§ 2. Attesa la ristrettezza dell'orario per l'istruzione religiosa, di regola, non sarà agevole agli insegnanti di fare, durante le lezioni, periodiche e sistematiche interrogazioni.

Essi però potranno ed anzi dovranno, come integrazione del loro insegnamento, rivolgere brevi ed opportune domande agli alunni.

§ 3. Se questi desiderassero proporre difficoltà o chiedere spiegazioni, dovranno farlo in iscritto, con facoltà agli insegnanti di rispondervi durante la stessa lezione od in altra successiva, senza però entrare con loro in discussioni.

Nel caso, poi, che qualche alunno avesse bisogno di maggiori schiarimenti, gli insegnanti potranno darli al medesimo fuori di classe ed in privato.

VIII. - *Condotta degli insegnanti*

§ 1. Gli insegnanti di religione terranno in classe, e fuori di essa, una condotta irreprensibile sotto ogni riguardo.

§ 2. Il loro modo di trattare gli alunni sia tale da conciliarsene l'affezione e la stima, procurando però sempre che sia esemplarmente mantenuta la disciplina.

§ 3. In particolare il loro portamento verso i professori delle altre discipline, e specialmente verso i capi delle scuole e degli istituti scolastici, sia quanto mai riguardoso, in modo da cattivarsene la stima e la benevolenza.

IX. — *Relazionò degli Ordinari alla Santa Sede*

§ 1. Secondo il *Motu proprio* di S. S. Pio XI, 29 Giugno 1923, e con le modalità, di cui nella Circolare di questa Sacra Congregazione, 4 Luglio 1928, *gii* Ordinari nella loro relazione triennale riferiranno anche sull'andamento deU'istruzione religiosa'nelle scuole ed istituti d'istruzione media.

§ 2. Però al principio d'ogni anno scolastico, essi non mancheranno di indicare a questa Sacra Congregazione i nomi degli insegnanti di religione, specialmente laici, che saranno preposti alle varie classi di dette scuole ed istituti.

§ 3. Se nell'applicazione delle presenti istruzioni e norme sorgessero difficoltà o dubbi, gli Ordinari ne informeranno questa Sacra Congregazione per i provvedimenti del caso.

§ 4. Verificandosi, poi, eventuali inconvenienti di ordine morale, disciplinare o didattico nei riguardi degli insegnanti di religione, *gii* Ordinari

vi porranno rimedio a norma di legge, e ne informeranno subito questa Sacra Congregazione per gli opportuni provvedimenti.

Lo zelo pastorale degli Ordinari diocesani dà sicuro affidamento che non solo saranno fedelmente eseguite le presenti istruzioni e norme, ma che l'insegnamento religioso, anche nelle scuole ed istituti d'istruzione media, produrrà, con il divino aiuto, consolanti risultati e copiosi frutti di bene, come già si hanno nelle scuole elementari.

Eoma, dalla Segreteria della Sacra Congregazione del Concilio, 21 Giugno 1930.

gg D. CARD. SBARBETTI,
Vescovo di Sabina e Poggio Mirteto, *Prefetto.*

L. © S.

G. Serafini, Vescovo tit. di Lampsaco, *Segretario.*

ALLEGATO I

ELENCO DELLE SCUOLE E DEGLI ISTITUTI D'ISTEUZIONE MEDIA

I. - ISTITUTI MEDI D'ISTRUZIONE CLASSICA SCIENTIFICA E MAGISTRALE

1. Ginnasio.
2. Liceo: a) *classico,* b) *scientifico.*
3. Istituto tecnico: a) *inferiore,* b) *superiore.*
4. Istituto magistrale: a) *inferiore,* b) *superiore:*

II. - SCUOLE ED ISTITUTI D'ISTRUZIONE TECNICA

1. Scuola di avviamento al lavoro.
2. Scuola: a) *commerciale,* b) *industriale,* c) *agraria.*
3. Istituto: a) *industriale,* b) *commerciale.*
4. Istituto nautico.

III. — SCUOLE ED ISTITUTI D'ISTRUZIONE ARTISTICA

1. Liceo artistico
2. Scuola od Istituto d'arte.
3. Conservatorio di musica.

ALLEGATO II

PROGRAMMA

PEE. L'INSEGNAMENTO RELIGIOSO NELLE SCUOLE MEDIE
DI OGNI ORDINE E GRADO (

AVVERTENZA GENERALE

I° I programmi comprendono la materia dell'intero corso per le scuole di ciascun gruppo.

2° L'insegnante, d'accordo col capo dell'istituto, dovrà ripartirla e distribuirla gradatamente per le varie classi.

PROGRAMMA *A-l*

PER LE SCUOLE SECONDARLE DI AVVIAMENTO AL LAVORO, LE SCUOLE E GLI ISTITUTI D'ARTE E I CONSERVATORII DI MUSICA (PRIMI TRE CORSI NORMALI).

a) **Nozioni sui principali avvenimenti dell'Antico Testamento. - La vita di Gesù Cristo. - Nozioni sulla storia della Chiesa, con speciale riguardo all'Italia.**

b) **Nozioni sui principali Dogmi, sui Sacramenti,sulla preghiera e sullaliturgia.**

c) **Il fine dell'uomo e la morale cristiana. - I Comandamenti di Dio e i Precetti della Chiesa.**

Letture con commento da scritti di Santi e di autori religiosi. Si avrà cura di dare la preferenza a quei passi che meglio si adattino per il contenuto e la forma a ciascun tipo di scuola e che della vita e del pensiero dello scrittore rispecchino quegli aspetti che gli alunni sono meglio in grado di comprendere.

PROGRAMMA *A-2* -

PER LE SCUOLE COMMERCIALI, INDUSTRIALI ED AGRARIE, PER GL'ISTITUTI INDUSTRIALI, COMMERCIALI E NAUTICI E I CONSERVATORII DI MUSICA (ULTERIORI CORSI NORMALI).

a) **Sviluppo delle nozioni sull'Antico Testamento e sulla storia del Cristianesimo. - Illustrazione del valore religioso, storico, morale e letterario dell'Antico e del Nuovo Testamento.**

b) **Esposizione ed illustrazione dei principali Dogmi e dei Sacramenti. - La preghiera e la liturgia.**

c) **Istituzione e Note della Chiesa; sua organizzazione e gerarchia. - Esposizione ed illustrazione dei Comandamenti di Dio e dei Precetti della Chiesa.**

Letture con commento da scritti di Santi e di autori religiosi, come sopra al programma A-l.

PROGRAMMA *B-l*

PER I GINNASI[1] E I CORSI INFERIORI DEGLI ISTITUTI TECNICI E DEGLI - ISTITUTI MAGISTRALI.

a) [Nozioni sui principali avvenimenti dell'Antico Testamento, con particolare riguardo ai Patriarchi, ai Giudici, ai Re e ai Profeti. - La vita e l'insegnamento di Gesù Cristo. - [Nozioni sullo sviluppo del Cristianesimo attraverso i secoli e influenza di esso sulla civiltà, la letteratura e l'arte, con speciale riferimento all'Italia.

b) Esposizione e illustrazione dei principali Dogmi. - La Chiesa e il suo Magistero. Il Sommo Pontefice.

c) Nozioni sui Comandamenti di Dio e sui Precetti della Chiesa. - Le virtù teologali e morali.

d) Nozioni sui Sacramenti, sulla preghiera e sulla liturgia.

Letture con commento da scritti di Santi e autori religiosi, come sopra al programma A-l.

PROGRAMMA *B-2*

PER I LICEI CLASSICI, I LICEI SCIENTIFICI, I CORSI SUPERIORI DEGLI ISTITUTI TECNICI E DEGLI ISTITUTI MAGISTRALI, E I LICEI ARTISTICI.

a) Sviluppo delle nozioni sull'Antico Testamento, con particolare riguardo alla legislazione mosaica. - Sviluppo delle nozioni sulla storia del Cristianesimo, e influenza di esso sulla civiltà, la letteratura e l'arte. - Cenni sulla letteratura religiosa particolarmente italiana. - L'Antico Testamento e i libri che lo compongono. - Suo valore religioso, storico, morale e letterario. - Il Nuovo Testamento, Suo valore religioso, storico, morale e letterario.

b) Sviluppo delle nozioni sui Dogmi. - Istituzione e Note della Chiesa. - Potestà di ordine e di giurisdizione. - Il Magistero. - Organizzazione e gerarchia. - Propagazione nel moädo.

c) Sviluppo delle nozioni sui Comandamenti di Dio, sui Precetti della Chiesa, e, in genere, sulla morale cristiana, con riferimento alla vita dei Santi specialmente italiani.

d) Sviluppo delle nozioni sui Sacramenti, sulla preghiera e sulla liturgia.

Letture con commento da scritti di Santi e di autori religiosi, come sopra al programma A-l.

[1] Nei ginnasi la materia sarà distribuita nelle prime quattro classi. Nella quinta classe l'insegnamento consisterà in una ricapitolazione generale della materia studiata nelle prime quattro classi, con nuove letture e illustrazioni in armonia con le discipline letterarie e storiche professate in tale elasse.

PROGRAMMA AGGIUNTO

PER LE CLASSI I[a] E 2[a] DEL CORSO SUPERIORE DELL'ISTITUTO MAGISTRALE

a) L'insegnamento di Gesù Cristo e degli Apostoli. - Il periodo del catecumenato c degli scrutini. - Le grandi scuole catechistiche dell'epoca dei Padri, del Medioevo e del Rinascimento. - La Riforma cattolica. - Movimento catechistico dalla Riforma Cattolica ai giorni nostri, con particolare riguardo agli uomini, agli scritti e alle istituzioni d'Italia.

b) Finalità culturali, religiose, etiche e sociali deh'insegnamento religioso e sua influenza sulla formazione della coscienza morale, della volontà e del carattere. - Qualità di cui debbono essere forniti gl'insegnanti di Religione. - Forme che può assumere la lezione di Religione. - Illustrazione del programma per l'insegnamento religioso nelle scuole elementari.

Contributo della letteratura e dell'arte all'insegnamento religioso. - Altri sussidi didattici.

ALLEGATO III

TRACCIA DI SVOLGIMENTO

AVVERTENZE GENERALI

I[o] Nello svolgimento dei diversi punti della Storia sacra si metta in evidenza che l'antico Testamento è la figura e la preparazione del Nuòvo Testamento, come questo è l'attuazione e il compimento di quello.

2[a] Nella esposizione del programma A-l e J5-1, si tenga presente il Catechismo di Pio X, edizione vaticana.

3[a] Nella esposizione del programma A-2 e *B-2* è necessario usare una maggiore ampiezza di svolgimento.

PROGRAMMA *A-l*

PER LE SCUOLE SECONDARIE DI AVVIAMENTO AL LAVORO, LE SCUOLE E GLI ISTITUTI D'ARTE, E I CONSERVATORII DI MUSICA (PRIMI CORSI NORMALI).

a) *Nozioni sui principali avvenimenti dell'Antico Testamento. La vita di Gesù Cristo. Nozioni sulla storia della Chiesa, con speciale riguardo all'Italia.*

Creazione del mondo e degli Angeli. - Creazione dell'uomo e sua caduta. - Promessa del Redentore. - Noè e il diluvio. - La vocazione di Abramo, ed il sacrificio di Isacco. - La storia di Giuseppe. - Mose liberatore del popolo ebreo. - Eli e Samuele. - Il re Saul e David. - Il profeta Elia. - La storia di Tobia. - Daniele alla corte di Nabucodònosor. - Giuda Maccabeo. - Aspettazione del Messia. - Annunciazione di Maria Santissima. - Nascita di Gesù a Betlemme. - Vita nascosta a Nazaret. - Vita pubblica - Dottrina e miracoli. - L'ultima cena. -

Passione, morte e risurrezione. - Costituzione della Chiesa cattolica con a capo S. Pietro. - La discesa dello Spirito Santo. -1 primi cristiani. - Le prime persecuzioni. - Costantino Magno e la libertà della Chiesa. - S. Leone Magno e le invasioni barbariche. - S. Benedetto e i monaci. - S. Gregorio Magno e la diffusione del Cristianesimo. - Le Missioni. - S. Francesco, S. Domenico, S. Ignazio e gli Ordini religiosi. - S. Carlo Borromeo e il Concilio di Trento. - S. Luigi Gonzaga e S. Filippo Neri. -1 Beati Cottolengo e Don Bosco, apostoli della carità e dell'educazione.

b) ***Nozioni sui principali Dogmi, sui Sacramenti, sulla preghiera e sulla liturgia.***

Unità e Trinità di Dio. - Creazione del mondo. - Creazione e caduta dell'uomo. - Incarnazione, passione e morte del Figliuolo di Dio. - Risurrezione di Gesù, sua ascensione al cielo, suo ritorno alla fine del mondo per giudicare tutti gli uomini. - La Chiesa cattolica. - La comunione dei Santi. - La remissione dei peccati. - La risurrezione della carne. - La vita etema. -1 Sacramenti in generale. - La Grazia. - Il Battesimo, e le cerimonie che lo accompagnano. - La Cresima. - La Penitenza o Confessione. - L'Eucaristia come Sacramento e come sacrificio. - Le cerimonie della santa Messa. - Gli altri Sacramenti: Estrema Unzione, Ordine, Matrimonio. - L'orazione. - Il *Pater noster.* - Le altre preghiere più comuni.

c) ***Il fine dell'uomo e la morale cristiana. I Comandamenti di Dio e i Precetti della Chiesa.***

Il fine dell'uomo e la morale cristiana. - Il peccato. -1 doveri verso Dio e i primi tre Comandamenti. - Il culto interno ed esterno. - Il culto pubblico e privato. - 4° Comandamento: doveri verso i genitori e le autorità. - 5°, 6° e 9° Comandamento. - 7° e 10° Comandamento. - 8° Comandamento. -1 Precetti generali della Chiesa.

PROGRAMMA *A-2*

PER LE SCUOLE COMMERCIALI, INDUSTRIALI ED AGRARIE, PER GLI ISTITUTI INDUSTRIALI, COMMERCIALI E NAUTICI, E I CONSERVATORII DI MUSICA (ULTERIORE CORSI NORMALI).

a) ***Sviluppo delle nozioni sull'Antico Testamento e sulla storia del Cristianesimo. Illustrazione del valore religioso, storico, morale e letterario dell'Antico e del Nuovo Testamento.***

Oltre la traccia di svolgimento del programma *A-l, a),* si tengano presenti i seguenti punti:

La Bibbia e i libri che la compongono. - Ispirazione dei libri sacri. - Il loro valore religioso, storico, morale e letterario. — Norme della Chiesa circa la lettura della Bibbia.

b) *Esposizione ed illustrazione dei principali Dogmi e dei Sacramenti. La preghiera e la liturgia.*

Oltre la traccia di svolgimento del programma *A-l, b),* si tengano presenti i seguenti punti:

La natura dell'uomo. - Anima spirituale, libera ed immortale. - Creata da Dio. - Elevazione all'ordine soprannaturale. - Il peccato originale e sue conseguenze. - Istituzione divina dei Sacramenti ed effetti principali di ciascuno. - Il significato delle cerimonie più importanti nell'amministrazione dei Sacramenti. - La preghiera liturgica.

c) *Istituzione e Note della Chiesa: sua organizzazione e gerarchia. Esposizione ed illustrazione dei Comandamenti di Dio e dei Precetti della Chiesa.*

Oltre la traccia di svolgimento del programma *A-l, e),* si tengano presenti i seguenti punti:

Istituzione della Chiesa. - Note della Chiesa: unità, santità, cattolicità, apostolicità. - La Chiesa società perfetta. - Il Sommo Pontefice. - Gerarchia di ordine. - Gerarchia di giurisdizione. - Chiesa docente e Chiesa discente. - La legge e sua divisione. - La coscienza. - Virtù teologali e morali.

PROGRAMMA *B-l*

PER I GINNASI E I CORSI INFERIORI DEGLI ISTITUTI TECNICI E DEGLI ISTITUTI MAGISTRALI.

a) *Nozioni sui principali avvenimenti dell'Antico Testamento, con particolare riguardo ai Patriarchi, ai Giudici, ai Re e ai Profeti. La vita e l'insegnamento di Gesù Cristo. Nozioni sullo sviluppo del Cristianesimo attraverso i secoli, e influenza di esso sulla civiltà, la letteratura e l'arte, con speciale riferimento all'Italia.*

Oltre la traccia di svolgimento del programma *A-l, a),* si tengano presenti i seguenti punti da trattarsi brevemente:

Influenza del Cristianesimo sui costumi pubblici e privati. - Le Missioni - Influenza del Cristianesimo sulla letteratura. - Dante. - Manzoni. - Influenza del Cristianesimo sull'arte. - Dalle Catacombe alle Basiliche, alle Cattedrali.

b) *Esposizione ed illustrazione dei principali Dogmi. La Chiesa ed il suo Magistero. Il Sommo Pontefice.*

Dio, sua esistenza e suoi attributi. - La Ssma Trinità. - Dio Creatore. - L'incarnazione del Figlio di Dio. - Lo Spirito Santo. - La Chiesa docente e il suo magistero. - Il Sommo Pontefice, successore di S. Pietro e Vicario di Gesù Cristo. - Il suo Primato di magistero e di giurisdizione.

c) *Nozioni sili Comandamenti di Bio e sui Precetti della Chiesa. Le virtù teologali e morali.*

Oltre la traccia di svolgimento del programma *A-l, e),* si tengano presenti i seguenti punti:

Le virtù teologali. - Le virtù morali.

d) *Nozioni sui Sacramenti, sulla preghiera e sulla liturgia.*

La grazia attuale e abituale. - Mezzi della grazia. -1 Sacramenti e loro istituzione divina. - Il Battesimo. - La Cresima. - L'Eucaristia come sacramento. - La santa Comunione. - L'Eucaristia come sacrificio. - La santa Messa. - La Penitenza o Confessione. - L'Estrema Unzione. - L'Ordine. - Il Matrimonio.- La preghiera privata e pubblica. - Il *Pater noster.* - Le altre preghiere più comuni. - La liturgia. - L'anno liturgico e le principali feste della Chiesa.

PBOGBAMMA *B-2*

PER I LICEI CLASSICI, I LICEI SCIENTIFICI, I CORSI SUPERIORI DEGLI ISTITUTI TECNICI E DEGLI ISTITUTI MAGISTRALI, E I LICEI ARTISTICI.

a) *Sviluppo delle nozioni dell'Antico Testamento, con particolare riguardo alla legislazione mosaica. Sviluppo delle nozioni sulla Storia del Cristianesimo, e influenza di esso sulla civiltà, la letteratura e l'arte. Cenni sulla letteratura religiosa particolarmente italiana. L'Antico Testamento e i libri che lo compongono. Suo valore religioso, storico, morale e letterario. Il nuovo Testamento. Suo valore religioso, storico, morale e letterario.*

Oltre la traccia di svolgimento del programma *B)-l, a),* si svolgano brevemente i seguenti punti:

Cenni sui principali scrittori religiosi della letteratura italiana. - Religione rivelata dell'Antico Testamento. - Missione del popolo ebreo. - Il Nuovo Testamento e la Tradizione.

b) *Sviluppo delle nozioni sui Dogmi. Istituzione e note della Chiesa. Potestà di ordine e di giurisdizione. Il Magistero. Organizzazione e gerarchia. Propagazione nel mondo.*

Oltre la traccia di svolgimento del Programma *B-l, b),* si tengano presenti i seguenti punti:

Spiritualità, libertà e immortalità dell'anima. - La divina Provvidenza nel governo del mondo, - Il peccato originale. -1 privilegi di Maria Santissima. ,– Le note della Chiesa: unità, santità, cattolicità, apostolicità. - L'infallibilità della Chiesa e del Papa. - Gerarchia di ordine e di giurisdizione.

c) *Sviluppo delle nozioni sui Comandamenti di Dio e sui Precetti della Chiesa e, in genere, sulla morale cristiana, con riferimento alla vita dei Santi, specialmente italiani.*

Oltre la traccia di svolgimento del programma *B-l, c),* si tengano presenti i seguenti punti:

La legge naturale. - La legge positiva divina ed umana. - Le virtù teologali e morali, con riferimento alla vita dei Santi, specialmente italiani.

d) *Sviluppo delle nozioni sui Sacramenti, sulla preghiera e sulla liturgia.*

Oltre la traccia di svolgimento del programma *B-l), d),* si tengano presenti questi punti:

I Sacramenti. - Le Indulgenze. -1 libri liturgici. - Il canto liturgico.

ALLEGATO IV

ELENCO DI LIBEI

PER, L'INSEGNAMENTO RELIGIOSO NELLE SCUOLE E NEGLI ISTITUTI D'ISTRUZIONE MEDIA

I. - LIBRI DI TESTO PER GLI ALUNNI

A) *Per la dottrina cattolica*

-1. Can. A. Armoni, *Verità e vita,* voli. 3. - Società editrice internazionale, Torino.
2. Can. Giulio Bonatto, *La religione,* voli. 3, 2ª ediz. - Casa editrice Marietti, Torino.
3. Sac. Giuseppe Chiot, *Testo di religione per le scuòle medie,* voli. 2. - Società editrice internazionale, Torino.
4. Giuseppe Faraoni, *Christus Iesus.* - Casa editrice Cardinal Ferrari, Boma.
- 5. Sac. Luigi Florida, *Corso di religione.* - Anonima tipografica Vicentina, Vicenza.
6. *Esposizione riassuntiva della Bottrina cristiana,* a cura dei Fratelli delle Scuole cristiane, voli. 3. - Casa editrice Marietti, Torino.
7. P. Giovannozzi, D. S. P., vol. 2°: *Il dogma,* vol. 3°: *La morale.* - Società editrice internazionale, Torino.
8. Sac. Ferdinando Maccono, *Il valore della vita,* voli. 3. - Società editrice internazionale, Torino.
9. Bianca Maria Maroni, *Via, veritas et vita,* voli. 3. - Libreria Francesco Ferrari, Boma.
10. Ugo Mioni, *Corso di religione,* voli. 3. - Libreria editrice Fiorentina, Firenze.

11. G. Mortarino, *Breve trattato di religione.* - Stabilimento tipografico E. Cattaneo, Novara.
12. Don Emmanuele Naddeo, O. S. B., *Dio - Famiglia - Patria,* voll. 2. - Casa editrice Marietti, Torino.
13. P. Andrea Oddone, S. L - P . Angelo Taverna, S. L, *Morale.* - Società editrice internazionale, Torino.
14. Mons. L. Pavanelli e Mons. dott. L. Vigna, *Fede mia - Vita mia!* voli. 3. - Lega internazionale cattolica editrice, Torino.
.15. Prof. Don Vittorio Pisoni, *Seguendo il Maestro - La morale cattolica.* - Scuola tipografica editrice Artigianelli, Trento.
16. Sac. Giovanni Bavaglia, *Armonie divine,* voli. 3. - Società editrice internazionale, Torino.
17. P. Giovanni Re, S. L, *Dogma.* - Società editrice internazionale, Torino.
18. Francesco Spirago, *Catechismo cattolico per la gioventù.* - Casa editrice Marietti, Torino.
19. P. Celestino Testore, S. L, *Dio nella vita dell'uomo,* voli. 3. - Ditta G. B. Paravia e C, Torino.

B) *Per la storia saera*

1. Luigi Asioli, *Storia sacra.* - Società editrice internazionale, Torino.
2. Beato Don Bosco, *Storia sacra.* - Società editrice internazionale, Torino.
3. Sac. Secondo Carpano, *Storia sacra illustrata.* - Società editrice internazionale, Torino.
4. Sac. Luigi Florida, *Storia sacra.* - Società anonima tipografica, Vicenza.
5. P. Marco Sales, O. P., *La vita di Gesù.* - Libreria internazionale cattolica editrice, Torino.
6. P. Celestino Testore, S. L, *Lux Christi,* vol. I°: *La preparazione,* voi. 2°: *L'Avvento.* - Ditta G. B. Paravia e C, Torino,
7. Sac. Franc. Zieger, *Storia sacra dell Antico Testamento.* - Casa ed. Monauni, Trento.
8. Sac. Franc. Zieger, *Storia sacra del Nuovo Testamento.* - Casa ed. Monauni, Trento.
9. *La Storia sacra del Vecchio e Nuovo Testamento ad uso delle scuole cristiane,* presso Arturo Lucchesi, Milano.

C) *Per la sacra liturgia*

1. Sac. Giuseppe Ohiot, *Liturgia e grazia.* - Società editrice internazionale, Torino.
2. Sac. Ferdinando Maccono, *Il valore della vita,* voi. 4 - *Il culto o sacra liturgia.* - Società editrice internazionale, Torino.
3. Sac. Felice Vogt, *Il eulto cattolico.* - Casa ed. Monauni, Trento.

B) ***Per la storia della Religione cristiana***

1. **Luigi Asioli,** ***Storia della Chiesa.*** **- Società editrice internazionale, Torino.**
2. **Can. Giulio Bonatto,** ***Storia della religione cristiana.*** **- Casa ed. Marietti, Torino.**
3. **Beato Don Bosco,** ***Storia ecclesiastica.*** **- Società editrice internazionale, Torino.**
4. **Mons. L. Ravanelli e Mons. dott. L. Vigna,** ***Storia della religione cristiana.*** **- Società editrice internazionale, Torino.**
5. **Sac. Franc. Zieger,** ***Compendio della storia ecclesiastica.*** **- Casa ed. Monauni, Trento.**

E) ***Per la pedagogia catechistica***

1. **F. N"., delle scuole cristiane,** ***Manuale di pedagogia.*** **- Lega italiana cattolica editrice, Torino.**
2. **Mons. L. Pavanélli e Mons. dott. L. Vigna,** ***Pedagogia catechistica.*** **- Società editrice internazionale, Torino.**

II. - LIBRI DI CONSULTAZIONE PER GLI INSEGNANTI

1. **Prof. sac. D. L, Grammatica e prof. sac. D. G. Castoldi,** ***Manuale della Bibbia.*** **- Editore U. Hoepli, Milano.**
2. **Mons. Massimo Massimi,** ***La nostra Fede,*** **voli. 2. - Tipografia poliglotta vaticana, Boma.**
3. **Sac. Giuseppe Monti,** ***L'Apologetica scientifica della religione cattolica.*** **- Società editrice internazionale, Torino.**
4. **Mons. Francesco Olgiati,** ***Il sillabario del Cristianesimo.*** **- Editrice «Vita e Pensiero », Milano.**
5. **Mons. L. Pavanélli e Mons. dott. L. Vigna,** ***Euntes, docete. - Cenni di peda» gogia.*** **- Lega internazionale cattolica editrice, Torino.**
6. **Mons. Giuseppe Perafdi,** ***Manuale del catechista.*** **- Libreria internazionale cattolica editrice, Torino.**
7. **P. Eugenio Polidori, S. L,** ***Corso di religione.*** **— « La Civiltà cattolica », Boma,**
8. **Can. Giovanni Bavaglia,** ***Guida del catechista cattolico.*** **- Libreria Francesco Ferrari, Boma.**
9. **P. Giovanni Be, S. L,** ***Religione e Cristianesimo.*** **- Libreria editrice internazionale Paolo Viano, Torino.**
10. **Sac. prof. Giovanni Bossignoli,** ***La scienza della religione.*** **- Società editrice internazionale, Torino.**
11. **Prof. Fedele Savio,** ***Breve storia della Chiesa,*** **voli. 3. - Libreria internazionale Paolo Viano, Torino.**
12. **Mons. Carlo M. Veneziani,** ***La, scuola serena.*** **- Libreria F. Ferrari, Boma.**
13. **A. Vigourel,** ***Manuale di liturgia.*** **- Lega internazionale cattolica ed., Torino.**
14. **Mons. dott. Luigi Vigna,** ***Lezioni popolari di pedagogia.*** **- Lega intemazionale cattolica editrice, Torino.**

11

ISTRUZIONI

CIRCA LE CHIESE ED ALTRI ENTI DI CULTO

Ai Bevali Ordinari diocesani d'Italia

In applicazione degli articoli 27 e 29 del Concordato Lateranense e per l'esecuzione dell'articolo 14 e degli altri relativi, di cui nelle *Istruzioni* del 20 Giugno 1929, n. 2076/29, concernenti l'amministrazione dei beni beneficiari ed ecclesiastici in Italia, questa Sacra Congregazione del Concilio, con la piena approvazione del Santo Padre, crede necessario impartire le seguenti *Istruzioni* circa le chiese, le fabbricerie, i santuari, le confraternite e le fondazioni di culto, sicura che, attesa l'importanza della materia, i Bevmi Ordinari porranno ogni diligenza e cura nell'osser varie e farle osservare.

CAPO I

Chiese

Art. 1

In base all'art. 29, lett. *a),* del Concordato, e secondo l'art. 4, comma 1, della legge civile 27 Maggio 1929, n. 848, e l'art. 10 del regolamento esecutivo, approvato con regio decreto 2 Dicembre 1929, n. 2262, gli Ordinari, ove lo credano opportuno, potranno domandare al Ministero per la giustizia e gli affari di culto il civile riconoscimento della personalità giuridica delle chiese aperte al culto, che già non la posseggano.

Art. 2

Con la stessa procedura di cui al precedente articolo, in base all'art. 29, lett. *a),* del Concordato ed in conformità all'art. 6 della citata legge e dell'art. 11 del relativo regolamento, gli Ordinari potranno domandare, ove occorra, il civile riconoscimento della personalità giuridica delle chiese aperte al culto, già appartenenti ad enti ecclesiastici soppressi, e la eventuale consegna delle medesime, almeno in uso.

Art. 3

§ 1. Gli Ordinari cureranno che, secondo l'art. 29, lett. *a),* del Concordato, alle chiese di cui al precedente art. 2 sia riconosciuta e costituita a carico del Fondo per il culto la dotazione per l'ufficiatura, le spese di culto

e l'adempimento delle pie fondazioni secondo le norme, di cui all'art. 13 del predetto regolamento; in caso di dubbio o contestazione, si rivolgeranno a questa Sacra Congregazione per le opportune istruzioni.

§ 2. A norma dell'art. 8 della citata legge e dell'art. 15 del relativo regolamento, esigeranno che dalle Amministrazioni civili (Comuni e Provincie) cui spetta, sia rilasciata, senza alcuna indennità, una congrua parte dei fabbricati già appartenenti agli enti ecclesiastici soppressi, per essere destinata a conveniente abitazione del rettore e, ove occorra, anche dei cappellani necessari al servizio della chiesa.

Art. 4

All'atto di consegna delle chiese, di cui nei precedenti art. 2 e 3, e dei locali di abitazione, gli Ordinari procederanno all'accertamento delle condizioni di statica e manutenzione delle medesime per mezzo di perizia con annessa carta catastale.

Art. 5

Della consegna di ciascuna chiesa e dei locali di abitazione, a norma dell'art. 12 del citato regolamento, sarà redatto un processo verbale in tre esemplari, di cui uno sarà consegnato al. rappresentante dell'Amministrazione civile* e gli altri due saranno rispettivamente conservati nell'archivio della Curia diocesana ed in quello della chiesa.

Art. 6

Il verbale conterrà, come allegati:

a) la perizia di cui al precedente art. 4;

b) i libri d'amministrazione, le carte, i documenti ed istrumenti, che possono occorrere per la tutela dei diritti e delle consistenze patrimoniali;

e) l'inventario degli oggetti mobili di ogni specie appartenenti a dette chiese, con l'indicazione del loro stato di manutenzione e conservazione e con particolare menzione degli oggetti di valore e di pregio artistico o storico.

Tale inventario sarà redatto in base a quello della primitiva concessione delle chiese fatta ai Comuni, alle Provincie o ad altri concessionari.

Art. 7

A mente del canone 1536, § 1, ed a norma dell'art. 7 della citata legge, i quadri, le statue, le suppellettili, gli arredi sacri e gli altri oggetti inservienti al culto, che si trovano nelle chiese, si presumono destinati dai fedeli irrevocabilmente al servizio delle medesime, salva la prova in contrario, con l'eventuale azione di rivendicazione da esercitarsi, sotto pena di decadenza, entro due anni daU'8 Giugno 1929.

CAPO II

Fabbrieerie

Art. 8

Gli Ordinari, i parroci, i rettori e gli altri preposti alle chiese, di cui all'art. 29, lett. *a)* del Concordato, ne hanno la rappresentanza giuridica, a norma dell'art. 15, comma 1, della legge 27 Maggio 1929, n. 848.

Art. 9

§ 1. Gli stessi, ove non esistano vere e regolari fabbricerie, amministrano anche i beni destinati alla manutenzione di dette chiese con gli edifici annessi, ed all'esercizio del culto, secondo i canoni 1182, 15.19-1528, e l'art. 15, comma 1, della citata legge 27 Maggio 1929.

§ 2. Ove poi esistano tali fabbricerie, l'amniinistrazione dei beni per la manutenzione di dette chiese con gli edifici annessi e per l'esercizio del culto è affidata alle medesime, le quali funzionano come organi amministrativi a nome e per conto delle chiese, conforme ai canoni 1183,1521, § 2, ed all'art. 15, comma 2, 3, della citata legge.

Art. 10

§ 1. Le funzioni delle fabbricerie sono determinate dai can. 1521-1528, combinati con gli articoli 37-39 del regolamento 2 Dicembre 1929, n. 2262.

§ 2. Secondo l'art. 29, lett. *a)*, comma 2, del Concordato, e l'art. .15, comma 3, della menzionata legge, dette fabbricerie non possono aver alcuna ingerenza nel servizio del culto e nell'esercizio del ministero spirituale, come è specificato dai canoni 1184, 1185, e dagli art. 40, 41 del ricordato regolamento.

Art. 11

§ 1. A norma del canone 1183, § 1, gli ecclesiastici rappresentanti delle chiese, od i loro delegati, sono di diritto presidenti delle fabbricerie.

§ 2. È poi da ritenersi che gli stessi, secondo lo spirito dell'art. 42 del citato regolamento, saranno proposti e nominati presidenti delle fabbricerie.

§ 3. In ogni caso, essi sono membri di diritto delle fabbricerie, in forza dell'art. 35, comma 1, dello stesso regolamento.

Art. 12

§ 1. Le fabbricerie, a norma dell'art. 34 del predetto regolamento, continueranno a reggersi secondo i propri regolamenti o statuti ora vigenti, ferma l'osservanza delle disposizioni canoniche e concordatarie.

§'2. Gli Ordinari promoveranno, ove occorra, l'eventuale revisione di detti regolamenti o statuti, per metterli in armonia con le direttive del Concordato, a norma dell'art. 34, comma 3, del citato regolamento.

Art. 13

Gli Ordinari vigileranno affinchè le fabbricerie compiano regolarmente le loro funzioni, di cui al precedente art. 9, § 2, ed esercitino le attribuzioni di cui negli articoh 43-46 del citato regolamento: in caso contrario promoveranno, d'accordo con l'Autorità civile, i necessari provvedimenti.

Art. 14

In conformità ai can. 1521, § 2,1522 e seg., ed all'art. 16 della menzionata legge, essi sorveglieranno la regolare amministrazione delle stesse fabbricerie, ed, occorrendo, promoveranno, d'accordo con l'Autorità civile, gli opportuni provvedimenti, non esclusi quelli indicati negli articoli 47-51 del predetto regolamento.

Art. 15

A norma del can. 1525, gli stessi Ordinari esigeranno i bilanci preventivi e i rendiconti delle fabbricerie e h esamineranno, valendosi dell'opera del Consiglio diocesano amministrativo, di cui al canone 1520, e di altre persone di loro fiducia, in ordine all'approvazione dei medesimi, conforme all'art. 46 del ricordato regolamento.

Art. 16

Inoltre essi inviteranno le fabbricerie a presentare alla Curia diocesana, entro un congruo tempo, in duplice copia:

***a)* le risposte al *questionario,* di cui all'art. 14 delle precedenti *Istruzioni* del 20 Giugno 1929, n. 2076/29;**

***h)* l'atto di costituzione e di approvazione della fabbriceria;**

***c)* il regolamento e lo statuto;**

***d)* l'elenco dei fabbriceri;**

***e)* lo stato patrimoniale ed economico attivo e passivo;**

***/)* il rendiconto del 1929 ed il bilancio preventivo del 1930.**

CAPO III

Santuari

Art 17

§ 1. In forza dell'art. 27, comma 3, del Concordato, *gli* Ordinari, per i santuari, nei quali esistano Amministrazioni civili di qualsiasi specie, ne rivendicheranno a sè la libera gestione, con i beni, edifici ed opere annesse, escluse quelle di carattere meramente laico.

§ 2. A tale scopo faranno regolare domanda al rappresentante delle stesse Amministrazioni civili od al Ministero per la giustizia e gli affari di culto; ed, in caso di opposizione o contestazione, informeranno questa Sacra Congregazione per le opportune istruzioni ed i pro wedimenti del caso.

Art. 18

Dovendosi procedere alla ripartizione dei beni appartenenti a detti santuari, in mancanza d'accordo tra l'Ordinario e l'Amministrazione civile, tale ripartizione si farà per mezzo di Commissione mista, composta di membri scelti, in numero pari, dall'Ordinario e dall'Amministrazione civile, e si avrà riguardo ai diritti dei terzi ed alle dotazioni necessarie per le opere meramente laiche, come all'art. 27 comma 2, 3, del Concordato.

Art. 19

Oli Ordinari, nel ricevere la gestione dei santuari dalle Amministrazioni civili, redigeranno con il rappresentante delle medesime uno speciale verbale di consegna in triplice esemplare, come ai precedenti articoli 5, 6.

Art. 20

§ 1. In particolare cureranno che l'inventario dei beni mobili ed immobili, da allegarsi al verbale, sia esatto e completo, facendo risultare le condizioni di statica e di conservazione del santuario e degli edifici annessi, nonché lo stato dei fondi rustici ed urbani, ove esistano, per mezzo di perizia con unita pianta catastale, salvo le riserve del caso.

§ 2. Esigeranno:

a) lo stato patrimoniale ed economico attivo e passivo dei santuari alla data della consegna;

b) il rendiconto el triennio 1926-1928 e dell'anno 1929, nonché il bilancio preventivo del 1930;

e) i libri di aniministrazione, le carte, i documenti e gli istrumenti, che possono occorrere per la conservazione dei diritti e delle consistenze patrimoniali.

§ 3. Richiederanno i certificati delle eventuali iscrizioni ipotecarie a carico, e cureranno, ove occorra, presso l'Ufficio delle ipoteche la trascrizione del verbale di consegna e la regolarizzazione dell'intestazione dei beni immobili ai santuari stessi.

Art. 21

Oli Ordinari avranno cura di inserire nel verbale di consegna dei santuari più celebri la riserva della conferma da parte di questa Sacra Congrer gazione, alla quale quindi rimetteranno copia del verbale stesso con la relativa relazione.

CAPO IV

Confraternite

Art. 22

§ 1. Le confraternite ripetono la loro personalità giuridica dalla competente Autorità ecclesiastica, la quale, a norma dei canoni 686, § 1 e 2, 687, 708, le ha erette od almeno approvate.

§ 2. Lo stesso dicasi delle associazioni erette od approvate dall'Autorità ecclesiastica a scopo di religione o di culto, a norma dei canoni 686, § .1 e 2, 708.

Art. 23

§ 1. Gli Ordinari, credendolo opportuno, potranno chiedere il riconoscimento civile della personalità giuridica delle confraternite e delle stesse pie associazioni di religione o di culto, le quali già non la posseggano, a norma dell'art. 4, comma 1, della legge 27 Maggio 1929, n. 848, ed a forma dell'art. 16 dei regolamento 2 Dicembre 1929, n. 2262.

§ 2. Tale riconoscimento importa la capacità civile di acquistare e possedere beni temporali, a norma del'art. 30, comma 2, del Concordato e dell'art.. 4, comma 2, della citata legge, e di amministrarli, escluso ogni altro intervento da parte dello Stato che non riguardi l'acquisto dei beni immobili e l'accettazione di donazioni, eredità e legati, secondo gli art. 9 e 10 di detta legge, e senza obbligo di assoggettare a conversione i beni immobili, a tenore del citato art. 30, comma .1, del Concordato.

Art. 24

§ 1. Le confraternite di ogni specie civilmente riconosciute ed aventi scopo esclusivo o prevalente di culto, a norma dell'art. 29, lett. e),, del Concordato, non sono soggette ad. ulteriori trasformazioni nei fini, e dipendono dall'Autorità ecclesiastica per quanto riguarda la loro esistenza, il funzionamento e l'amministrazione, in conformità ai canoni 688-725.

§ 2. Norme analoghe, d'intesa con l'Autorità civile, si applicano anche alle altre confraternite non aventi scopo esclusivo o prevalente di culto, salve le attribuzioni dell'Autorità civile per quanto concerne gli scopi meramente laici, a tenore dell'art. 17 della detta legge e degli articoli 52-55 dei relativo regolamento.

Art. 25

Gli Ordinari inviteranno le confraternite di ogni specie e le pie associazioni di religione o di culto a presentare alla Curia diocesana, entro un congruo tempo, in duplice copia:

***a)* le risposte al *questionario,* di cui all'art. 14 delle precedenti *Istruzioni* del 20 Giugno 1929, n. 2076/29;**

b) **l'atto di costituzione della confraternita o pia associazione;**

***e)* il decreto di erezione od approvazione;**

***d)* le antiche costituzioni ed, in ogni caso, quelle anteriori al 1890;**

***e)* l'attuale statuto e regolamento;**

***/)* la relazione Circa lo scopo di culto;**

***g)* l'elenco dei confratelli o dei consociati;**

***h)* lo stato patrimoniale ed economico attivo e passivo;**

***i)* il rendiconto del 1929 ed il bilancio preventivo del 1930.**

Art. 26

Gli stessi Ordinari, compiute le debite indagini, ed invitati i rappresentanti delle singole confraternite a fornire gli opportuni schiarimenti e documenti, compileranno un duplice elenco tanto delle confraternite aventi scopo esclusivo o prevalente di eulto, quanto delle altre che non lo abbiano, valendosi dell'opera del Consiglio diocesano amministrativo, di cui al canone 1520, e di altre persone di loro fiducia.

Art. 27

§ 1. Presenteranno, poi, all'Ufficio distrettuale per gli affari di. culto, uno dei due elenchi che, dietro eventuale revisione, fatta di comune accordo, in base ai documenti, diverrà definitivo.

§ 2. Rimetteranno, quindi, copia di tale elenco definitivo a questa Sacra Congregazione per la relativa conferma.

§ 3. Trasmetteranno pure a questa Sacra Congregazione, per i provvedimenti del caso, copia dell'elenco di quelle confraternite, sul cui âcopo non sia stato raggiunto l'accordo.

CAPO V

Fondazioni di culto

Art. 28

§ 1. Le fondazioni di culto o di religione, di cui all'art. 29, lett. *d)* del Concordato, con riferimento alle pie istituzioni e pie fondazioni, di cui ai canoni 1489-1494, 1513-1517,1544-1551, hanno carattere autonomo con patrimonio proprio.

§ 2. Gli Ordinari, ove lo credano opportuno, potranno chiedere il riconoscimento civile di tali fondazioni autonome di culto o di religione, anche se già esistenti di fatto, nelle forme di cui all'art. 17 del citato regolamento civile.

§ 3. Restano ferme, come oneri di culto, le altre pie fondazioni ed ultime volontà, di cui ai canoni 1513-1517, 1544-1551.

Roma, dalla Segreteria della Sacra Congregazione del Concino, 25 Giugno 1930.

£8 D. CARD. SBARRETTA

Vescovo di Sabina e Poggio Mirteto, *Prefetto.*

li- © S.

f G. Serafini, Vescovo tit. di Lampsaco, *Segretario.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

BURDIGALEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE CAELINAE A PRAESENTATIONE, SECUNDI ORDINIS S. FRANCISCI.

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

Inter mult.iph.ces varios que claustri flores mundo quidem contemptibiles et abiectos, sed Deo gratos et acceptos, hodie in conspectu fidehum exhibetur alter flos speciosus et flagrans, post illas virgines Carmehtides S. Teresiam a Iesu Infante, Lexoviensem, et B. Teresiam Margaritam a S. Corde Iesu, Florentinam, quae respectivis altarium honoribus ab Apostolica Sede nuperrime decoratae sunt. Flos iste Burdigalensis est monialis professa Maria Caelina a Praesentatione, quae in illo monasterio Clarissarum ab *Ave Maria* nuncupato, brevi vitae cursu undeviginti annorum, suum quoque virginitatis et sanctitatis efflavit odorem in gloriam Dei et aedificationem proximi. ïîojali (ïlojals) in oppido, Petrocoricensis dioecesis, nata est Dei famula die 24 Maii 1878, eademque die pii honestique

coniuges Germanus Castang et Maria Lafage, filiolam suam in templum adduci et sancto baptismate regeneran curarunt, duplici nomine imposito *Ioanna* et *Germana.* Nec minus solliciti fuerunt genitores pro christiana instructione ac educatione puellae quam docilem, oboedientem, piam et ad sacra inclinatam experti sunt, futurae vocationis religiosae indiciis satis claris et, crescente aetate, clarioribus recognitis. Cum obsequio et amore in parentes Germana a primis annis operosam in rebus domesticis et in levamen familiae et curam fratrum ac sororum se ostendit. Accidit autem ut Lucia e sororibus natu maior, divinae vocationi obtemperans religionem et domum sodalium a S. Ioseph ingressa sit. Paulo post Ancilla Dei ob gélidas aquas cuiusdam rivuli in quem intraverat ut aestus solares mitigaret, paralysim in crure contraxit et munera domestica intermittere debuit. Attamen vix convalescens, etsi claudicans, intermissas curas et officia familiaria cum alacritate resumpsit, veluti bona mater et magistra minorum fratrum ac sororum. Deinceps ut melius ac perfectius instrueretur, ad scholas sororum a S. Ioseph Nojali missa est et bonis litteris ac muneribus pensisque mubebribus addiscendis incubuit una cum studio religionis ac pietatis operibus. Sub ductu et disciplina illarum sororum adeo profecit et exspectationi respondit, ut familiae suae aeque ac magistris carissima, contubernalibus atque alumnis in exemplum imitandum indigitaretur. A sancta earundem sororum conversatione ac familiaritate Germana illecta, maiore suavitate et voluptate percepit intimos suae vocationis sensus ad vitam claustralem, qua divino servitio tota mancipantur; sed ob varias familiae difficultates quas ipsa cum suis genitoribus viriliter sustinebat, propositum suum exsequi distulit; et sodalium scholis multo animi moerore relictis, primum in ruralem domum, dein in Burdigalenseni urbem secedere coacta est, ubi in nosocomio puerorum eius infirmi cruris tentata fuit curatio sed cum mediocri et non pleno successu. In hac tamen urbe apud religiosas a Nazareth, praemisso, per integram hebdomadam, devoto fervido que recessu, ad sacram mensam prima vice admissa, tanta pietate et cordis laetitia accessit, ut illius primae communionis dies divinis muneribus cumula tus, ab eius mente et animo nunquam excidere potuerit. Germana iam adolescentula, prius alterius fratris suaeque matris obitu probata, dein etiam grandioris fratris Aloisii a militia reducís, gravis morbi causa, piissima morte adveniente, novo dolore mansit afflicta. Sed inter has famiUares angustias clementissimus Deus sororibus Germanae asylum aperuit apud religiosas sorores et eidem Servae Dei hospitium Nazarenum ubi bene accepta et instructa permansit usque ad aetatis suae annum decimum septimum. Tandem quod ante ingressum in praefatum hospitium iam opta verat, petierat et ob impedimentum claudi-

cationis obtinere non potuerat, iteratis enixisque precibus apud monasterii Clarissarum BuróUgalensium moderatores impetravit, atque ardenti» sui voti compos facta, claustralem vitam libere suscepit die 12 Iunii in Festo Ss. Cordis Iesu an. 1896, eodemque anno die 21 Novembris vestes secundi Ordinis S. Francisci rite et ordinate induit, accepta religionis regula et assumpto nomine Maria Caelina a Praesentatione; deinceps etiam religiosa vota nuncupavit. Haec novensilis Christi sponsa ad Deiparam Virginem oculos mentemque convertens propositum suum aperuit, se cum sodalibus, eius exeellentissimas virtutes imitandi. Patrocinio tantae Matris suffulta, quasi ingeminans verba sponsae Canticorum, dicebat: « Trahe me: post te curremus in odorem unguentorum tuorum, ideo adolescentiae dilexerunt te ». Fertur etiam dixisse se velle similem fore symbolicis floribus, humili violae, candido filio, purpureae rosae. Sed Caelina consummata in hoc brevi exilio ubi expleverat coram Deo tempora multa, iam matura pro caelesti patria, quinta die a religiosa vestitione, repentino et gravi morbo correpta per aliquot menses lecto decumbere debuit. Eo tempore ipse Emus Burdigalensis Archiepiscopus non semel ad eam invisendam adiit, admirans eius virtutes, patientiam, mansuetudinem, votorum observantiam et plenam subiectionem divinae voluntati, dum ipsam verbis consolatoriis et spiritualibus subsidiis sublevabat. Ingravescente morbo usque ad extremum vitae limen, fere invitante Christo: «Veni, sponsa mea », et Caelina respondente: « Ecce, venio », Dei famula laeta et hilaris in osculo divini sui Sponsi, piissimam animam exhalavit die 30 Maii anno 1897, aetatis suae decimo nono. - Iusta funebria rite celebrata sunt, exanimi corpore praesente in publico sacello religiosae domus, adstante et affluente clero et populo venerationis studio erga sanctam puellam et monialem. Mox eius corpus in publicum coemeterium delatum, apposito in loco honorifice sepultum est. Fama sanctitatis quam Dei famula in vita sibi aequisiverat, post obitum clarior invaluit et causam dedit processibus informati vis, praesertim in curiis Burdigalensi et Petrocoricensi, super ea conficiendis, quibus absolutis et ad Sacram Rituum Congregationem transmissis, servatus est iuris ordo, et revisione scriptorum peracta, ex decreto diei 22 Decembris 1926 nihil iam obstat quominus ad ulteriora procedi possit. Quapropter instante Rmo P. Antonio Maria Santarelli, Ordinis Fratrum Minorum et Causae postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum necnon Moderatorum Ordinum, Congregationum et Societatum piarum et religiosarum, praeeunte Rmo P. Bonaventura Marrani, Ministro generali Familiae Fratrum Minorum, Emus ac Rmus Dnus Caietanus Cardinalis Bisleti eiusdem Causae Relator in Ordinario Sacrorum

Rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanas aedes coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit: ***An sit signanda Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.*** **Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Carolo Salotti, Fidei Promotore generali, omnibus discussis ac perpensis rescribere censuerunt:** ***Affirmative seu signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*** **Die 17 Iunii 1930.**

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per R. P. D. Carolum Salotti, Fidei Promotorem generalem relatis, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae Rituum Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae Servae Dei Mariae Caelinae a Praesentatione, Secundi Ordinis Sancti Francisci. Die 18 Iunii 1930.

C. CARD. LAURENTI, ***S. B. C. Praefectus.***

L. © S.

A. Carinci, ***Secretarius.***

LUGDUNEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI PAULINAS MARIAE JARICOT FUNDATRICIS OPERUM PROPAGATIONIS FIDEI ET ROSARII VIVENTIS.

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Lugduni, catholicae Ecclesiae et nationis Gallicae celebris et gloriosae urbis in paroecia S. ISTiceti Episcopi Lugdunensis baptizata est, die 22 luili anno 1799 orta, Paulina Maria Jaricot. Genitores Antonius et Ioanna Maria Latier, religione et censu conspicui, flliolam suam christiana institutione imbuere sategerunt. Hoc bonum semen in eius animam infusum, Spiritus Sancti gratia per fidem et amorem in Deum et in proximum, ferax exstitit et fructuosum. Ad sacram mensam bene praeparata puella iam duodecennis accedit, ferventisque pietatis affectu, divino convivio reiicitur. In nobili puellarum collegio educationis et instructionis causa per trien-

nram manet, a suis magistris in exemplum studii, modestiae et disciplinae aequalibus proposita.

Ad suos reversa, in deliciis habuit ecclesias prope suam domum adire, sacris functionibus interesse, et Sacramenta percipere. Quibus spiritualibus exercitationibus sibi socium saepe saepius adsciverat parvulum nepotem ex sorore Sophia filium, nomine Petrum, qui deinde, iuvenis et vir, ab illa familiari et sancta consuetudine cum amita repetebat initia suae vocationis ecclesiasticae suique ingressus et curriculi studiorum ad Sanctum Sulpitium. Huc **sacerdotio insignitus, a Superioribus oblata et libenter ab eo accepta missione ad infidelium conversionem strenuus missionarius palmam et gloriam martyris meruit obtinere.**

Paulina Maria quartodecimum annum agens inter mundi blanditias et illecebras adolescentula sui iuris, in exercitiis pietatis languida apparuit, et saeculi vanitatibus aliquantum indulsit, quin tamen cor suum graviter maculaverit, ipsa teste. Anno aetatis decimosexto, in Quadragesima, audito sermone in quo concionator ad S. Mcetum describebat adolescentulam levitate, vanitate et falsa felicitatis spe inductam et mox delusam, miseram et affiictam, ipsa Paulina Maria, veluti in speculum descriptam se aspiciens et gratia Dei salutariter perculsa, illam de mundanis varietatibus sententiam recolens: *Vanitas vanitatum et omnia nanitas praeter amare Deum et illi soli servire* mundanas consuetudines relinquens laeta respuit et se totam Deo devovit, atque omnigenis virtutis, pietatis et misericordiae, operibus. In nosocomiis viliora quaeque officia exercebat, constanter et patienter ferens irrisiones et iniurias hominum eam increpantium uti stultam ac dementem. Inter operarías et domesticas studiose adscivit socias uti réparatrices Ssmi Cordis Iesu Christi. Ipsa duce et magistra, cooperantibus selectis sodalibus, fere ducentae operariae in officina sororis suae laborantes, religione et moribus emendatae, in bonam frugem et christianam vitam redditae et elevatae sunt. Congruam eis traditam vivendi rationem Dei famula, in illa temporum tristitia et acerbitate, ad plures quoque nobiles familias lugdunenses, quae in misero statu animi et corporis vetabantur, largiter extendit. Ex hoc tempore Paulina Maria sedulam operam suam dedit maiori Dei gloriae et Christi Ecclesiae dilatandae ac tuendae contra nequitias et insidias diaboli, manusque apposuit operi Propagationis Fidei instituendo. Huius apostolatus occasio, initium et progressus, in eius Vita in processum compulsata, necnon in constanti traditione Annalibus Propagationis Fidei consignata, fuse lateque describuntur. Inter cetera habetur quod Mtidus Fileas frater Paulinae viginti tres annos natus, inclinationes ad apostolatum, quas in infantia et pueritia exortas et in

adolescentia sopitas habebat, Deo iuvante ac sorore instante, denuo experiri coepit, cum vocatione sacerdotali.. Quam fovit et auxit apud S. Sulpitium ubi studiorum curriculo rite peracto, sacerdotali ordine ac dignitate insignitus est. Quum vero optasset christianam fidem in partibus infidelium propagare, de Superiorum mandato, officium sumpsit stipem pro missionibus colligere; et in hoc sociam habere voluit sororem Paulinam cui ipse remittebat epistolas a missionibus acceptas, miserrimam missionariorum et infidelium conditionem referentes. Dei Famula suis f ra trisque votis libentissime obsecundans, Lugduni degens, frequentem et ostiatim etiam rogando, copiosam stipem cogebat eamque fratri suo Lutetiam Parisiorum apud S. Sulpitium pro missionibus transmittebat. Placet hic referre quae Leo Papa XIII f. r. in Brevi Apostolico ad Vitae Paulinae Mariae Jaricot auctricem, in laudem huius Servae Dei atque Operis propagationis Fidei, hominum memoriae tradidit: « Excogitata enim ab ipsa et ordinata fuit « amplissima illa stipis collectio, quae ex hebdomadali coalescens fidelium «obolo, et sacrorum omnium Antistitum, sanctaeque huius Sedis cumu« lata laudibus, in tantam excrevit opem catholicarum missionum, appellatione insignita *Operis propagationis Fidei*».

Insuper Paulina Maria Jaricot, ad suam aliorumque fidelium erga Beatissimam Virginem Mariam sub titulo Ssmi Bosarii peculiarem devotionem fovendam et amplificandam, anno 1826 excogitavit et instituendum curavit *Rosarium vivens* eiusque sodalitium, uti alterum et opportunum adversus haereses et saeculi vitia praesidium et ad hunc finem et modum ut quisque sodalis quotidie unam tantum angelicarum salutationum decadem recitaret simulque mente recoleret nostrae redemptionis mysterium quod in unoquoque mense sibi per sortem obveniret. Egregium hoc opus Bosarii viventis quod pia virgo Paulina Maria sui cordis suaeque praedilectionis opus appellabat, iam ab initio ab auctoritate ecclesiastica rite recognitum et approbatum, a Bomanis etiam Pontificibus pluribus indulgentiis ditatum et a Magistris generalibus Ordinis Praedicatorum spiritualibus beneficiis ipsius Ordinis auctum fuit. Befiquum vitae suae tempus Paulina ad operarios benefico studio et caritate sublevandos consecravit. Propter hominum iniustitias, temporum varietates fortunaeque vicissitudines, plura tulit infensa et adversa, sed semper animo forti, miti et ad crucem Christi converso. Eius virtutis et patientiae testis exstitit S. Ioannes Baptista Vianney, parochus *Ars*, qui e suggestu sermonem habens ad populum de obsequio erga Deum in rebus adversis praestando, laudis et exempli gratia nominavit Paulinam Mariam Jaricot quae crucem suam etiam gravem Christo parens assumpsit et constanti animi virtute atque amore Dei invicta sustinuit.

Sub annum 1834 Dei famula gravi et remediis rebelli morbo correpta Mugnanum in Campania petiit ibique novendiales preces in honorem sanctae Martyris Philumenae devotissime peregit, firma spe suffulta, eius intercessione, sanationis obtinendae: quibus expletis mirifice perfectam sanitatem reeuperavit. Tum Romae a religiosis sororibus Sacri Cordis Iesu in aede Ssmae Trinitatis ad Montem Pincium amabihter hospes recepta, ot a Summo Pontifice Gregorio XVI f. r. conspectu, alloquio variisque donis suavissimo recreata, in patriam reversa est, gratam beneficiorum memoriam fideliter servans. Tandem declinante iam aetate, Paulina, vera Christi discipula et sponsa, meritis et virtutibus dives, cordis morbo et plaga in sinistro pectoris latere afflicta et ad extremum, deducta, frequenter Ecclesiae sacramentis refecta, invocato dulcissimo nomine Beatae Virginis Mariae in eiusque materno amplexu, spiritum Deo reddidit, feria V, die 9 Ianuam anno 1862, aetatis suae decurrente sexagesimo secundo. Exsequiis rite et honorifice persolutis eius corpus in sepulcro familiae quiescit.

Fama autem sanctitatis Dei Famulae post obitum magis in dies claruit et clarescit; idcirco inquisitiones informativae auctoritate Ordinaria in curia Lugdunensi confectae sunt et ad sacrorum Bituum Congregationem transmissae. Instante vero Brno P. Iulio Grimal, Societatis Mariae et huius Causae legitimo postulatore, quum, servato iuris ordine et revisione scriptorum peracta, per decretum Sacrae Rituum Oongregationis diei 27 Maii 1927, nihil obstaret quominus ad ulteriora procedatur, attentis litteris postulatoriis Emi ac Rmi D. Cardinalis Ludovici Iosephi Maurin, Archiepiscopi Lugdunensis, aliorum Archiepiscoporum, Episcoporum, Vicariorum Apostolicorum et Superiorum Missionum necnon Consilii Superioris generalis Pontificii Operis Propagationis Fidei, Consilii centralis Lugdunensis et Parisiensis itemque Consilii centralis pro Italia eiusdem Operis, atque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, Emus ac Rmus Dnus Ianuarius Cardinalis Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus suburbicariis Albanensis et huius Causae Belator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Carolo Salotti, Fidei Promotore generali, omnibus discussis ac perpensis rescribere censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 17 Iunii 1930.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI per E. P. D. Carolum Salotti, Fidei Promotorem generalem relatione, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae Bitüum Congregationis ratum habere et nropria manu signare dignatus est Commissionem introductionis Causae Servae Dei Paulinae Mariae Jaricot, fundatricis Operum Propagationis Fidei et Bosarii viventis. Die 18 Iunii 1930.

C. CAED. LAURENTI, *S. B. C. Praefectus.*

L. £g S.

A. Carinci, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Mercoledì, 9 Luglio, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Marchese EDOARDO PERSICHETTI-UGOLINI DI CASTELBUCCARO, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica di San Domingo, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Con autografo del 25 Marzo 1930, la Santità di Nostro Signore Pio Papa XI, gloriosamente regnante, si è degnata conferire *YArcipretura della Sacrosanta Patriarcale Basilica Vaticana* con le annesse attribuzioni, fra le quali quella di *Prefetto della Sacra Congregazione della Reverenda Fabbrica di San Pietro,* all'Emo Sig. Card. Eugenio Pacelli, Suo Segretario di Stato.

TRIBUNALE DELLA S. R. ROTA

AVVISO

Si rende noto che le domande di ammissione allo *Studio* della Bota, per il prossimo anno giuridico, si ricevono negli Uffici del Tribunale dal 20 Settembre al 20 Novembre.

Dalla Cancelleria del Tribunale della S. R. Rota, 13 Agosto 1930.

M. Massimi, *Decano.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

26 Aprile 1930. **L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli, *Membro della Sacra Congregazione Cerimoniale.***

15 Maggio » **L'Illmo e Rmo Monsig. Giuseppe Cesarini, *Sostituto della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.***

24 Giugno » **L'Emo Sig. Cardinale Raimondo M. Bouleau, Arcivescovo di Quebec, *Membro della Sacra Congregazione dei Miti.***

4 Luglio 1930. L' Emo Sig. Cardinale Donato Sbarretti, *Segretario della Suprema Sacra Congregazione del Santo Offizio.*

» » » L' Emo Sig. Cardinale Raffaele Carlo Rossi, *Segretario della Sacra Congregazione Concistoriale.*

» » » L'Emo Sig. Cardinale Giulio Serafini, *Prefetto della Sacra Congregazione del Concilio.*

14 » » L'Emo Sig. Cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Beimonte, *Prefetto della Sacra Congregazione Cerimoniale.*

16 » » L'Eñio Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Arciprete della Patriarcale Basilica Liberiana.*

7 Agosto » L'Emo Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Presidente dell'Opera Pontificia per la preservazione della Fede e per la provvista di nuove parrocchie in Boma.*

9 y- » L'Illmo e Rmo Monsig. Pietro Ercole, *Segretario generale;* il Riño P. Giulio Bevilacqua, *Segretario della sezione per la preservazione della Fede, V* Illnlo Sig. Carlo dei marchesi Pacelli, *Consulente legale;* l'Illmo e Bino Monsig. ing. Spirito Chiapetta, e gli Illmi sigg. ingegneri Clemente Busiri e Guglielmo Palombi, *Consulenti tecnici per la seconda sezione dell'Opera Pontificia suddetta.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

2 Giugno 1930. Monsig. Michele Jacchini, *Coadiutore del Protonotario Apostolico di numero Monsig. Zani-Caprelli.*

18 » » L'Emo Sig. Cardinale Alessandro Verde, *Protettore delle Suore della Consolazione* (Tortosa).

29 » » Monsig. Francesco Gyini, *Abbate di S. Alessandro di Orosci.*

3 Luglio » *L'* Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore dell'Istituto del Buon Samaritano* (Sydney).

9 » » Monsig. Salvatore Natucci, *Avvocato Concistoriale.*

10 » » Monsig. Salvatore Natucci, *Promotore generale della Fede nella S. Congregazione dei Piti.*

15 » » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane.*

18 » » L'Eolo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore della Società del Verbo Divino.*

» » » *L'* Eñio Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore dell'Istituto dei Fratelli Francescani di Mountbellew* (Tuam).

19 Luglio 1980. **L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti,** *Protettore dell'Istituto dei Padri Giuseppini di Gerandimonte* **(Gand).**

22 » » **L'Emo Sig. Cardinale Raffaele Scapinelli di Leguigno,** *Datario di Sua Santità.*

26 » » **L'Emo Sig. Cardinale Andrea Frühwirth,** *Protettore della Congregazione delle Suore delle Scuole di Eggenberg* **(Graz).**

31 » » **L'Emo Sig. Cardinale Luigi Sincero,** *Protettore dell'Istituto delle Figlie della Croce* **(Liegi).**

» » » **L'Emo Sig. Cardinale Enrico Gasparri,** *Protettore delle Suore docenti della B. M. V. Immacolata* **(Madrid).**

» » » **L'Emo Sig. Cardinale Enrico Gasparri,** *Protettore delle Suore Ancelle dell'Immacolato Cuore di Maria* **(Spagna).**

9 Agosto » **L'Emo Sig. Cardinale Enrico Alessio Lépicier,** *Protettore delle Suore della carità dell'ospedale generale di Montréal.*

18 » » **Monsig. Luigi Traglia,** *Assessore e Sottopromotore della Fede, presso la Sacra Congregazione dei Riti.*

22 » » **L'Emo Sig. Cardinale Raffaele Carlo Bossi,** *Protettore dell'Istituto delle Suore Crocifisse Adoratrici di Gesü Sacramentato* **(S. Giorgio a Cremano).**

Assistenti al Soglio Pontificio:

21 Gennaio 1930. **Monsig. Eugenio Beccegato, Vescovo di Ceneda.**

17 Giugno » **Monsig. V. F. Pietro Adriano Guglielmo ELopmans, Vescovo di Breda.**

24 Luglio » **Monsig. P. Adaucto Aurelio de Miranda Henriques, Arcivescovo di Parahiba.**

Protonotarii Apostolici **ad instar participantium:**

28 Giugno 1930. **Monsig. Tommaso Zupan, della diocesi di Lubiana.**

4 Luglio » **Monsig. Francesco Paolo Calamita, della diocesi di Bitonto.**

» » » **Monsig. Pasquale Ferrante, della medesima diocesi.**

9 » » **Monsig. Giuseppe Charbonneau, della diocesi di Ottawa.**

» » » **Monsig. Giuseppe Chartrand, della medesima archidiocesi.**

10 Luglio » **Monsig. Bemigio S. Keyzer, della diocesi di Boise City (U. S. A.).**

12 » » **Monsig. Emilio Descamps, della diocesi di Lilla.**

» » » **Monsig. Giuseppe Policarpo Tournier, della diocesi di Belley.**

18 » » **Monsig. Antonio Rosselló y dé Alemany, della diocesi di Maiorca.**

28 Luglio 1930. **Monsig. Emanuele Anaquin, del patriarcato di Lisbona.**
30 » » **Monsig. Giuseppe Riccobaldi, della diocesi della Spezia.**
» » » **Monsig. Luigi Accorsi, della medesima diocesi.**

Prelati Domestici di S. S. :

4 Gennaio 1930. **Monsig. Giorgio S. Schmidt, dell'archidiocesi di Cincinnati.**
» » » **Monsig. Giovanni E. Scbengber, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Giovanni Domney, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Giovanni F. Hickey, della medesima archidiocesi.**
15 Maggio » **Monsig. Roberto Connor, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Antonio Mentink, della medesima archidiocesi.**
18 » » **Monsig. Rocco Vitola, della diocesi di Cassano all'Ionio.**
20 >> » **Monsig. Francesco Boulay, della diocesi di Trois Rivières.**
» » » **Monsig. Ferdinando Béland, della medesima diocesi.**
28 » » **Monsig. Domenico Piacente, della diocesi di Bitonto.**
6 Giugno » **Monsig. Patrizio Kennely, della diocesi di Balla rat.**
» » » **Monsig. Martino Vaughan, della diocesi di Goulburn.**
» » » **Monsig. Terenzio** 0' **Shaughness, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Girolamo Hennessy, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Dionigi Hogan, della diocesi di Sandhurst.**
10 » » **Monsig. Edoardo C. Griffin, della diocesi di Trenton.**
» » » **Monsig. Giuseppe C. Urban, della medesima diocesi.**
18 » » **Monsig. Vittore Maini, dell'archidiocesi di Milano.**
» » » **Monsig. Guglielmo Giuseppe Bice, della diocesi di Green Bay.**
28 » » **Monsig. Alessandro Scipinski, della diocesi di Siedlce.**
2 Luglio » **Mongig. Michele Pazienza, della diocesi di Bitonto.**
» » » **Monsig. Alfonso Loeuillet, della diocesi di Saint-Dié.**
9 » » **Monsig. Giuseppe Lebeau, dell'archidiocesi di Ottawa.**
» » » **Monsig. Silvio Corbeil, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Giorgio Edoardo Fitzgerald, della medesima archidiocesi**
» » » **Monsig. Giacomo A. Solon, della diocesi di Bockford.**
» » » **Monsig. Giuseppe Schmitt, della medesima diocesi.**
12 » » **Monsig. Eugenio Payelle, della diocesi di Lilla.**
» » » **Monsig. Ludovico Dauchy, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Paolo Six, della medesima diocesi.**
18 » » **Monsig. Giacomo Agostino Cesarmi, della diocesi di Aiaccio.**
25 » » **Monsig. Finlaus J. Chisholm, della diocesi di Antigonish.**
» » » **Monsig. Enrico Bizzi, della diocesi di Lodi.**
26 » » **Monsig. Casimiro Dziurzynski, dell'archidiocesi di Leopoli dei latini.**

26	***Luglio***	*1930.*	**Monsig. Albino Warszylewicz, della medesima archidiocesi.**
28	»	»	**Monsig. Salvatore Langeli (Roma).**
1	***Agosto***	»	**Monsig. Domenico Caruso, della diocesi di Ischia.**
»	»	»	**Monsig. Giovanni Mazzella, della medesima diocesi.**
2	»	»	**Monsig. Giovanni Andrea Costa, della diocesi di Aiaccio.**
»		»	**Monsig. Cesare Federici (Roma).**
12	»	»	**Monsig. Giuseppe Moreno y Medina, della diocesi di Sinaloa.**
	»	»	**Monsig. Ernesto Verdugo Fálquez, della medesima diocesi.**
	»	»	**Monsig. Amato Villanueva, della diocesi di Léon (Messico).**
»	»	»	**Monsig. Antonio Wagner, della diocesi di S. Ippolito.**
/6		»	**Monsig. B'elice Ravanat (Roma).**
19		»	**Monsig. Ed vino Henson, della diocesi di Nottingham.**
22	»	»	**Monsig. Francesco Rozwiski, della diocesi di Culma.**
25		»	**Monsig. Ludovico Smet, della diocesi di Richmond.**

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran *Croce* ***dell'Ordine Piano:***

12 ***Giugno*** *1930.* **A S. E. Giovanni Schober (Austria).**

La Commenda con placca dell'Ordine Piano:

20	***Marzo***	*1930.*	**Al sig. comm. Biagio Gabardi, dell'archidiocesi di Milano.**
»	»	»	**Al sig. Vittorio Olcese, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**AI sig. rag. Guido Sacchi, della medesima archidiocesi.**

La Commenda dell'Ordine *Piano:*

4 ***Aprile*** *1930.* **Al sig. Paolo Lambert-Destailleurs, della diocesi di Lilla.**

La Gran Croce délVOrdine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19	***Marzo***	*1930.*	**Al sig. marchese Giuseppe de Capitani d'Arzago, dell'archidiocesi di Milano.**
15	***Luglio***	»	**Ai sig. dott. Giorgio Filality (Bomania).**
»	»	»	**Al sig. comm. Teodosiano Carada (Romania).**
22	***Agosto***	»	**Al sig. dott. Ermanno Pünder (Germania).**

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare-

is ***Luglio*** *1930.* **Al sig. generale Nicola Petalà (Romania).**

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30	***Aprile***	*1930.*	**Al sig. comm. Ernesto Soenens, dell'archidiocesi di Malines.**
14	***Luglio***	»	**Al sig. comm. Eugenio Duthoit, della diocesi di Lilla.**

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

21 Marzo 1930. **Al sig. ing. Giacinto Motta, dell'archidiocesi di Milano.**
» » » **Al sig. ing. Carlo Tarlarini, della medesima archidiocesi.**
24 Luglio » **Al sig. dott. Pasquale Troise (Italia).**
7 Agosto » **Al sig. dott. Paolo Bruening, dell'archidiocesi di Colonia.**
8 » » **Al sig. dott. Leone Schnitzler (Prussia).**
16 » **Al sig. dott. Carlo Conti-Bossini (Italia).**
» » » **Al sig. dott. Arnaldo Bonicelli (Italia).**

La Commenda delVOrarne di S. Gregorio Magno, classe civile:

35 Maggio 1927. **Al sig. dott. Giuseppe Emanuele Nuñez Ponte, dell'archidiocesi di Caracas,**
29 Novembre 1929. **Al sig. cav. Giovanni Diego Ferrante, della diocesi di Sora.**
21 Marzo 1930. **Al sig. Giuseppe Ratti, dell'archidiocesi di Milano.**
» » » **Al sig. Roberto Ghislandi, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. ing. Giuseppe Gorla, della medesima archidiocesi.**
25 » » **Al sig. Clarence E. Martin, della diocesi di Richmond.**
30 Aprile » **Al sig. prof. Filippo Stella Maranca, dell'archidiocesi di Lanciano.**
14 Maggio » **Al sig. cav. Alberto Claessens, dell'archidiocesi di Malines.**
16 » » **Al sig. Luigi Migliore, della diocesi di Acerra.**
11 Giugno » **Al sig. Arminlo Conte (Roma).**
24 » » **Al sig. dott. Stanislao Tomkowicz, della diocesi di Cracovia.**
27 » » **Al sig. Fernando Brejon, della diocesi di La Rochelle.**
2 Luglio » **Al sig. Giacomo Giuseppe McFadden, della diocesi di Pembroeke.**
9 » » **Al sig. Efisio Rameri, della diocesi di Tortona.**
12 » » **Al sig. cav. Adolfo Gorga (Roma).**
14 » » **AI sig. dott. Mario Giachetti, della diocesi di Ivrea.**
» » » **Al sig. Eugenio Tiberghien, della diocesi di Lilla.**
» » » **Al sig. Francesco Flipo, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Luigi Lepoutre, della medesima diocesi.**
17 » » **Al sig. cav. Corrado Rehling, della diocesi di Giavarino.**
» » » **Al sig. Enrico Klausener, della diocesi di Berlino.**
21 » » **Al sig. prof. Enrico Fournier, dell'archidiocesi di Algeri.**
2 Agosto » **Al sig. cav. Giovanni Belardo (Boma).**
» » » **Al sig. cav. Leopoldo Sillj (Roma).**
3 » » **Al sig. Giovanni Mendosa y Almenara (Perù).**
16 » » **Al sig. Tommaso Giorgio Anstruther Molloy, dell'archidiocesi di Perth.**
23 » » **Al sig. ing. Mauro Amor uso, dell'archidiocesi di Bari.**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 Febbraio 1927. **Al sig. Pio Benigni (Boma).**

30 Aprile 1930. **Al sig. Gustavo Gabriel (Belgio).**

6 Giugno » **Al sig. Francesco Patrizio Kelly, della diocesi di Goulburn.**

17 » » **Al sig. dott. Massimiliano Dietlein, dell'archidiocesi di Colonia.**

18 » A **Al sig. Alfredo Terreni, della diocesi di Pistoia.**

23 » ' » **Al sig. Giorgio Ganse, della prelatura** *nullius* **di Schneidemühl.**

24 » » **Al sig. Giuseppe Bourel, della diocesi di Vannes.**

» » » **Al sig. Renato André, della medesima diocesi.**

27 » » **Al sig. Audemaro Roussel, della diocesi di La Bochelle.**

Al sig. dott. Giulio Rouk, della medesima diocesi.

Al sig. Renato Gaillot, della medesima diocesi,

9 Luglio » **Al sig. avv. Guglielmo Enrico Atherton, della diocesi di Montréal.**

10 » » **Al sig Giuseppe Pietro Luigi Prinz, della diocesi di Harlem.**

12 » » **Al sig. Guglielmo Antonio Boekelman, dell'archidiocesi di Utrecht.**

» **Al sig. Antonio Gerardo Smit, della medesima archidio-cesi.**

Al sig. Firminio Lombardozzi (Roma).

15 **Al sig. Adolfo Delmasure, della diocesi di Lilla.**

Al sig. Federico Descamps, della medesima diocesi.

Al sig. Emilio Mathieu, della medesima diocesi.

Al sig. Giorgio d'Arras, della medesima diocesi.

Al sig. Pietro Charvet Bonvarlet, della medesima diocesi.

» **Al sig. Leone Lesaffre, della medesima diocesi.**

17 **Al sig. Carlo Verwilghen, della diocesi di Bruges,**

» **Al sig. dott. Adalberto Bubányi, dell'archidiocesi di Strigonia.**

21 **Al sig. nob. Francesco Pietro Sculfort, della diocesi di Autun.**

28 **Al sig. ing. Edmondo Augusto Lefebvre, della diocesi di Cambrai.**

29 » **Al sig. Guido Petrucci Croce (Italia).**

2 Agosto **Al sig. Daniele Guynet, dell'archidiocesi di Parigi.**

5 » **Al sig. Giuseppe Brandner, della diocesi di Batisbona.**

Al sig. Alberto Bernardo Adriano Van Kethel, della diocesi di Harlem.

Al sig. Francesco Bradford, della diocesi di Nottingham.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

15 Maggio 1930. **Al sign. ten. gen. Giuseppe Neyt, dell'archidiocesi di Malines.**

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

18 Luglio 1930. **Al sig. Giuseppe Toeplitz (Italia).**

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 Giugno 1930. **Al sig. Tito Komarnicki (Colonia).**
18 Luglio » **Al sig. Giorgio Dulong (Francia).**
24 » » **Al sig. dott. Silvio Mathis (Italia).**

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

20 Gennaio 1930. **Al sig. Alberto Stabile, del vicariato apostolico di Egitto.**
20 Marzo » **Al sig. Pietro Soldini, dell'archidiocesi di Milano.**
» » » **Al sig. Pietro Puricelli, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. Giuseppe Frua, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. Giuseppe Enrico Falchi, della medesima archidiocesi.**
8 Maggio » **Al sig. Angelo Mannarelli, della diocesi di Trivento.**
2 Luglio » **Al sig. dott. Leonida Macola (Italia).**
21 » » **Al sig. Ludovico Casterman, della diocesi di Tournai.**
24 » » **Al sig. Alberto Balbi (Italia).**
8 Agosto » **Al sig. dott. Carlo Meyer (Prussia).**
» » » **Al sig. Ottone Köhler (Prussia).**
11 » » **Al sig. dott. Domenico Polizio (Italia).**
» » » **Al sig. dott. Giuseppe Passarelli (Italia).**

NECROLOGIO

8 Agosto 1930. **Monsig. Ferdinando Brossart, Vescovo tit. di Vallis.**
9 » » **Monsig. Giuseppe Fabbrucci, Vescovo di Fidenza (già Borgo S. Donnino)..**
17 . » » **Monsig. Giuseppe Bernaus y Serra, Vescovo tit. di Miopotamo.**

Annus XXII - Yol. XXIÍ 4 Octobris 1930 Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP, XI

LITTERAE DECRETALES

BEATA LUCIA FILIPPINI, FUNDATRIX ET ANTISTITA INSTITUTI MAGISTRARUM PIARUM AB EIUS COGNOMINE NUNCUPATORUM, SANCTORUM FASTIS ADSCRIBITUR. \

PIUS EPIS OOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Magistra sancta et sanctarum magistrarum exemplar et formatrix, Beata Virgo Lucia Filippini, quae equidem novum quod Magister et Dominus Iesus Christus dedit hominibus dilectionis mandatum et didicit et docuit, quaeque opere et sermone, toto suae mortalis vitae curriculo, ad bonitatem et disciplinam, scientiam et sapientiam in timore Domini, bonasque artes adulescentularum animos informavit, et per innumeras spirituales filias adhuc informat, merito hodie, nova miraculorum gloria coruscans, ad chorum Sanctarum Virginum adscribitur, sanctaque eius vita ad perfectiorem potissimum puellarum institutionem iugiter exemplo monstratur. Tarquiniis, quod oppidum et Cornetum nuncupabatur, nata est virgo haec electissimo die tertiadecima Ianuarii mensis, anno millesimo sexcentésimo septuagesimo secundo, pietate claros nacta parentes, quibus nomen Philippus et Magdalena Pichi-Falzacappa. Nondum sex annos attigerat, quando parentibus est orbata; quare necesse fuit ut in avunculorum disciplinam cederet; quorum curis adamussim puella respondit eisque omnino subditam sese praebuit. Cordis suavitate et singulari ingenii firmitate praedita, adhuc puerula eximiis animi dotibus et egregia mentis indole enituisse fertur; atque illa aetate, quae maxime ineptus nugisque solet indulgere, Lucia magno pietatis sensu diu orare ac flexis genibus conscien-

tiae examini operam dare videbatur, ita ut eius soror Elisabeth natu maior magnopere de puerulae instinctu miraretur in culpis ab hominibus in Deum patratis abhorrendis. Sanctorum exempla et vestigia persequens, secreto quodam motu perducta, et Sancto Divino Spiritu quodammodo plasmata, cito singularia omnium virtutum, obedientiae potissimum, humilitatis ac pudicitiae, specimina exhibuit, quibus manifestum apparuit eam in posterum consummatae sanctitatis fastigium esse consequuturam. Digna proinde, utpote iam ceteris puellis virtutum exemplar facta, habita est quae adhuc adulescentula a parocho suo ad tradendam puellis catechesim eligeretur; in quo munere obeundo plurimas diei traducebat horas, preces edocendo ac caritatis spiritum infundendo, ac tanta fuit sapientia, diligentia ac dexteritate, ut omnium laudes et admirationem promeruerit. Singulae puerulae actiones semper tantum Dei amorem redolebant, ut Lucia prorsus esse a mundo seiuncta et angelus potius quam humana creatura omnibus videretur. Quod cum ad aures pervenisset s. m. Marci Antonii Cardinalis Barbadici, viri doctrina et pietate insignis, qui a fel. rec. Innocentio Papa Undecimo, Decessore Nostro, Tarquiniensi ac Ealiscodunensi civitatibus Episcopus datus fuerat, stupescens ipse quod divinae bonitatis tam praeclara munera iam adulescentulae animum locupletarent, eam voluit in asceterio ad S. Clarae Faliscoduni collocari; ac laeto animo hoc sanctitatis coenobium ingressa Lucia, ibi maxima alacritate ad perfectionis semitam decurrendam properavit et mirifica sanctitatis signa sodalibus praebuit. In hac enim pacis solitudine praepositis monialibus subdita, obedientiae et humilitatis cultrix eximia, regulae observantissima, ab otio et vanitatibus prorsus aliena, prudens, iusta, misericors, ipso habitu et ore modestiam referens et puritatem, vigiliis quoque et poenitentiis addicta. Interea cum purpuratus ipse Praesul sapienti consilio cogitasset de domo al trice Faliscodunensi aperienda, ubi, veluti in seminario quodam, magistrae tirocinium ponerent, quae posthac ad puellas instituendas et erudiendas mitterentur, ad se Rosam Venerini accivit, quae, duce ci. me. Ignatio Martinelli, Societatis Iesu Sodale, Viterbii simili instituendo collegio operam dederat, in quo bene moratae filiae, eximiae matris Rosae magisterio, zelo et caritate, in dies succrescebant. Advenit illico Rosa ad Praesulem; a quo in Clarensi Monasterio excepta, statim demirari potuit non solum dignissimae alumnae Luciae animi ingeniique praeclaras dotes, sed optimum in ea futurae ludi magistrae exemplar; remque Patri Cardinali aperuit, qui Luciam ineunti magistrarum instituto praepositam voluit. At illa, se imparem declarans ad munus suscipiendum, obedientia solummodo adducta, Praesulis mandato adhaesit et omni studio adlaboravit ut communia vota explerentur. Prima itaque anno millesimo sexcentésimo nonagésimo secundo, in aedibus locaticiis Faliscoduni Piarum Magistrarum schola instituitur, ubi sedulo

edocebantur in religionis rudimentis et in ntilibns laboribus puellae et matresfamilias quoque, quae sponte ad eam confluebant, tantae magistrae consuetudinem diligentes, religionem addiscenda causa. Famula Dei, sibi conscia tales plerumque futuros esse homines, quales sunt praeceptores, nihil reliquit intentatum, nulli pepercit industriae, nullos detrectavit labores ut, se duce ac magistra, alumnarum animos ad res divinas et ad misericordiae opera excitaret, ac futuras magistras verbo et exemplo institueret, atque ad. pietatis exercitationes vocaret. Saluberrimi idcirco fructus ex eius magisterio illico percepti sunt. Optimae namque ac plurimae ex eius schola exierunt, quae postea dignissimae matresfamilias habitae sunt, optimaeque aliae magistrae ad alias alumnas in litteris ac pietate addiscendis quam maxime instructae. Ut Cardinalis Antistitis postea iussa impleret, quod supra memoravimus ad S. Clarae monasterii regimen assumpsit, et quae fuerat alumna obedientissima, exstitit iustissimá moderatrix atque brevi tempore asceterii disciphnam restituit. Novae htjius Congregationis regulas Cardinalis ipse interea paravit et Magistrarum Piarum habitum quoque designavit et benedixit. Ita providentissimus Deus per suas mirabiles vias ad portum sanctam magistram adduxerat, quae per magisterium puellas erudivit, et per apostolatum mulierum, praesertim matrumfamiiias, actuose religiosae educationi consuluit. Nam singulis dominicis, crucis vexillum praeferens, plateas et compita lustrare consuevit, ut puellas ac mulieres in templum acciret ad christianam doctrinam addiscendam. Suavi eloquio praedita, insperatas deperditarum mulierum conversiones obtinuit, ac postea Romae, praesertim in suis apostolicis missionibus, multas Deo restituit derelictas oves, quae, nefariorum nequitia, vitiorum praeda factae fuerant. Diebus autem sabbati una cum adulescentulis, quas praemio donandi causa secum ducebat, nosocomia invisebat aegrotosque solabatur, quibus caritatis angelus exstitit, et veritatis magistra refulsit. Tanta igitur morum immutatio, Luciae quidem opera et exemplo, Faliscoduni subsecuta est, ut ipse Barbadicus Cardinalis ad novas scholas in sua dioecesi aperiendas illam excitaverit. Quare, magistris peregre missis, brevi undecim novae scholae fundatae sunt, in quibus alumnae non modo litteras et femínea pensa, sed etiam veram pietatem et timorem Domini perdiscerent. Praeclara interim novae Magistrarum Piarum Congregationis operis fama Faliscodunensis dioeceseos fines praetergressa, ad almam hanc Urbem Nostram pervenit; ac fel. rec. Clemens Papa Undecimus, Decessor Noster, cui Cardinalis Barbadicus antequam ex hac vita migraret frugiferum Institutum, cuius ipse merito conditor et pater habetur, etiam atque etiam supplicibus votis commendaverat, sanctam magistram ad Urbem compellav.it, ne tanto spirituali bono Romani- cives carerent. Atque ita mense Maio, anno Domini millesimo septingentésimo septimo, Eomae

prima Magistrarum Piarum schola aperta est, ad quam omnis conditionis puellae confluxerunt. Nobiles romanae matronae, non minus quam principes viri, Praesules et Cardinales opus tam feliciter inceptum magnopere laudarunt; et pia Fundatrix licet paucos menses Romae morata sit, tam sancte se gessit, tantaque virtutis exempla prodidit, ut sanctitatis famam singularem, in Urbe quoque sibi conciliaverit. Faliscodunum reversa humilis Christi ancilla, unico suffisa consilio ut plurimas Deo animas lucrifaceret, ad Magistrarum Piarum institutum amplificandum se totam pro viribus convertit ; ipsa namque nihil parcens laboribus plurimas alias scholas aperuit non in Faiiscodunensi tantum dioecesi, sed in pluribus aliis ut in Soanensi et Pitilianensi, Cosimi Tertii Etruriae Principis potissimum fulta praesidio, et Balneoregiensi, Nepesina, Aquaependensi, Tudertina, Sabinensi aliisque hac in ipsa Urbe, in qua plures aliae scholae Magistrarum Piarum, cura praecipue et impensis Apostolicae Sedis, patuerunt. Omnes autem et singulas scholas istas et sui instituti domus sancta Fundatrix, suae non modo commoditatis sed valetudinis immemor, non itinerum asperitate, non caeli inclementia, non hieme, non aestu deterrita, indefessa lustra vit; ac in suis apostolicis peregrinationibus non sibi curae scholas tantum habebat, sed pluribus in locis ipsa piis exercitationibus excolere consuevit mulieres, quae ad eam confluebant, ac tanta sive in dicendo sive in hortando vi ac suavitate pollebat, ut uberes audientium lacrimas excitaret, innumeras ad meliorem frugem animas perduceret, pluresque quoque perditas meretriculas ad officium revocaret. Singularis etiam in ea patuit fortitudo in perferendas contradictionibus ac vexationibus, quae quidem ipsi non defuerunt, donec apostolicis fracta laboribus, sexaginta annos agens, diro ac diuturno consumpta morbo, quem mira patientia et hilaritate sustinuit, sui obitus praenuntiato die, circumdata filiarum moerentium cohorte, eis benedicere mense Martio anno millesimo septingentésimo trigesimo secundo, in festo salutatae ab Angelo Beatissimae Virginis, quam ab infantia vehementi affectu et singulari devotione semper coluit, ad instar candidissimae columbae caelum intuens, placidissime efflavit spiritum. Urgentior populi frequentia, cum parentalia persoluta sunt: raro tot amoris gratique animi testimonia visa fuere; eademque die sui obitus prodigia, Luciae invocata ope, e venerunt. Miraculorum copia in dies succrescente, Servae Dei sanctitatis fama ab eius obitu ad nostra usque tempora, etsi tam longa annorum series effluxerit, nunquam imminuta est, immo praeclaris inclaruit signis, quibus omnipotens ipse Deus, mirabilis semper in sanctis suis, ancillae suae sanctitatem confirmare visus est. Quam ob rem de Beatorum caelitum honoribus ipsi Famulae Dei decernendis impulsu praecipue dilectae Filiae Rosae Leoni, sedulissimae Magistrarum Piarum Instituti antistitae generalis, ad Sacrorum Rituum Congregationem agitari causa

coepta est et per decretum s. m. Pii Papae Decimi, Decessoris Nostri, die decima mensis Iulii anno millesimo nongentesimo deeimoseeundo editum, introductionis Causae Commissio signata est. Postea, processuum tabulis ordinariis et apostolicis rite expensis, Nos, solemni Decreto, die vigesima tertia mensis Novembris anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto edito, Venerabilis Dei Ancillae Luciae Pilippini virtutes heroicum attigisse fastigium declaravimus. Actio dein seu quaestio instituta est de tribus specialibus miraculis, quae per ipsam Venerabilem, antistitam a Deo patrata ferebantur; ac, rebus omnibus severissimo iudicio ponderatis, cum vera atque explorata iudicata fuerint, Nos^élje Dominica Passionis anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto, adstantibus in generali consessu coram Nobis, venerabili fratre Nostro Ianuario Cardinale Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Albanensi, Causae Ponente, ac p. m. Antonio Cardinale Vico, SS. Bituum Congregationis Praefecto, necnon cl. m. Angelo Mariani eiusdem Sacrae Congregationis a Secretis, et dilecto filio Carolo Salotti, S. Fidei Promotore generali, solemniter pronuntiavimus: «Constare de « tribus propositis miraculis, de primo nempe instantaneae perfectaeque « sanationis Evelinae Palazzesi a morbo ileo-typho gravi cum enterorragia «et bronco-pulmonite; de altero, instantaneae perfectaeque sanationis «Desdemonae Banelletti a morbo gravissimo ob insufficentiam glandula- «rum paratiroidarum; deque tertio, instantaneae perfectaeque sanationis « Sororis Dominicae Caciolo a cotica hepática, accedente anuria, perito- « nite ac néphrite acutissima ». Ediximus iterum solemniter die vicesima prima mensis Aprilis eiusdem anni, in solemnitate Patrocinii S. Ioseph, iisdem adstantibus quos supra memoravimus venerabilibus fratribus Nostris et dilectis in Christo filiis, *tuto* procedi posse ad Venerabilis Dei Famulae Luciae Fifippini Beatificationem, cuius solemnia in Nostra sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana die tertiadecima mensis Iunii anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto celebrata fuere. Hisce Beatificationis solemniis vix habitis, duo alia miracula, novensili Beata intercedente, a Deo patrata asserta sunt, quorum alterum eo ipso die eademque hora, quibus in praefata Patriarchali Basilica Vaticana clarae Virgini et Magistrae per Pontificale Decretum Nostrum Beatorum gloria sanciebatur, alterum vero paucis tantum post diebus a decretis honoribus ei tributis. Quapropter ex parte alumnarum huius religiosae familiae unanime exortum est desiderium, ut suae Fundatrici ac Matri supremi Sanctorum caelitum honores ab Apostolica Sede impetrarentur. Accedentibus etiam virorum ecclesiasticorum dignitate praestantium litteris postulatoriis, instante p. m. Angelo Sinibaldi, Postulatore, cui suffectus est dilectus filius Augustinus a Beata Virgine, Ordinis SS. Trinitatis Excalceatorum Procurator generalis, causae Canonizationis Beatae Fundatricis Magistrarum

Piarum reassumptionem concessionis. Quoniam vero haec bina miracula in Urbe patrata asserebantur, per decretum Sacrorum Rituum Congregationis die quarta Februarii subsequentis anni venerabili fratri Nostro Cardinali in Urbe Vicario facta fuit potestas construendi super iisdem Apostolici Processus, qui ipso Fidei Promotore generati advigilante, peractus fuit. Primum itaque miraculum ita evenit. Mcolina Gennari, Leonardi et Mariae Annae Cenciarelli filia, in Arce Gandulphi anno millesimo octingentesimo octuagesimo septimo nata, undeviginti annos agens, Magistrarum Piarum « Filippini » Institutum ingressa est, in quo usque ad annum millesimum nongentesimum decimum octavum semper bona valetudine usa est. Hoc anno suae antistitae iussu Antium petiit, ut ibi docendi munus expleret. In quo oppido tam forti ac pertinaci tlissi laborare coepit, ut nullimode acquiescere posset, et in patriam remeare iussa sit, nativum aerem spirandi causa. Ex eo tempore tussis adaucta est, eo quod dexteram pulmonem tuberculosi laesum aliquantulum haberet; attamen post aliquot menses, e morbo paulum recreata, Romam ad docendum rediit. Etsi viribus paulisper refecta, tussi tamen, mane potissimum et vespere, vexabatur, quae in dies ingravescebat. Die decima nona Februarii anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto maximis febribus correpta est, cui vehementes in pectore ac humeris accessere dolores, qui augebantur quoties tussi urgeretur; vires interim magis in dies languebant. Accersiti medici gravi tuberculosi pulmonari acuta cum pleuritide aegrotant laborare dixerunt ac de sanatione penitus desperabant; tussi enim additus erat anhelitus, vomitus—cuius causa nec medicamenta nec cibum aegrota retinere poterat—et virium consequens defectio. Quamvis aliquot post dies morbus quodammodo remiserit, febri tamen ac tussi perseverantibus, aegrota Neptunum missa est, ut maritimum aër medelam quamdam morbo afferret. Sed decem post dies cum febris adaucta esset ac tussis item instaret, Romam reversa est. Invalescente morbo, cum nullam in hominum ope et scientia recuperandae valetudinis spem haberet, Mcolina animum precesque convertit ad Beatam Luciam, suam Matrem Institutricem; nec minori fiducia, pro sanatione sodalis obtinenda, preces fuderunt, sedula antistita generali adhortante, ceterae sorores. Igitur auspicatissima die tertiadecima Iunii eiusdem anni millesimi nongentesimi vicesimi sexti, dum aegrota mane, augescente morbo, sacratissimo Christi Viatico recepto, et sodales, quae Basilicam Vaticanam ut sacris Beatificationis solemniis adstarent adivere, supplices fundebant preces pro impetranda, Luciae ope, sanatione, plena ac perfecta salus Mcolinae illico restituta est, viribus cito recuperatis, et universis morbi vestigiis prorsus ablatis. Alterius mir acuii historia haec est: Antonius Vincentii Manieri et Annae Bonifazi filius, Bononiae natus, Romae vero commorans, die sexta mensis Iunii anno millesimo nongente-

simo vicesimo sexto, nondum octavo suae aetatis anno expleto, gravi bronchitide ac pulmonitide captus est. Eemedia adhibita inutilia evaserunt, et, morbo in dies ingravescente, poenitentiae et confirmationis sacramenta puero praebita sunt. Accessere maiores febris ardores viiiumque debilitas ita ut quaevis amissa fuerit spes salutis. Frustra itaque medicamentis adhibitis, humana iam desperata op¿, ad divinum implorandum auxilium pueri parentes properarunt. Sane idem, pater, Beatae Luciae Filippini imaginem a quodam viro receptam dilecto nato obtulit, eiusdemque Beatae patrocinium una cum sua sponsa ac tota familia plena fide imploravit. Cito somnum placidissimum, amota impediti antea halitus difficultate, cepit puer. Dilucido insequentis diei vicesimae sextae Iunii, e somno excitatus, ac plena ei salute restituta, hilaris canere coepit, parentibus et ceteris qui aderant admirantibus ac laetantibus. Febris plene evanuerat, ac puer esuriens cibum petiit, comeditque avide. Ipse medicus eodem die adveniens, puerum invisendi causa, sanatum obstupuit; et quidem ex eadem die, recuperatis illico plene viribus, tam perfecta ipse puer sanitate perfrui coepit, ut non modo cibum, ut antea, sumere potuerit, sed altera die, vicesima septima Iunii, cum per vias solemni pompa Corpus Dominicum duceretur et eiusdem pueri pater votum explens, una cum uxore et aliis supplicantibus, incederei, domi vigilantem sororem ipse eludens, in viam proripuit ut supplicantium agmini sese coniungeret, magna omnium admiratione ac maxime parentum, puerum tam perfecte sanatum cernentium. In hisce igitur binis sanationibus in tuto posita miraculi veritate, praemissis, ut mos est, antepraeparatoria et praeparatoria, quas vocant, congregationibus, coram Nobis, die sexta mensis Maii vertentis anni, quaestio instituta est de iisdem miraculis, a praefato venerabili fratre Nostro Cardinale Granito di Belmonte, Causae Relatore, proposito dubio: « An et de quibus miraculis constet post indultam eidem Beatae venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur». Suffragiis Patrum Cardinalium et Consultorum constare affirmantium exceptis, Nos a supremo Nostro edendo iudicio abstinuimus ac praesentes ut in re tam gravi caeleste lumen impensius efflagitarent monuimus. Tandem die undecima Maii eiusdem anni e domestico sacello, ubi Sacrum pientissime litavimus, nobiliorem aulam Vaticanam ingressi ac pontificio solio assidentes, ad Nos arcessivimus venerabiles fratres Nostros Cardinales Camillum Laurenti, Sacrorum Bituum Congregationis Praefectum, et Ianuarium Granito di Belmonte, Causae Relatorem, una cum dilectis filiis Alfonso Carinci eiusdem Sacrae Congregationis a Secretis, et Carolo Salotti, S. Fidei Promotore generali; iisque adstantibus, solemni decreto sancivimus: « Constare de duobus miraculis, de primo: Instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Mcolinae Gennari, Magistrae Piae, a gravi tuberculosi pulmonari cum. pleuritide; de

secundo: Instantaneae perfectaeque sanationis pueri Antonii Manieri a? gravi bronco-pneumonitide bilaterali ». Unum denique inquirendum supererai an nempe, stante approbatione duorum miraculorum, *tuto* procedi posset ad solemnem eiusdem Beatae Luciae canonizationem. Quo quidem dubio coram Nobis die tertia decima Maii a praefato Cardinale Causae Relatore proposito, in generali Sacrorum Rituum Congregationis conventu, adstantes Patres Cardinales et Consultores unanimi suffragio *tuto* fieri posse responderunt; Nos vero mentem Nostram aperire dis tulimus, praesentes adhortati, ut effusis precibus divinam opem implorarent. Die ver© decima octava Maii huius eiusdem anni, salutari Hostia devotissime oblata, ad Nos accivimus praefatos Cardinales Camillum Laurenti et Ianuarium Granito di Belmonte, una cum praefatis dilectis filiis Secretario S. Rituum Congregationis et S. Fidei Promotore generali; iisque adstantibus, rite ediximus: « *Tuto* procedi posse ad solemnem Beatae Luciae Canonizationem ». His praemissis constitutisque, ut cuncta serventur, quae decessore® Nostri sapienter praescripserunt, primum dilectos filios Nostros S. R. E. Cardinales die decima nona superioris mensis Maii in Consistorio secreto adesse iussimus ipsorum sententiam rogatur! In quo dilectus filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, Sacrorum Rituum Congregationis Praefectus, compendiosa narratione vitam, virtutes ac miracula retulit Beatae Luciae Filippini Virginis, ac insuper acta universa recensuit, quae in Causa eius Beatificationis et Canonizationis, praevio rigoroso examine, Sacrorum Rituum Congregatio admiserat et approbaverat, magnoque studio omnes incendit adstantes ut ipsa summis Caelitum honoribus consecrantur. Qua relatione expleta, ipsorum Cardinalium suffragia exquisivimus: « An scilicet deveniendum sit ad solemnem praefatae Beatae Canonizationem »; et singuli Cardinales suam aperuerunt sententiam. Consistorio secreto felici successu peracto, continenter habitum est Consistorium publicum pro solemni eiusdem Beatae Canonizationis perorationé. Mmirum dilectus filius Ioannes Guasco, Nostrae Consistorialis Aulae Advocatus, relatis vita, virtutibus et miraculis Beatae, pro solemni eius Canonizatione de more institit. Curavimus interea ut venerabiles fratres Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi non modo viciniores sed etiam remotissimi, de tanta solemnitate admonerentur ut, si facultas esset, Nobis adstarent, sententiam quoque ipsi suam prolaturi. Qui cum plures in Urbem convenissent, causa plene cognita ex compendio singulis tradito tum vitae, virtutum, miraculorum Beatae Luciae Filippini, tum actorum coram Nobis et in Sacra Bituum Congregatione gestorum, Consistorio semipublico die vicesima secunda mensis Maii, coram Nobis habito, interfuerunt. Et non modo dilecti filii Nostri Cardinales, sed etiam praefati Antistites unanimi sententia ad hanc Canonizationem absolvendam cohortati sunt. Nos vero in eamdem

sententiam, in quam ipsi Cardinales et Antistites iverunt, de Beata Lucia ad summos caelitum Sanctorum honores provehenda, perlibenter discedere ediximus; ac huiusmodi solemnia in Petriani templi maiestate, eadem die qua Beata Catharina Thomas pari honore j)òndecorabitur, vicesima secunda Iunii, peragere statuimus. De quibus omnibus publicum instrumentum a dilectis filiis Protonotariis Apostolicis ad perpetuam rei memoriam confici ac in tabularium Sacrae Bituum Congregationis deferri iussimus. Interea christifideles vehementer sumus hortati ut ferventes ingeminarent preces, praesertim, in iis sacris aedibus, in quibus Sacratissimum Sacramentum publice adorandum proponeretur, ut ipsi ex tanta solemnitate uberiores fructus perciperent, Nobisque in tam gravi officii Nostri munere Spiritus Sanctus benignus adesset. Adveniente demum auspicatissima die et optatissima, universi tum saecularis tum regularis cleri Ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales, omnes denique, qui in Urbe aderant venerabiles fratres Nostri S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates in Vaticanam Basilicam cultu magnifico ornatam convenerunt; Nosque, iis omnibus solemni supplicatione praeeuntibus, eamdem, maxima fidelium frequentia stipatam, ingressi sumus. Tunc vero dilectus filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, SS. Bituum Congregationis Praefectus et huic Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto filio Augusto Milani Consistorialis Aulae Advocato, vota Nobis precesque detulit sacrorum Antistitum universaeque Magistrarum Piarum religiosae familiae, ut Beatam Luciam in Sanctorum numerum referremus. Quod cum iterum et tertio idem Cardinalis, per eundem Consistorialis Aulae Advocatum, instantius ac bastantissime egerit, Nos, caelesti lumine ferventer implorato, sic ediximus: « Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem « Fidei catholicae et christianae Beligionis augmentum, auctoritate Domini «Nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, « matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de «venerabilium fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium, Patriarcharum, «Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatam «Catharinam Thomasiam et Beatam Luciam Filippiniam Sanctas esse « decernimus et definimus ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes « ab Ecclesia universali earum memoriam quolibet anno die earum natali, « nempe Catharinam Thomasiam die quinta Aprilis et Luciam die vicesima « quinta Martii inter Sanctas Virgines non Martyres pia devotione recoli « debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen ». Denique ob tantum beneficium gratias Deo Optimo Maximo ex corde egimus, et Sacrum solemne litavimus; post autem Evangelii lectionem clerum populumque homilia allocuti sumus, in qua sancta utriusque praeclarae Virginis vita breviter recensita, quotquot aderant et universos christifideles vehe-

monter cohortari sumus ut, si Sanctas novensiles in christianae adeptione perfectionis in provehendaque proximorum salute imitari velint, ad illum unum sanctitatis fontem ardorem, vires et gratias hauriant, unde ambae hae Virgines sumpserint, ad. Christum Iesum videlicet in tabernaculi abditum., et ad divinam mensam persaepe, immo cotidie consistant. Plenariam tandem indulgentiam cunctis praesentibus peramanter importiti sumus, atque Apostolicas hasce Litteras Decretales sub Plumbo expediri mandavimus. Benedieamus igitur Patrem et Filium cum Sancto Spiritu: laudemus et superexaltemus Eum in saecula, qui per Nos hodie mirificavit Sanctas suas; et faxit ipse Deus ut beatitatem caelestem, qua Lucia et Catharina fruuntur, aliquando omnes participemus. Omnibus itaque, quae inspicienda erant, bene perpensis, certa ex scientia, apostolicae auctoritatis Nostrae plenitudine, omnia et singula praedicta confirmamus, roboramos atque iterum statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae catholicae denunciamus; mandantes ut earumdem praesentium transumptis sive exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Nostris praesentibus haberetur si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero has Litteras Nostras definitionis, decreti, mandati, et voluntatis infringere vel ausu temerario contraire aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo ac trigesimo, die vicesima secunda mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno nono.

£g Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£ B Ego IANUARIUS Episcopus Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE.

£8 Ego BASILIUS Episcopus Veliternus Cardinalis POMPLLJ.

£8 Ego MICHAEL Episcopus Tusculanus Cardinalis LEGA.

£8 Ego DONATUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis SBARBETTI.

£8 Ego THOMAS PIUS Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis BOGGIANI.

£8 Ego PETRUS tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis GASPARRI.

£8 Ego CAIETANUS tituli S. Agathae Presbyter Cardinalis BISLETI.

£8- Ego Fr. ANDREAS tituli S. Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis FRÜHWIRTH.

£8 Ego RAPHAEL tituli S. Hieronymi Hlyricorum Presbyter Cardinalis SCAPINELLI.

£8 Ego ACHILLES tituli S. Bernardi adThermas Presbyter Cardinalis LOCATELLI.

£8 Ego ALOISIUS tituli S. Georgii in Velabro Presbyter Cardinalis SINCERO.

£8 Ego BONAVENTURA tituli S. Caeciliae Presbyter Cardinalis CERRETTI.

£8 Ego HENRICUS tituli S. Bartholomaei in Insula Presbyter Cardinalis GASPARRI.

£8 Ego ALOISIUS tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis CAPOTOSTI.

£8 Ego LAURENTIUS tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis LAURI, Maior Poenitentiarius.

£8 Ego ALEXIUS HENRICUS tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis LÉPICIER.

£8 Ego EUGENIUS tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis PACELLI, a Secretis Status.

£8 Ego CAMILLUS S. Mariae Scalaris Protodiaconus Cardinalis LAURENTI.

£8 Ego IOSEPH S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis MORI.

£8 Ego FRANCISCUS S. Caesarei in Palatio Diaconus Cardinalis EHRLE.

£8 Ego ALEXANDER S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinabs VERDE.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *Cancellarius S. B. E.*

CAMILLUS CARD. LAURENTI, *S. B. C. Praefectus.*

Ioseph Wilpert, ***Decanus Collegii Protonotarium Apost.***
Alfonsus Carinci, ***Protonotarius Apostolicus.***

Can. Alfridus Liberati, ***Cane. Apost. Adiutor a studiis.***

EXPEDITA

die decima octava mensis Iulii, anno nono
ALFRIDUS MARINI, ***Plumbator.***

Beg. in Cane. Ap., vol. XLII, n. 31. **- M. Riggi.**

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE DIOECESIS S. ALOISII DE CACERES ET PRAELATURAE NULLIUS PORTUS VETERIS DISMEMBRATIONE ET NOVAE PRAELATURAE NULLIUS GUAJARAMIRENSIS ERECTIONE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Animarum cura in toto terrarum orbe Eomano Pontifici commissa postulat ut novae constituantur circumscriptiones ecclesiasticae ubi vel ob nimiam territorii vastitàtem vel ob alias iustas causas unus tantum Antistes impar sit ad sui gregis bono consulendum.

Cum itaque Nobis constet christifideles in regionibus *Guapote (ot M amore* in *Matto Grosso* degentes spiritualibus subsidiis, quibus christiana vita alitur et sustentatur, fere omnino carere, Nos, de ipsorum animarum salute magnopere solliciti, tantae eorumdem necessitati subveniendum, duximus. Quare, de venerabilium fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum consulto, accedente etiam consensu venerabilis fratris S. Aloisii de Caceres Episcopi ac dilecti filii Praelaturae *nullius* Portus Veteris Administratoris Apostolici, quorum iurisdictioni regiones illae *Guaporé* et *Mamoré* hactenus subiiciuntur, necnon habito venerabilis fratris Benedicti Aloisi Masella, Archiepiscopi titularis Caesariensis in Mauretania, in Republica Brasiliana Nuntii Apostolici, favorabili voto, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae potestatis plenitudine, a S. Aloisii de Caceres dioecesi et a Portus Veteris praelatura, quas supra diximus regionum *Guaporé* et *Mamoré* in *Matto Grosso* territorium, ad eas pro sua parte spectans, seiungimus et in novam Praelaturam *nullius,* quam *Guajaramirensem* nuncupari volumus, erigimus et constituimus. Confines autem huius novae Praelaturae a linea geographica constituentur, quae a septentrione procedens ab ostio fluminis *Biberau* in *Madeira* flumen aliquot chilometris infra villam *Murtinho,* flumen ipsum conscendit et vertit in *Cantario Grande* fluminis caput; exinde vero iuxta *Cordilheira dos Pareéis* usque ad telegraphicam, stationem *YiThena;* ex qua caput *Juruena* fluminis circumit; hinc ad occidentem versus nectit et ad *Guaporé* flumen comitatur ac tandem *Mamoré* fluvium usque ad initialem limitem. Praelaturae vero ita noviter erectae et circumscriptae sedem et cathedram

in *Guajaramirim* urbe statuimus, atque ecclesiam Deo sub Nostrae Dominae de Perpetuo Succursu titulo dicatam, ibi exstantem, ad ecclesiae praelatitiae gradum et dignitatem evehimus eidemque sedi et praelatitiae Ecclesiae eiusque pro tempore Praelatis iura omnia et privilegia tribuimus, quibus ceterae sedes et praelatitiae Ecclesiae earumque Antistites iure communi vel legitima consuetudine fruuntur in Eepublica Brasiliana; item Praelatum ipsum eiusque Ecclesiam omnibus oneribus et obligationibus adstringimus, eis ad iuris normam adnexis. Decernimus insuper ut Praelatura haec Guajaramirensis metropolitanae Ecclesiae Cuiabensi sit suffraganea et eam eiusque Praelatos Cuiabensis Archiepiscopi metropolitico iuri subiicimus. Cum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in nova hac Praelatura *nullius* canonicorum Capitulum erigatur, indulgemus ut ad tramitem iuris pro canonicis dioecesani Consultores interim instituantur. Quod vero attinet ad huius Praelaturae regimen et administrationem, ad Vicarii capitularis, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, ad aliaque huiusmodi, rite servari iubemus quae sacri canones et decreta -Concilii Plenarii Americae Latinae Bomae anno millesimo octingentesimo octuagesimo nono celebrati, praescribunt. Quod autem in particulari ad clerum spectat, statuimus ut, simulac Praelaturae erectio ad. exsecutionem mandata fuerit, eo ipso clerici censeantur adscripti Ecclesiae illi, in cuius territorio legitime exstant. Volumus insuper et mandamus ut documenta omnia et acta, quae novam hanc Praelaturam respiciunt, ad eiusdem curiam quamprimum tradantur ut in eius archivo rite serventur. In dotem autem et mensam ipsius Praelaturae assignamus et attribuimus oblationes, subsidia et bona quaecumque quae ad hoc conferentur, praeter ea quae ad hunc finem iam collecta sunt. Demum iuxta ea quae in praefato Concilio Plenario Americae Latinae decreta sunt, ab hac quoque Praelatura *nullius* eiusque sumptibus duo delecti iuvenes, aut modo saltem unus, non intermissa vice ad Pontificium Collegium Pium, Latinum Americanam de Urbe mittantur ut sub fere oculis Nostris in spem Ecclesiae instituantur.

Quibus rebus ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda, quem supra memoravimus in Brasiliana Eepublica Nuntium Apostolicum deputamus ac eidem necessarias et opportunas facultates tribuimus etiam subdelegandi ad, effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, atque definitive sententiam dicendi de quavis difficultate vel oppositione in exsecutionis actu oritura, eique onus imponamus ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses ab his Litteris receptis computandos transmittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis actus. Volumus autem ut harum Litterarum transum-

pt.is etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo cuiuslibet viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur si originaliter exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet quorum interest vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse,- sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini, autem quae a Nobis praesentibus Litteris decreta sunt, infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesinio nongentesimo vigesimo nono, die prima mensis Marth, Pontificatus Nostri anno octavo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH,
S. B. E. Cancellarius.

CAROLUS CARD. PEROSI,
S. C. Consistorialis a Secretis.

Alfonsus Carinci, ***Protonotarius Apostolicus.***
Hector Castelli, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco Cfr **Plumbi**

Reg. in Cane. Ap., vol. XL1, n. 43 - **M. Riggi.**

y.

LITTERAE APOSTOLICAE

ERIGITUR DELEGATIO APOSTOLICA CONGI BELGICI

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad regimen totius Ecclesiae, meritis licet imparibus, Domino disponente, vocati, more institutoque Eomanos Pontifices Decessores Nostros sequuti, christifidelium, qui in longinquis regionibus exstent, necessitatibus spiritualibus pro re ac tempore consulere satagimus; proindeque, data opportunitate, in regionibus huiusmodi ab hoc catholico centro dissitis, Delegatos Apostolicos Nostros congruis facultatibus exornatos constituimus. Quapropter cum in Congi Belgici latissimo territorio vicariatus plures ac praefecturae apostolicae exstent christifidelibus refertae cleroque erga religionem atque Sanctam Sedem observantissimis, atque ad magis magisque ibidem Fidei utilitatibus consulendum aptam efformari Delegationem Apostolicam opportunum videatur: Nos, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, haec decernenda in Domino existimavimus. Nimirum motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi, pro missionibus coloniae Congi Belgici itemque pro missionibus, quae in coloniis positae sunt Gubernio Belgico commissis per *mandatum,* Delegationem Apostolicam efïormamus atque erigimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac fore, suosque plenos, atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat vel in posterum spectare poterit, in omnibus plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque atque inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die X **mensis Ianuarii, anno** MDCCCCXXX, **Pontificatus Nostri octavo.**

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

II

ERIGITUR, DELEGATIO APOSTOLICA AFRICAE

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Pastoralis officii cura in universum Christi gregem Nobis divina largitate commissa Nos impenso admonet ut paterna sollicitudine ea tempestive decernamus, quae in christifidelium, atque in illorum praesertim qui territoria incolant longinqua, commodum et utilitatem atque incrementum spirituale vertere noscantur. Qua re cum ad missiones Africae magis magisque provehendas peropportunum videatur quendam Apostohcum Delegatum constituere, qui, congruis facultatibus instructus, earundem necessitatibus speciali modo prospiciat, Nos, audito consilio venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalium, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, omnibusque rei momentis attente perpensis, haec decernenda existimavimus. Nimirum, apostolica Nostra auctoritate* praesentium Litterarum tenore, Delegationem Apostolicam Africae ex nunc erigimus et constituimus. Volumus autem ut haec Delegatio singulas attingat Africae Missiones, quae Sacrae Congregationis Propagandae Fidei potestati subiectae sunt; illis tamen exceptis quae in territoriis Delegationum Apostolicarum Africae Meridionalis, Congi Belgici, Aegypti Erythreae atque Abissiniae exstant.

Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque atque inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Eomae apud. Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Ianuarii, anno MDCCCCXXX, **Pontificatus Nostri octavo.**

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

III

FINES REGUNTUR INTER DIOECESIM S APPENSEM ET ARCHIDIOECESIM SCODRENSEM.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Incumbentis Nobis pastoralis officii cura Nos instanter admonet ut, christifidelium profectui continenter intenti, ea adiuvante Domino decernere studeamus, quae spirituali illorum regimini prospiciant. Quapropter, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide praepositi sunt, motu proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi, a dioecesi Sappensi duas seiungimus paroecias, quae de *MazreTcu* et de *ShllaJcu* nuncupantur, quoniam ob nimiam earundem a sede episcopali distantiam ab Episcopo Sappensium eaedem commode regi nequeunt; ipsasque archidioecesi Scodrensi adnectimus. Eidem vero archidioecesi Scodrensi etiam tribuimus definitive paroeciam de *Staßa,* quae aliquot ante annos in ipso Sappensis ac Scodrensis dioecesium limite constituta, iam Archiepiscopo Scodrensi ad tempus commissa erat.

Haec in bonum paroeciarum earundem, attentis etiam suffragiis Delegati Apostolici Nostri Albaniae, votisque Archiepiscopi Scodrensis atque Episcopi Sappensis, in Domino statuimus; decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque pie nos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Ianuam anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

IV

FINES REGUNTUR INTER DIOECESIM POONENSEM ET ARCHIDIOECESIM BOMBAYENSEM.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Romanum Pontificem decet votis Episcoporum concedere quae eo spectent ut dioecesium necessitatibus atque incremento Fidei provide consulatur. Itaque, cum nuper venerabilis frater Archiepiscopus-Episcopus Poonensium in Indiis Orientalibus, Nos enixis precibus rogaverit ut, — cum maxima gentis Katharorum copia intra Bombayensis archidioecesis fines exstet — quaedam Poonensis dioecesis pars, quam aliae quoque incolunt gentes Katharorum, e dicta dioecesi dismembraretur, atque eadem Bombayensi archidioecesi uniretur; Nos huiusmodi vota, suffragiis aucta amplissimis Delegati Apostolici Nostri in Indiis Orientalibus, excipienda censuimus, cum spes Nobis effulgeat id bono gentis Katharorum spirituali esse profuturum. Conlatis itaque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi, a dioecesi Poonehsi vicum de *Khandala* et stationem missionariam de *Kune* separamus sive dismembramus, idemque territorium Bombayensi archidioecesi unimus.

Haec praecipimus ac statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, ilhsque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amphssime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumqueex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXV mensis Ianuarii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

EPISTOLAE

I

AD PERILLUSTREM VIRUM EUGENIUM ENGELS PRAESIDEM COETUS VIRORUM CONVENTUI CATHOLICORUM GERMANIAE LXIX APPARANDO.

PIUS PP. XI

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Nobilissima ista civitas Monasteriensis merito quidem in eo nunc gloriatur quod sedes iterum delecta sit ubi catholicorum Conventus ex Germania universa mox celebretur; cum enim Monasterienses cives iam inde a S. Ludgeri aetate, qui merito pater patriae appellatur, catholicam fidem non modo invicte semper retinuerint sed etiam ardenter profiteri consueverint, dignissimi sunt qui cum christianam gestarum rerum gloriam tum spem meliorum temporum cum ceteris Germaniae fratribus partiantur. De re igitur vehementer Nos gratulamur, imprimis quidem actuosissimo isti Episcopo, deinde tibi etfaliis de sacro ordine populoque viris qui Conventui apparando tam impensam navant operam. Nec dubitamus quin ex ista quoque congressione amplissima, quae undeseptuagesima erit, ut ex ceteris, quae iamdiu fere quotannis peractae sunt, laeti admodum salutis fructus percipiantur. Id ex argumentis ipsis portendi potest, magni sane ponderis, quae in variis coetibus tractaturi estis, quorum potissimum illud erit de *christiana educatione,* de qua Nosmet ipsi in Encyclicis Litteris recens datis fusius disseruimus. Ecquid enim magis interest communis boni reipublicae quam pueros rectis Ecclesiae principiis imbuere, ab illis erroribus pravisque corruptelis eosdem arcendo quibus humana societas misere pessumdaretur? Iamvero non solum iuvenum sed etiam hominum mentes, cuiusvis aetatis vel ordinis, catholicae sapientiae praeceptis imbuendae sunt, ut boni omnes, foederatis viribus, domesticam civilemque societatem feliciter a certo interitu eripiant. Contra haec sive monstra errorum sive maiorum pericula ac detrimenta praeclare vos quidem, ut ipsi vobis proposuistis, invictum Christi regis vexillum altius extollite, cuius nempe Nos ius ac dignitatem in Litteris Nostris Encyclicis « Quas primas » extulimus gentibus omnibus, ad easque omnes pertinere ostendimus, atque etiam vitae sive publicae sive privatae, sive domesticae sive civilis rationes omnes complecti. Ad hoc igitur immortalis Regis vexillum cunctos prorsus Germaniae catholicae homines, divina caritate atque unitate catholica devinctos coniunctosque, convocate, erigite, deque communi periculo commonendos curate; ut ad unum omnes, pro Christo rege certantes, praeclaram illam quam a patribus accepistis

hereditatem, et fidem Christi germanam integramque, catholicam scilicet, et vitae item catholico homine dignae rationes consentaneas fortiter pro pngnetis sancteque tueamini, Huic denique unanimi ac sollemniori veritatis catholicae praedicationi ac vindicationi singularis illa — quam ipsi iure commemoratis — accedet vis atque auctoritas, tum ex praestanti doctrina tum ex patrocinio Hipponensis Episcopi Augustini, cuius a sanctissimo obitu revolutum saeculum x v hoc anno celebramus. Hisce propositis fieri non potest quin quotquot sunt Monasterium conventuri, ad sananda mala et optabilia provehenda incrementa, valde conferant ad catholicae civilisque rei prosperitatem. Nos interea assistrieem Dei sapientiam enixe omnibus imploramus; ac caelestium conciliatricem munerum itemque paternae benevolentiae testem esse volumus apostolicam benedictionem, quam imprimis sollertissimo Monasteriensi Episcopo, deinde tibi, dilecte fili, tuis operis sociis ceterisque omnibus qui Conventui aderunt effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvni mensis Augusti, in festo S. Augustini Doctoris, anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. ALOISIUM, TITULI S. PETRI AD VINCULA S. R. E. PRESB» CARD. CAPOTOSTI, QUEM MITTIT LEGATUM SUUM AD EUCHARISTICUM CONVENTUM EX NATIONE ITALICA LAURETI HABENDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quamquam in augustis amplissimis que urbibus sollemniores Italiae conventus Eucharistici hucusque haberi consueverunt, nullus tamen dignior honestiorque locus quam urbs Lauretana eligi poterat quo decima huiusmodi Congressio ex Italia universa cogeretur: ibi enim sacerrimam illam Domum venerantur peregrinantes fideles, in qua ipse aeternus Deus, archangelo praenuntiante, ex Maria Virgine conceptus est. Praeclarum sane consilium id fuit sollertium virorum qui maioribus coetibus eucharisticis in Itaha provehendis dant operam. Itaque auspicato mox fiet ut arctius marialis cultus cum religione Sacramenti augusti coniungatur, quasi Virgo Mater Filio suo Unigenito triumphi viam parare velit, iuxta illud « per Mariam ad Iesum » Iamvero aliud est ipsorum virorum propositum egregia laude dignum. Cum enim Domus illa sacratissimo non modo tamquam primum fuerit tabernaculum Iesu Christi concepti, sed etiam virtutum omnium domesticarum do-

Humilium, ob Sacrae Famulae commorationem, idcirco opportune quidem recteque de christiana familia per sacrosanctam Eucharistiam*sanctifieanda in proximo Conventu agetur. Siquidem quis non videt, in hac iniquitate temporum, quantopere ad communem bonum intersit ut societas domestica virtutum robore vigeat ne una simul cum ea civilis ipsa societas periclitetur? Haec igitur christianae educationis causa cum Nos praesertim sollicitos habeat vehementer, fideles omnes hortamur ut cum saepissime Christum regem per sanctam synaxim in se recipiant, tum in suis domibus, tamquam sacris aedibus, eundem regnare contendant, auspice quidem Virgine Matre, quae hominum mediatrix est apud Deum potentissima. Ex his facile intelliges, dilecte fili Noster, quam libenter Nos Lauretano Conventui adesse quodammodo aveamus: eo magis quod Ipsimet haud ita pridem, pietatem Nostram testandi causa, cedrinam Mariae Lauretanae imaginem, illi sufficiendam quae paulo ante incendio perierat, Basilicae illi celeberrimae dono dedimus. Quapropter his Litteriste, dilecte fili Noster, qui ex Picena regione ortus es ibique tanta flores opinione et gratia, Legatum Nostrum Apostolicum eligimus, ut, personam Nostram gerens, nomine et auctoritate Nostra Lauretanae Congressioni praesis; non dubitantes quin, pro eximio tuo erga Iesum et Mariam studio, exspectationem Nostram plane digneque sustineas. Ad fructus autem quod attinet, id fore confidimus ut, continentibus illuc undique quam plurimis, omnis quidem ordinis ac aetatis, fidelibus, imprimisque, uti affertur, amplissima sacrorum Pastorum corona, cultus vulgo augeatur erga Sacramentum augustum et Virginem beatissimam; cumque Princeps pacis, Iesus Christus, sub mystieis velis delitescens, per vias urbis sollemni pompa ducetur, Maria, magna nempe Dei et hominum Mater, quasi caelo lapsa sereno, Filii sui triumphum immensumque aHorum filiorum supplicantium agmen aspiciens, iterum exclamare videbitur « Magnificat anima mea Dominum... ecce enim beatam me dicent omnes generationes... quia fecit mihi magna qui potens est et sanctum nomen eius ». Ceterum vix opus est ut Apostolicas eas Litteras hic recolamus, die vn mensis Martii anno MDCCCCXXX datas, quibus varias indulgentias, privilegia, indulta ed dispensationes Eucharisticorum Conventuum occasione largiti sumus. Interea, divinorum praenuntia munerum itemque paternae benevolentiae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, Lauretano Episcopo actuosissimo, ceterisque omnibus qui vel Conventui apparando navarunt operam vel eidem intererunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrun, die xxx mensis Augusti anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

VARSAVIENTSIS-LODZENTSIS

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

DECRETUM:

Ad utilius consulendum saluti fidelium pagorum *Albertòw* et *Jcmkòwek,* expostulatum est ab Apostolica Sede, ut ipsi, qui modo pertinent ad paroeciam Budziszewice, in archidioecesi Varsaviensi, aggregarentur ad viciniorem paroeciam Rokiciny dioecesis Lodzensis.

Porro Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI, attento consensu tam Ordinarii Varsaviensis quam Ordinarii Lodzensis, atque praehabito favorabili voto R. P. D. Francisci Marmaggi, Archiepiscopi titularis Hadrianopolitani et Nuntii Apostolici in Polonia, oblatas preces benigne excipiendas decrevit.

Quapropter eadem Sanctitas Sua, vi praesentis decreti Consistorialis, statuit ut praefati pagi *Albertòw* et *Jankòwelc* a paroecia Budziszewice et ab archidioecesi Varsaviensi separentur atque paroeciae Rokiciny dioecesis Lodzensis perpetuo uniantur, mutatis, hac ratione, finibus utriusque dioecesis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Ssmus Dominus Noster deputare dignatus est eundem R. P. D. Franciscum Marmaggi, Nuntium Apostohcum, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi, intra sex menses, ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem, authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 23 Maii 1930.

f Fr. Raphaël C. Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

L. $ S.

B. Cipriani, *Officialis.*

II

PEOVISIO ECCLESIABUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

28 Augusti 1930. — **Cathedrali Ecclesiae Sancti Galli praefecit E. D. Aloisium Scheiwiler, canonicum et rectorem paroeciae cathedralis.**

29 Augusti. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Nicopsitanae, E. P. D. Ioannem Poggenburg, Episcopum Monasteriensem, qui ideo Archiepiscopus Nicopsitanus et Episcopus Monasteriensis appellabitur.**

2 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Pastopolitanae, E. D. Hippolytum Agudelo, Vicarium generalem dioecesis Tunquensis et canonicum poenitentiarium cathedralis eiusdem Ecclesiae.**

— **Cathedrali Ecclesiae Katovicensi, E. D. Stanislaum Adamski, praepositum ac canonicum theologum capituli cathedralis Posnaniensis.**

— **Cathedrali Ecclesiae Varmiensi, E. D. Maximilianum Kaller, iam Administratorem Apostolicum Schneidemühlensem.**

16 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Alatrinae, B. D. Marium Toccabelli, parochum oppidi** *Chiari* **in dioecesi Brixiensi.**

17 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Augustanae Vindelicorum, B. D. Iosephum Kumpfmueller, canonicum et parochum ecclesiae cathedralis Batisbonensis.**

NB. - Pag. 393, lin. 16-17, loco eius quod est **Stanislaum Bronislaum** *legatwr:* **Vlodimixum Boleslaum.**

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPBOBATIONES

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI decretis Sacrae Congregationis Negotiis Behgiosorum Sodalium praepositae:

1 Decembris 1929. — **Constitutiones Instituti Sororum vulgo** *di Nostra Signora della Croce* **nuncupatarum, definitive approbavit.**

— **Constitutiones Instituti Sodalium, vulgo** *Oblati di S. Giuseppe d'Asti,* **cuius domus princeps in dioecesi Astensi sita est, definitive approbavit.**

— Institutum Sororum vulgo *Piccole Suore dell'Immacolato Cuore di Maria, del Terz'Ordine di S. Francesco* nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi Plocensi'sita est lauda vit, eiusque constitutiones ad septennium experimenti gratia approbavit.

— Institutum Sororum vulgo *Scolare del Terz'Ordine di S. Francesco di Eggenberg* nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi Secoviensi sita est, approbavit ac una simul eius constitutiones ad septennium, experimenti gratia.

— Institutum Sororum vulgo *Ministre degli Infermi di Lucca* nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi Lucensi sita est approbavit, ac una simul eius constitutiones ad septennium experimenti gratia.

27 Ianuarii 1930. — Institutum Sororum vulgo *dei Sacri Cuori di Gesù e Maria di Paramé* nuncupatarum laudav.it, eiusque constitutiones ad septennium experimenti gratia approbavit.

— Institutum Sororum a Charitate, cuius domus princeps in dioecesi ìsTamurcensi sita est lauda vit, eiusque constitutiones ad septennium experimenti causa approbavit.

— Constitutiones Instituti Sororum vulgo *della Compassione della Beatissima Vergine Maria Addolorata* nuncupatarum, definitive approbavit.

— Institutum Sororum vulgo *Serve del Ssmo Sacramento di Caracas* nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi Caracensi sita est, laudavit, eiusque constitutiones ad septennium experimenti gratia approbavit.

— Institutum Sororum vulgo *dei Sacro Cuore del Verbo Incarnato* nuncupatarum, cuius domus princeps in Urbe sita est, approbavit ac una simul eius constitutiones ad septennium experimenti gratia.

— Constitutiones Instituti Sororum vulgo *Serve di S. Giuseppe* nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi Salmantina sita est ad sep • tennium experimenti gratia approbavit.

— Constitutiones Sororum vulgo *Figlie di S. Giuseppe* nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi S. Iacobi de Chile sita est, approbavit ad septennium, experimenti gratia.

— Institutum Sororum vulgo *Figlie della Carità del Ssmo Cuore di Gesù* nuncupatarum, laudavit eiusque constitutiones ad septennium experimenti gratia approbavit.

3 Martii 1930. —• Constitutiones Instituti Sodalium vulgo *Gioseffiti di Grammont,* cuius domus princeps in dioecesi Gandavensi sita est, definitive approbavit.

— Constitutiones Instituti Sororum vulgo *de la Providence de Portieux* nuncupatarum, definitive approbavit.

— **Institutum Sororum vulgo *Terziarie Domenicane di S. Caterina da Siena,* Arenberg, cuius domus princeps in dioecesi Trevirensi sita est, approbavit ac una simul eius constitutiones ad septennium tantum experimenti causa.**

— **Constitutiones Instituti Sororum vulgo *della Dottrina Cristiana* nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi Hispalensi sita est, definitive approbavit.**

12 Maii 1930. — **Institutum Sororum vulgo *Figlie del Purissimo Cuore della B. M. V.* nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi Varsaviensi sita est, approbavit una cum eius constitutionibus, sed bas ad septennium tantum experimenti causa.**

— **Institutum Sodalium vulgo *Fratelli Francescani di Monte Bellew-Islanda, dei Terz^Ordine Begolare di S. Francesco* nuncupatorum, cuius domus princeps in archidioecesi Tuamensi sita est laudavi t, eiusque Constitutiones ad septennium experimenti gratia approbavit.**

— **Institutum Sororum vulgo *Hermanas Amantes de Jesús, Hijas de Maria Inmaculada* nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi Piacentina Hispaniae sita est, laudavit eiusque constitutiones ad septennium experimenti gratia approbavit.**

— **Institutum Sororum vulgo *Carmelitane del Divin Cuore di Gesù* nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi Ruremondensi sita est, eiusque constitutiones definitive approbavit.**

— **Institutum Sororum a S. Ioseph, cuius domus princeps in dioecesi Angelorum S. Didaci sita est, laudavit eiusque constitutiones ad septennium experimenti gratia approbavit.**

— **Institutum Sororum vulgo *Francescane Missionarie di S. Giuseppe* nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi Salfordensi sita est, laudavit, eiusque constitutiones ad septennium experimenti gratia approbavit.**

— **Institutum Sodalium vulgo *Aumôniers du Travail* nuncupatorum, cuius domus princeps in archidioecesi Mechliniensi sita est laudavit, eiusque constitutiones approbavit ad septennium experimenti gratia.**

SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt :

28 Iunii 1930. — R. D. Petrus Falière, e Societate Parisiensi pro Exteris Missionibus, *Vicarius Apostolicus Birmaniae Septentrionalis.* /

— R. P. Thomas Emmet, e Societate Iesu, *Vicarius Apostolicus Jamaicae.*

18 Iulii. — R. D. Franciscus Liou Hin Wen, e clero saeculari vicariatus de Luanfu, *Vicarius Apostolicus de Fenyang.*

23 Iulii. •— R. P. D. Raphael Angelus Palazzi, Episcopus titularis Narensis, *Vicarius Apostolicus de Hengchow.*

24 Iulii. — B. P. Ioannes Ouvelier, e Congregatione Sanctissimi Redemptoris, Episcopus titularis electus Circesiensis, *primus Vicarius Apostolicus de Matadi in Congo Belgico.*

— R. D. Ignatius Canazei, Episcopus titularis electus Carystensis, e Societate S. Francisci Salesii, *Vicarius Apostolicus de Shinchow.*

2 Augusti. — B. D. Alexander Paulus Chabanon, e Societate Parisiensi pro Exteris Missionibus, *Coadiutor cum iure futurae successionis Vicarii Apostolici de Sue.*

Praeterea Sacra Congregatio de Propaganda Fide, datis decretis, renunciavit ad suum beneplacitum :

12 Februarii 1930. — R. P. Martinum O'Gara, e Congregatione Clericorum excalceatorum Ss. Crucis et Passionis D. N. I. C, *Praefectum Apostolicum de Shenchow.*

19 Februarii. — R. P. Ludovicum Lapierre, e Societate missionum exterarum de Pont-Viau, *Praefectum Apostolicum de Sze-ping-Tcai.*

1 Aprilis. — R. P. Ioannem E. Morris, e Societate missionum exterarum de Maryknoll, *Praefectum Apostolicum de Peng-yang.*

8 Aprilis. — R. P. Guhelmum Thomam Porter, e Societate Lugdunensi missionum ad Afros, *Praefectum Apostolicum Nigeriae septentrionalis.*

29 Aprilis. — B. P. Ignatium Larraüaga Lasa, O. F. M. Capuccinorum, *Praefectum Apostolicum de Pingliang.*

30 Aprilis. — R. P. Bogerium Cazzanelli, O. F. M., *Superiorem ecclesiasticum missionis de Hwangchow.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO

Si rende noto che le domande di ammissione degli ecclesiastici allo Studio della Sacra Congregazione del Concilio, per la pratica giuridica ed amministrativa, si ricevono in questa Segreteria dal 20 Ottobre al 20 Novembre.

Dalla Segreteria della Sacra Congregazione del Concilio, 1° Ottobre 1930.

G. Bruno, *Segretario.*

TRIBUNALE DELLA S. R. ROTA

Mercoledì 1° Ottobre ebbe luogo nel Palazzo Apostolico Vaticano la solenne inaugurazione dell'anno giuridico. Dopo la Messa dello Spirito Santo e la prestazione del giuramento, gli Ululi e Rmi Prelati Uditori furono ammessi alla presenza del S. Padre, il quale poi, assisosi sul Trono nella sala ove erano convenuti anche gli Ufficiali e Avvocati del Sacro Tribunale, ascoltò il seguente indirizzo, letto dal Revmo Monsig. Massimo Massimi, Decano :

Beatissimo Padre,

Nell'anno giuridico, che chiudemmo a mezz'agosto, furono definite *sessantacinque* cause, senza dire delle molte altre che ebbero termine in seguito a perenzione, o a rinunzia, o altrimenti. Tra le cause definite figurano le due *Taurinen.-Jurium,* delle Chiese collegiate di Giaveno e di Carmagnola. Le due cause, aventi per oggetto controversie, più che annose, secolari, avevano assunto proporzioni gigantesche, per i molti dubbi proposti, per l'enorme mole di documenti addotti dalle parti, per le scritture degli avvocati estese a più migliaia di pagine. Così straordinariamente laboriosa fu la loro definizione.

Anche in altro campo il decorso anno giuridico si mostrò pieno di vita. Parlo dello *Studio* del Nostro Tribunale, in cui si esercitarono settanta dottori in diritto, di tutte le nazioni. Negli anni precedenti non avendo mai raggiunto gl'iscritti il numero di cinquanta, abbiamo avuto un balzo in avanti, pieno di promesse. La maggioranza dei praticanti non è destinata ad esercitare la professione di avvocato rotale in Roma, ma a tornare in diocesi, dove

porterà un prezioso contributo per il buon funzionamento dei Tribunali Vescovili, con grande vantaggio comune, anche della Rota, che, Tribunale di appello, vede talvolta il suo compito reso estremamente difficile dalle deficienze tecniche dei Tribunali di prima istanza. L'esempio degli Ordinari, che si rendono conto dell'importanza della cosa, inviando anche da lontane regioni un sacerdote allo *Studio* del Nostro Tribunale, vuole essere additato all'imitazione degli altri.

In seguito al Concordato tra la Santa Sede e l'Italia e ai desideri delle Curie italiane, manifestati da S. E. il Ministro Guardasigilli, la Santità Vostra accordava, per un quinquennio, al Collegio Rotale la facoltà di ammettere a patrocinare nel Nostro Tribunale, per difendere le cause di cittadini o enti italiani, gli avvocati esercenti presso i Tribunali del Regno d'Italia, sotto condizioni tassativamente determinate. Valendoci di tale facoltà, abbiamo già ammesso a patrocinare in Rota alcuni illustri professori delle R. Università italiane, la cui competenza, specializzata nei vari rami del diritto, non sarà inutile al Nostro Tribunale.

In quest'occasione abbiamo avuto modo di vedere quanto sia apprezzata la Rota nell'ambiente forense e universitario italiano. Di cui uno dei più noti rappresentanti ci scriveva, esprimendo la sua alta soddisfazione « per l'onore di essere ammesso a patrocinare dinanzi al primo Tribunale del mondo». Si è così ripetuto per l'Italia ciò di cui poco prima ci aveva dato prova la Germania, che nella geniale pubblicazione dal titolo: *I Tribunali Supremi,* destinata a commemorare il cinquantenario del Tribunale dell'Impero, collocava la Rota in posto d'onore.

Tali cose non possono ispirarci vana compiacenza, se pensiamo che è alla Chiesa cattolica che si deve attribuire essenzialmente la maestà del Nostro Tribunale, che non ha limiti territoriali, e che la simpatia di cui ha sempre goduto, particolarmente nel mondo scientifico, va ascritta alla singolare sapienza giuridica dei nostri predecessori, che ci lasciarono quelle decisioni *mirabili,* come, con parola che riassume il pensiero comune, le chiama il Brugi nelle sue *Istituzioni di diritto civile italiano* (3ª ediz., pag. 9). Ora noi non sappiamo quale giudizio saranno per dare i posteri delle decisioni nostre e ciò basta a incuterci timore. Però la nobiltà ci obbliga a fare quanto più e quanto meglio possiamo per non essere degeneri, bene avvertendo che la gloria della Rota, più che dei singoli, è gloria della Chiesa e precisamente della Sede Apostolica.

Con questi pensieri, con questi propositi, apriamo il nuovo anno giuridico. Li abbiamo poco fa presentati al Signore, innanzi all'Altare, là dove abbiamo rinnovato il giuramento di Compiere diligentemente il nostro dovere, animandoci con la fiducia che non ci verrà meno la grazia di Colei, che può aiutarci. E ora li presentiamo al Trono della Santità Vostra, affinchè con la sua parola ci scuota salutarmente, e con la Sua benedizione soavemente ci conforti.

A tale indirizzo V Augusto Pontefice rispondeva con un breve discorso.

Prima di impartire la richiesta apostolica benedizione — che Sua Santità desiderava fosse larghissima a tntti i presenti di santi e salutari conforti — il Santo Padre rilevava la felicissima superfluità di una parola che h scotesse, giacche alla loro coscienza altissima del dovere, allo zelo che essi portavano nella trattazione della moltitudine di cause, delle quali qualche cenno aveva ascoltato dalle parole del degnissimo Decano, nulla si sarebbe potuto aggiungere; pertanto, invece di una parola che li scotesse, Sua Santità era ben lieta di rivolgere loro una parola di congratulazione per l'opera loro così bene, così coscienziosamente compiuta, come ben si poteva aspettare da anime che sentono di lavorare non solo nel cospetto di tutto il mondo, ma più ancora alla presenza di Dio e della sua Chiesa. In particolare Sua Santità si rallegrava dell'aumento dei giuristi che hanno frequentato lo Studio del Tribunale. Veramente è in questo fatto una grande promessa di reciproci vantaggi che dal centro si diffonderanno alla periferia e dalla periferia ritorneranno al centro. È perciò degno di ampia lode il gesto dei Vescovi che, anche da regioni lontane, hanno mandato i loro sacerdoti a Roma ad apprendere, frequentando lo studio del Tribunale della S. Rota, come le cause vanno trattate e si trattano. Il Santo Padre pertanto, mentre proponeva questo gesto alla imitazione di tutti, lo faceva anche oggetto del suo più caldo elogio.

Aggiungeva ancora Sua Santità di sentirsi lietissimo della collaborazione degli avvocati e degli studiosi di diritto italiani alla Sacra Rota, nè poteva fare a meno di dividere con i suoi ascoltatori la gioia per le espressioni e testimonianza di altissima stima che essi avevano raccolto. Sono testimonianze che non possono lusingare la personale meschina vanità e l'amor proprio. La grandezza della Rota viene dalla maestà della Chiesa cattohca e della Santa Sede e perciò la compiacenza degli omaggi che essa riceve deve **avere per loro il significato di profonda consolazione e soddisfazione di avere in qualche modo portato l'opera propria come degna continuazione del passato, cosi da meritare anche oggi quella stessa testimonianza che i predecessori con tanta larghezza hanno raccolto nel passato. Nessun conforto più alto e più degno potrebbe offrirsi a figli devoti di Dio Padre, della Santa Chiesa comune Madre, e della Santa Sede Apostohca, quah erano coloro a cui in quel momento il Santo Padre rivolgeva la parola e nei quali Sua Santità si compiaceva di riconoscere, quanto vahdi, altrettanto preziosi strumenti di governo e di regime. - Con questi sentimenti, con queste, più che auguri, larghe e confortanti visioni dell'avvenire, il Santo Padre impartiva a tutti i presenti la benedizione apostolica come inizio ed auspicio del nuovo anno giuridico, dei nuovi lavori ai quali essi stavano per accingersi.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

3 Luglio 1930. **L'Illmo e Bevmo Monsig. Carlo Salotti, Vescovo tit. di Filippopoli di Tracia,** *Segretario della Sacra Congregazione di Propaganda Fide.*

» . » » **LTllmo e Bevmo MOD sig. Vincenzo Santoro,** *Assessore della Sacra Congregazione Concistoriale.*

» » » **L'Illmo e Revmo Monsig. Giuseppe Bruno,** *Segretario della Sacra Congregazione del Concilio.*

26 » » **L'Ululo e Revmo Monsig. Benedetto Benzoni,** *Sotituto della Sacra Congregazione Concistoriale.*

19 Settembre 1930. **Il Rmo P. Giovanni Stein, della Compagnia di Gesù,** *Direttore della Specola Vaticana.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante,, si è degnato di nominare:

1 Settembre 1930. **L'Enfio Sig. Cardinale Eugenio Pacelli,** *Protettore della Pia Opera di Montligeon.*

6 » » **L'Emo Sig. Cardinale Gaetano Bisleti,** *Protettore dell'Almo Collegio Capranicense.*

12 » » **L'Emo Sig. Cardinale Francesco Ehrle,** *Protettore dell''Arciconfraternita di S. Maria della Pietà in Campo Santo dei Teutonici e Fiamminghi* **(Boma).**

Prelati Domestici di S. S. :

5 Aprile 1930. **Monsig. Giuseppe Garcia Goldaraz, della diocesi di Madrid.**

5 Agosto » **Monsig. Filippo Bernardini (Boma).**

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

17 Luglio 1930. **Al sig. Guglielmo Wilson Barker, dell'archidiocesi di Firenze.**

7 Agosto » **Al sig. dott. Paolo Bruening, dell'archidiocesi di Colonia.**

La Commenda dell''Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

1 Settembre 1930. **Ài sig. Enrico Poupon, della diocesi di Digione.**

9 » » **Al sig. avv. Antonio Iodice, dell'archidiocesi di Napoli.**

12 Settembre 1930. **Al Sig. cav. Pio Manzia (Roma).**
» » » **Al sig. Emerico Reischl, della diocesi di Weszprimia.**

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 Giugno 1930. **Al sig. Pietro Seletti, della diocesi di Cremona.**
27 Agosto » **Al sig. conte Raul Du Faur de Pibrac, della diocesi di Tolosa.**
» » » **Al sig. avv. Giuseppe Peyrusse, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Enrico Arnoldo Maria Werner, della diocesi di Harlem.**

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

29 Aprile 1930. **Al sig. dott. Giovenale de Aranjo, della diocesi di Funchal.**
14 Maggio » **Al sig. Vittorio Giachetti, dell'archidiocesi di Torino.**
31 » » **Al sig. Cario Bernardo Tosi (Roma).**
3 Giugno » **Al sig. Ernesto Spinelli (Roma).**
14 » » **Al sig. Giuseppe Aide, dell'archidiocesi di Milano.**
26 » » **Al sig. rag. dott. Ermete Guenzani, della medesima archid.**
. *17 Luglio* » **Al sig. Emilio Binato, della diocesi di Iesi.**
12 Agosto » **Al sig. Giovanni Angelo Catella (Roma).**
» » » **Al sig. Averardo Conti (Roma).**
19 » » **Al sig. cav. Bernardo Ferreri, della diocesi di Casale.**
27 » » **Al sig. cav. Enrico Plevna, della diocesi di Novara.**
5 Settembre » **Al sig. Carlo De Micheli, dell'archidiocesi di Milano.**
12 » » **Al sig. cav. Mario Seganti (Roma).**
» » » **Al sig. cav. Ernesto Coletti (Roma).**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

20 Gennaio 1930. **Al sig. Alberto Zammit, del vicariato apostolico dell'Egitto.**
20 Marzo >> **Al sig. Alberto Perricone, dell'archidiocesi di Palermo.**
28 Giugno » **Al sig. ing. Giuseppe Breccia, dell'archidiocesi di Fermo.**
» » » **Al sig. Costantino Ghilardi (Roma).**
9 Luglio » **Al sig. Carlo Giuseppe Bettez, dell'archidiocesi di Ottawa.**
17 » » **Al sig. Pietro Roggendorf, dell'archidiocesi di Colonia.**
18 Luglio » **Al sig. Gabriele Argoat, della diocesi di Saint-Brieuc.**
21 » » **Al sig. Arturo Del Beccaro, della diocesi di Casale.**
22 » » **Al sig. Domenico Berardi, della diocesi di Gaeta.**
24 » » **Al sig. Giuseppe Gianfranceschi (Roma).**
» » » **Al sig. Alfredo Tani (Italia).**
28 » » **Al sig. ing. Felice Remiddi, della diocesi di Velletri.**
18 Agosto » **Al sig. dott. Giovanni Giovannone (Italia).**
20 » » **Al sig. dott. Vincenzo Bernardelli, della diocesi di Brescia.**
23 » » **Al sig. Salvatore De Donno, dell'archidiocesi di Bari.**
13 Settembre » **Al sig. Giulio Stoppa (Roma).**

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si e degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

24 Gennaio 1930. **Monsig. Donato Guimbaolibot, della diocesi di Calbayog.**
1 Maggio » **Monsig. Giovanni Wiblinger, della diocesi di Leitmeritz.**
» » » **Monsig. Lorenzo Schindler, della medesima diocesi.**
19 Giugno » **Monsig. Leopoldo Krebs, dell'archidiocesi di Vienna.**
» » » **Monsig. Giuseppe Tongelen, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Cristoforo Karst, della diocesi di Berlino.**
» » » **Monsig. Giovanni Pricci, della diocesi di Conversano.**
26 » » **Monsig. Erberto Hall, dell'archidiocesi di Westminster.**
3 Luglio » **Monsig. Antonio Tappehorn, della diocesi di Osnabrück.**
7 *Agosto* » **Monsig. Carmelo Tiso, dell'archidiocesi di Benevento.**
» » » **Monsig. Raffaele Cataldo, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Giuseppe Fina, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Domenico Cerza, della medesima archidiocesi.**

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

20 Giugno 1930. **Sig. Aymler Maude, dell'archidiocesi di Westminster.**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

19 Giugno 1930. **Monsig. Alberto Schubert, dell'archidiocesi di Vienna.**
» » » **Monsig. Vittore Schimanek, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Francesco Ringberger, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Augusto Kube, della medesima archidiocesi.**
24 » » **Monsig. Ulderico Sardi, della diocesi di Volterra.**
28 Luglio » **Monsig. Giuseppe Leufkens, della diocesi di Münster.**

Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

24 Luglio 1930. **Sig. Guglielmo Considine, dell'archidiocesi di S. Andrea e Edimburgo.**

NECROLOGIO

27 Agosto 1930. **Monsig. Ippolito De la Celle, Vescovo di Nancy e Toul.**
7 *Settembre* » **Monsig. Pietro Benedetti, Arcivescovo tit. di Tiro.**
12 » » **Monsig. Spiridione Poloméni, Vescovo tit. di Buspe.**

Annus XXII - Vol. XXII 4 Novembris 1930 Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PJ1 PP. XI

LITTERAE DECRETALES

BEATUS THEOPHILUS A CURTE, SACERDOS PROFESSUS ORDINIS FRATRUM MINORUM, SANCTORUM FASTIS ADSCRIBITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Arbor bona, piantata in vinea Domini a viro illo sanctissimo, qui, corde pauper et humilis, virtute omnigena ditissimus, merito alter Christus appellatur, numquam suavissimos destitit flores germinare et mirae sanctitatis fructus facere. Ex hac feracissima arbore singularis vir prodiit, qui Ordinis sui Conditoris vestigia insequens, mira in Deum et proximum caritate exarsit, Beatus Theophilus a Curte, quem, nova miraculorum gloria coruscantem, in caelitum Sanctorum numero hodie adscribimus. A Ioanne Antonio de Signori et Maria Magdalena Arrighi, parentibus vitae morumque integritate praestantibus et antiquo genere clarissimis, Curiae in Corsica ortum duxit die trigesima mensis Octobris anno millesimo sexcentésimo septuagesimo sexto Beatus Theophilus, cui nomen Blasii impositum est in sacris Baptismi undis. Optime a piis parentibus institutus, adhuc puer ita se gessit ut omnes in eo studium pietatis, suave ingenium vitaeque innocentiam valde admirarentur. A puerilibus ludis abhorrens, silentio, solitudini et orationibus vacans, aequales ad pias exercitationes exemplo et verbis adhortabatur, illosque saepe ad se vocabat, ut sermones eis repeteret quos in ecclesia audi-

verat. Vix primum adulescentiae limen attigerat, quum in Franciscanum familiam ingredi coepit cogitare, et consilium suum parentibus patefecit; quos vero diu reluctantes expertus est. At, Deo propitio, quod vehementer optabat, tandem perficere potuit et in patrii oppidi Franciscanum Ordinis Minorum coenobium est ingressus, ibique die vicesima prima mensis Septembris anno millesimo sexcentésimo nonagésimo tertio asperas instituti seraphici vestes induit, ac proprium Blasii nomen in Theophili commutavit, quasi nomine ipso suo caritatem in Deum qua flagrabat profiteretur. In ipso vitae claustralis exordio, christianae perfectionis formam apprime referre visus est: semper in opere primus, in ordine vero humilitatis causa postremus. Religiosae disciplinae observantissime exstitit ita ut tyronibus et provectioribus sodalibus praeclarum seraphicae vitae exemplar merito haberetur. Adeo amore in Deum dum preces funderet, flagrabat, ut caelestis ille ignis ex eius ore et oculis emicare videretur. Immaculatam Deiparam suavibus prosequebatur pietatis officiis eamque matrem dulcissimam appellare solebat. Die vicesima secunda mensis Septembris anno millesimo sexcentésimo nonagésimo quarto in patrio coenobio sollemnia vota nuncupavit et philosophiae studium magna cum laude inchoavit, quod deinde Romae absolvit; Neapolim postea missus ut theologicis disciplinis operam daret. Hac in urbe degens, Puteolis die tricésima mensis Novembris, anno aetatis suae vigesimo quarto, primum sacra litavit ac Neapoli primitias sacerdotii Deo libavit; Dum haec ageret, nihil praetermisit ut, sicut ad animi perfectionem, virtutem ac pietatem, ita ad culturam mentis doctrinam acquireret, et tantos brevi tum in litterariis tum in philosophicis divinisque disciplinis progressus fecit ut dignus visus fuerit, qui Lectoris titulo decorantur. Sed cito latior patuit Theophilo campus, in quo mirifice sese exercere potuit. Nam in Aracaelitanum coenobium in Urbe redire debuit, ut publico examini ad sacrae Theologiae cathedram obtinendam se subiiceret, sed prius in oppidum, quod olim *Givitella* nunc vero *Bellegra* nuncupatur, se contulit, ut in obscuro abditoque recessu, in quo rigidior vigebat regularis observantia, per aliquot dies spiritualibus vacaret exercitationibus. Quod certe non sine Dei consilio fuit. Beatus enim Thomas a Cora, mirae sanctitatis vir, illius recessus tunc optimus moderator, Theophilum ut ibi maneret ac strictiorem regularem disciplinam amplecteretur enixe hortatus est. Sed Theophilus etsi sanctioris asperiorisque vitae cupidissimus, anceps adhuc quid faceret, Romam se restituere voluit. At cum Tiburem pervenisset, in foveam casu decidit simulque femur graviter tractum animadvertit. Romam transvectus, in coenobio Aracaelitano mansit usquedum sanitatem recuperaret. In hac vero calamitate quaenam de se voluntas Dei esset clare percipiens, salutaria Thomae a Cora consilia sequi firmiter statuit, ac a

moderatoribus suis humili prece flagitavit ut in recessu Bellegrensi commorari posset. Voti compos factus Beatum Thomam, quem vitae innocentia simillimum laborumque apostolicorum comitem habebat, sanctae aemulationis exemplar sibi proposuit, atque asperrimum vitae genus, quod forti animo amplexus est, in suo Ordine roborare vel in pristinum florem revocare cogitavit. Qua de re demandatum sibi habuit difhcillimum munus arctioris rigidiorisque disciplinae nonnullis in sui Ordinis coenobiis ac recessibus provehendae. Ipse autem summo flagrans zelo, innumeris f ei e difficultatibus alacri et forti animo devictis, propositum finem, Dei fretus auxilio, adeptus est. Primum Crustumerinum recessum in pristinum florem revocavit; deinde alium in patria insula in oppido *Zuani,* non paucis contradictionibus prudenter superatis, instituit; alium tandem in oppido Etmriae intra fines sito dioecesis S. Miniati, cui Phicecli nomen — vulgo *Fueecchio*— ubi mira exhibuit apostolici zeli testimonia. Merito igitur sacrorum recessuum propagator a Franciscalibus appellatus est. Sanctus enim vir, ut ad pietatis officia excolenda regularemque disciplinam adamussim servandam sodalium animos alliceret, probe noscens iis omnibus virtutibus se ipsum abundare oportere, ad quas alios excitaret, verba exemplo confirmare semper studuit. Quare paupertatem, obedientiam, castitatem, caritatem aliasque omnes virtutes summo studio exercuit. Paupertatem adeo dilexit ut in victu cultuque vilissima semper requireret, vestibus uteretur obsoletis, et saepe ostiatim stipem pro religiosa cui praeerat familia rogaret. Ad obedientiam quod attinet, nullam unquam moram parendi interposuit, cum de Superiorum mandatis agebatur. Ingenuam simplicitatem et morum candorem corporis castigatione servavit; sed praecipue enituit eius caritas in invisendis aegrotis, morientibus usque ad extremum spiritum assidendo, in opem ferendo egenis, in maestis solandis, in ancipitibus consilia praebendo, opera prout res postularet proximos iuvando. Nec sodalibus tantum Theophilus verbo et exemplo profuit, sed. etiam christianae plebi in sacris expeditionibus sibi commissis permagna ac salutaria auxilia suppeditavit; nam die ac nocte in concionibus habendis et confessionibus excipiendis totus fuit. Plures itaque Etruriae Antistites, Servi Dei sanctitatis fama permoti, certatim illius ministerio in missionibus et spiritualibus exercitationibus utebantur. Et Beatus ipse Theophilus tanta alacritate et constantia sacri huiusce muneris partes explevit, ut neque virium debilitate, neque viarum asperitate, neque hospitii squalore, neque caeli inclementia unquam retardaretur; ac divini verbi praeconi frigoris et aestus patientia par, dum municipia, oppida et pagos pedes circumiret. E tantis vero ac diuturnis laboribus lectissimi ac saluberrimi manarunt fructus: non paucae enim simultates eius industria sublatae fuerunt, vitia saepius inveterata avulsa, pax inter dome-

sticos parietes non raro restituta, invecta morum integritas, pietas aucta et animarum salutis studium est excitatum, adeo ut tum Phicecli oppidi, tum universae S. Miniati dioecesis apostolus Beatus Theophilus iure meritoque habitus ac vocatus fuerit. Talis cum esset, longe lateque de ipso fama percrebuit: nihil ergo mirum si, cum ipse patriam insulam altera vice relinquens, condito in ipsa Franciscali recessu, solvit in Italiam, magna populi morantis reditum turba comitante, navem conscendit. Saepenumero et in itinere et in concionibus catervatim ad eum confluebat cupida audiendi et videndi multitudo. Neque ei divinum defuit testimonium: scrutationis enim cordium et prophetiae dono enituit; multaque ab ipso dum mortalem duceret vitam prodigia patrata feruntur. Tandem dum annum ageret aetatis suae quartum et sexagesimum, in recessu Phicecli, quem potissimum virtutibus suis illustrarat, meritis plenus in osculo Domini placidissime quievit die decimanona mensis Maii anno salutis millesimo septingentésimo quadragesimo. Eum vita functum tamquam parentem suavissimum non tantum sodales, sed populus quoque multis honestarunt lacrimis, eo quod insignem sanctimoniae famam reliquisset, quae, vigens adhuc et in patria insula et in Etruria, patratis ad eius sepulcrum miraculis, in dies crevit et inclaruit.

Quapropter, inito de his omnibus examine, de Beatorum caelitum honoribus ei decernendis causa non sero ad Apostolicam Sedem delata est; et agitata quaestione de virtutibus, quibus ipse Dei Famulus enituit, habitisque processu temporis e re disquisitionibus aliisque omnibus de iure absolutis, Pius Papa Septimus fel. rec, Praedecessor Noster, rite pronuntiavit Theophilum a Curte virtutes in gradu heroico exercuisse, edito decreto die octava mensis Septembris anno millesimo octingentesimo decimo septimo. Deinde Leo Papa Tertiusdecimus cl. m., et ipse Praedecessor Noster, decreto solemniter evulgato die vicesima tertia mensis Maii anno millesimo octingentesimo nonagésimo quinto, de binis miraculis venerabilis Servi Dei intercessione a Deo patratis, suprema Apostolica auctoritate constare declaravit: dé primo nempe de instantánea et perfecta sanatione, ope Dei Famuli invocata, puellae Iosephae Aleati a diuturna *coxalgia;* de altero vero de perfecta constantique sanatione Francisci Tonietti ab *inveterata paraplegia,* qua erat affectus. Die autem quarta decima insequentis mensis, in festo S. Bonaventurae, Franciscalis Ordinis fulgidissimi sideris, in Aedibus Vaticanis, adstantibus venerabili fratre Nostro Vincentio S. B. E. Cardinale Vannutelli, Causae relatore, et bo. me. Caietano Cardinale Aloisi Masella, Sacrorum Bituum Congregationis Praefecto, nec non bo. me. Aloisio Tripepi, a secretis eiusdem Sacrae Congregationis, et Augustino Caprara, Sanctae Fidei Promotore generali, idem praefatus Summus Pontifex *tuto*

procedi posse ad Beatorum honores venerabili Theophilo a Curte sanciendos edixit. Quod decretum publici iuris fieri, in Sacrorum Bituum Congregationis acta referri iussit, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemniis expediri mandavit die vicesima quarta Septembris eiusdem anni, et die decima nona Ianuarii, insequenti anno millesimo octingentesimo nonagésimo sexto idem Dei Servus solemniter inter Beatos relatus est.

Novis vero prodigiis accedentibus quae post indultam Beato Theophilo venerationem, eius auxilio implorato, patrata asserebantur, inclyta Fratrum Minorum familia instante, idem Praedecessor Noster Leo Decimustertius die vigesima sexta mensis Februarii anno millesimo nongentesimo primo Causae reassumptionem sua manu signavit. A dilecto igitur filio Antonio Maria Santarelli ex Ordine Fratrum Minorum, huius Causae sedulo Postulatore, duphces prodigiosae sanationes, eodem deprecatore Beato Theophilo a Curte obtentae, ut de iisdem actio instrueretur propositae sunt. Primo loco prodigiosa sanatio recensebatur Sororis Teresiae Ulivelli, in monasterio S. Salvatoris loci vulgo *Fucecchio* in dioecesi S. Miniati Clarissae; quae, anno ineunte millesimo nongentesimo undevigesimo, sexagesimo tertio aetatis suae, vehementissimis doloribus capta est in regione abdominali. Medici ad infirmam visendam arcessiti pleno consensu agi aestimaverunt de interno cisto-adenomate ovarico multiloculari, quod nullo modo curari posse nisi adhibito chirurgico remedio dixerunt. Ipsa vero ferro subiici firmiter recusavit. Etsi dein a morbo paullum refici videretur, intima tamen tumoris elementa aegrotam saepe divexabant ac tumor magis augeri coepit, morbique symptomata in dies ingravescebant, et per quinquennium Teresiam, quae nisi levissimo cibo vesci poterat, quam maxime excruciavere. Ita ventum est ad anni millesimi nongentesimi vicesimi quarti aestatem, quo tempore repente res corruit. Tunc enim virus illud ac pus in tumore latens in phlogosim erupit, indeque orta sepsis in altam exsiluit febrim; ac medicus denuo arcessitus chirurgicam sectionem omnino necessariam ad infirmam curandam dixit: quae vero, suam perpendens iam senescentem aetatem, iterum prorsus constanterque renuit'. Nihil aliud ei supererai, morbo tam graviter ingravescente, nisi morti sese parare. Omni igitur humano auxilio plane recusato, ad Beati Theophih intercessionem coniungere, ut sanaretur, suasa est. Quare die vigesimaquinta mensis Augusti Teresia et Sorores Clarissae novendiali supplicationi pro sanitate a Deo Beati Theophih intercessione impetranda initium dederunt. Attamen febris augescebat, addito vomitu eoque violentissimo. Sed sanationis iam properabat momentum. Illucescente enim altera Septembris die, expletis novenariis quas diximus precibus, aegrota e lecto surgere statuit et sacram Synaxim

recipere voluit, qua sumpta, non sine suimet et omnium sodalium admiratione bene valere se sentiens, Missae sacrificio in choro adsistere potuit. Febris tamen per aliquot dies una cum tumore permansit usque dum die octava sequenti Teresia summo mane ad aeris campani sonitum, post plurium horarum placidissimum somnum expergefaeta, e lectulo surrexit mire certa suae sanationis. Alacri namque gressu e cubiculo exivit, ad communes sodalium orationes descendit, sacram Synaxim suscepit, cibum sumpsit ac per totum diem cum sororibus consuetis laboribus indefesse vacavit. Haec omnia recuperatae valetudinis signa in oculis omnium sodalium manifestata sunt; nihilosecius ignorabatur a plurimis portenti splendor: etsi enim sodales ad valetudinem mirereversam Teresiam vidèrent, etsi illa brevi suae sanationis assertione prodigio se donatam asseruisset, etsi a sodale quadam de oificio revelandi prodigium ad. Beati Theophili gloriam admoveretur, tamen cunctabatur in dies, ne novo medicorum examini subiceretur. Non tamen erat divinum consilium ut tanta res occulta maneret. Ineunte enim eiusdem anni mense Novembri, pulmonitide Teresia capitur, cogitur in lectulo, rursus ad eam medicus advocatur. Qui alia die cum rediisset et pulmonitidem reperisset depulsam, aegrotant! iacere iubens locum exploravit veteris tumoris, cuius vestigia, nullo remedio, nulla naturali evacuatione, penitus evanuisse perspexit, ac statim per eundem medicum manifestatum est prodigium, cuius evidentia ab aliis quoque medicis ad sanatam visendam arcessitis est affirmata. Aegrota enim e limine mortis, sacro novenario celebrato ad Theophili patrocinium captandum, ad valetudinem ex omni parte perfectam resurrexerat. — Sanatio altera quae, Beati Theophili ope invocata, subito, perfecte ac constanter obtenta recensebatur respiciebat Sororem Dominicam Mariam Lota, monialem in Massiliensi monasterio a Visitatione. Quae die decima mensis Iunii anno millesimo octingentesimo quinquagesimoseptimo, Bastiae in Corsica nata, mense Octobri anno millesimo nongentesimo quinto vehementi correpta est tussi, cui vehementissimi quoque dolores dextero in latere, febris, nocturni sudores, insomnia, tremores accessere. Huiusmodi infirmitatem ipsa ab initio curare neglexit. Verum ineunte insequenti anno recipere se lecto coacta fuit ac arcessiti medici eam diligenter inspectam pleuritide tubereulari gravissime affectam animadverterunt, iam chronicum statum attingente cum copiosissimo exsudati humore atque laesionibus in dexteri pulmonis apice. Non obstante valida curarum applicatione et secuta pleurici liquoris reabsorbitione, quae circa medium mensem Aprilem contigit, morbus suam evolutionem insidiose continuavit sub gravissimae tuberculosis forma una cum omnibus perniciosis effectibus; et eo pervenit ut vertebralis columnae notabilem deflexionem et scoliosim cervico-dorsalem produceret. Quaelibet

humana sanationis spes iam evanuerat; quare a religiosa familia novendiales institutae sunt preces ad, Beatum Theophilum pro moriturae sanatione; et ecce postrema precationum die, quae erat trigesima Novembris, se erectam ex improviso Soror Dominica animadvertit, terram provoluta osculata est, facile ac libere movere se potuit. Evanuerunt ex eodem eo momento dolores, rediit cibi desiderium, redierunt in corpore vires, floruit mirifice aspectus; nec quodvis in ea vestigium horrenda reliquit infirmitas, ita ut omnes prodigium in huiusmodi sanatione profiteantur, Beati Theophili tantum intercessione implorata. — In utraque hac sanatione de gravibus morbis agi cum veris et propriis laesionibus organicis et cum certo vitae discrimine plane est demonstratum: quae quidem omnia ad Beati Theophili invocationem illico evanuerunt. Quod sane vires omnes naturae omnino excedere visum est. Quare pluribus de hisce propositis miraculis peritissimorum virorum disceptationibus praehabitis, super illis tertio dissertum est in generalibus comitiis in Palatio Apostolico Vaticano coadunatis die duodecima mensis Martii decurrentis anni. In quibus a venerabili fratre Nostro Vincentio Cardinale Vannutelli, Episcopo Ostiensi et Praenestino, et Sacri Collegii Decano, Causae Belatore, propositum fuit dubium « An et de quibus miraculis constet, post indultam eidem Beato venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur ». Nos autem, suffragiis tum Patrum Cardinalium tum Consultorum exceptis, priusquam Nostrum supremum iudicium pronunciaremus, adstantes monuimus effusis precibus Deum exorandum, ut Sancti Spiritus illustrationem in re tanti momenti Nobis elargiri dignaretur. Postmodum vero, dominica III in Quadragesima, die nempe vicesima tertia Martii, Eucharistico Sacrificio devotissime litato, in Vaticanas Aedes ad Nos accersiri iussimus tum praefatum Cardinalem Van^ nutelli, tum dilectum filium Nostrum Camillum Cardinalem Laurenti, Sacrorum Rituum Congregationis Praefectum, una cum dilecto filio Carolo Salotti, S. Fidei Promotore generali, iisque adstantibus, pontificio solio assidentes, rite pronuntiavimus: « Constare de duobus miraculis, Beato Theophilo a Curte intercedente, a Deo patratis: scilicet de primo: Instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Teresiae Ulivelli a eisto-adenomate interno; et de altero: Instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Dominicae Lota a pleuritide chronica tubereulari, et ab eius gravissimis effectibus, nempe symphisi-pleurica ac scoliosi cervico-dorsali, necnon retractione emithoracica et tossiemia turberculari et a consequenti extrema organica extenuatione ». Quod decretum evulgari et in archivum Sacrae Bituum Congregationis referri mandavimus. Unum igitur supererai inquirendum utrum nempe ad summum fastigium honorum, quibus Ecclesia praeclariores filios suos qui tanta gloria se dignos exhibuerunt augere solet, Beatus Theophi-

lus a Curte extolli *tuto* posset. Quare in generalibus comitiis coram Nobis, die prima mensis Aprilis huius eiusdem anni, Sacrorum Bituum Congregationis Patres Cardinales et Consultores unanimi suffragio *tuto* procedi posse responderunt. Attamen Nos sententiam Nostram proferre distulimus, atque, ut in re tanti ponderis auxilium superni luminis impetraretur, omnes adstantes hortati sumus. Insequenti autem die sexta Aprilis, Dominica Passionis, sacra Hostia in domestico sacello pientissimi litata, nobiliorem aulam ingressi sumus ac pontificio solio assidentes Nos ipsi, adstantibus praefatis Cardinalibus "Vincentio Vannutelli, Causae Relatore, et Camillo Laurenti, Sacrorum Bituum Congregationi Praeposito, et dilectis filiis Alfonso Carinci, eiusdem Congregationis a secretis, et Carolo Salotti, S. Fidei Promotore generali solemniter pronunciavimus: « Tuto procedi posse ad solemnem Beati Theophih a Curte Canonizationem », et hoc etiam decretum in vulgus edi, atque in Sacrae Rituum Congregationis tabularium referri iussimus. His itaque peractis, Praedecessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes, die vigesimatertia Aprilis venerabiles fratres S. R. E. Cardinales apud Nos in Consistorium secretum convocavimus, in quo dilectus filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, Sacrae Rituum Congregationis Praefectus, Beati Theophih a Curte vitam, virtutes et miracula singillatim exposuit, necnon acta universa recensuit quae in Causa eius Beatificationis et Canonizationis Sacra Rituum Congregatio, praevio rigoroso examine, admiserat et adprobaverat. Qua relatione expleta, Nos singulorum Cardinalium suffragia exquisivimus: « an scilicet ad solemnem praefati Beati Canonizationem deveniendum esset »; ac suam iidem Cardinales sententiam aperuerunt. Consistorio secreto f elici successu peracto, continenter habitum est Consistorium publicum, in quo dilectus filius Vincentius Sacconi, Nostrae Consistorialis Aulae Advocatus, de Beato Theophilo orationem habuit ac, pro eius solemni Canonizatione de more institit. Curavimus interea ut venerabiles fratres Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi de tanta solemnitate per Litteras ad hoc datas admonerentur, ut, si facultas esset, sententiam et ipsi prolaturi, Nobis adstarent. Quorum cum plures in Urbem convenissent, die vicesima secunda superioris mensis Maii in Consistorio, quod semipublicum nuncupatur j re bene cognita ex commentariis de eiusdem Beati vita, virtutibus et miraculis actisque omnibus quae supra memoravimus Sacrorum Rituum Congregationis, tempestive unicuique datis, S.R.E. Cardinalium sententiae de Beati Theophih memoria summis Caelitum honoribus consecranda et ipsi plaudentes accesserunt: in quam quidem sententiam et Nos ipsos discedere perlibenter ediximus; simulque in Petriani templi maiestate sacra huiusmodi solemnia peragere statuimus die hac vicesima nona Iunii, qua eadem die Beatos quoque

Ioannem. De Brébeuf et Socios Martyres, et Beatum Bobertum Bellarminum Cardinalem iisdem honoribus cohonestare statuimus. De quibus omnibus publicum instrumentum a dilectis filiis Protonotariis Apostolicis ad perpetuam rei memoriam confici ac in Sacrae Bituum Congregationis archivum deferri iussimus. Interea christifideles sumus cohortati ad ferventes preces fundendas, in iis praecipue sacris aedibus in quibus Ss. Sacramentum publice adorandum ex praescripto proponeretur, ut et ipsi ex. tanta caerimonia fructus perciperent uberiores, Nobisque in tam gravi officii Nostri munere Spiritus Paraclitus benigne adesset. Adveniente demum auspicatissima die et optatissima, universi tum saecularis tum regularis cleri Ordines, Bomanae Curiae Praesules et Officiales, omnes denique qui in Urbe aderant venerabiles fratres Nostri S. B. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates in Vaticanam Basilicam, cultu magnifico ornatane convenerunt; Nosque, iis omnibus solemni praeeuntibus supplicatione, eamdem ingressi sumus maxima fidelium frequentia stipatami. Tunc vero dilectus filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, Sacrorum Bituum Congregationis Praefectus, et huic Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto filio Augusto Milani, Consistorialis Aulae Advocato, vota Nobis precesque detulit Sacrorum Antistitum, inclytae Societatis Iesu ac seraphici Ordinis Minorum S. Francisci ut Beatum Theophilum a Curte una cum Beatis Ioanne de Brébeuf et Sociis Martyribus ac Beato Boberto Bellarmino Cardinale in Sanctorum numerum referremus. Quod cum iterum ac tertio memorati Cardinalis Laurenti atque Nostrae Consistorialis Aulae Advocatus instantius et instantissime fecissent, Nos, caelesti lumine ferventer implorato, sic ediximus: « Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, « ad exaltationem Fidei catholicae et christianae Beligionis augmentum, « auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et « Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita, et divina ope saepius «implorata, ac de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, « Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium «consilio, Beatum Ioannem de Brébeuf et Socios Martyres Gabrielem «Lalemant, Antonium Daniel, Carolum Garnier, Natalem Chabanel, Isaac «Jogues, Benatum Goupil et Ioannem de la Lande, Robertum Cardina«lem Bellarmino, Theophilum a Curte Sanctos esse decernimus et defini« mus ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali « eorum memoriam quolibet anno die eorum natali, nempe Ioannem de Bré« beuf et Socios Martyres die vicesimasexta Septembris, Bobertum Cardina« lem Bellarmino, Confessorem, die decima septima Septembris, et Theo« philum a Curte, Confessorem, die decimanona Maii pia devotione recoli « debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen ». Denique

ob tantum beneficium gratias Deo Optimo Maximo ex corde egimus, et Sacrum solemne litavimus; post autem Evangelicam lectionem adstantes allocuti sumus hortantes ut non modo Apostolorum Principes, qui hodie in universo christiano orbe, ubicumque christifideles degunt, at praecipue in Alma hac Urbe, sollemniter commemorantur, sed etiam novensiles Sanctos, quorum consecratio hodiernam sollemnitatem novo quodam splendore non tam augere videtur, quam reapse condecorat, sibi, Ecclesiae, societati hominum universae propitios mererentur. Atque in Sanctis ipsis mirabiha omnibus proposuimus ad imitandum et sanctitatis et apostolatus exempla, ex quibus quidem alios alii, pro sua cuiusque condicione vitae, pro suis cuiusque officiis, ad meliora exardescendo, intuerentur. Plenariam tandem indulgentiam cunctis praesentibus peramanter impertiti sumus atque has Decretales litteras sub plumbo expediri mandavimus.

Horum itaque novensilium Sanctorum memoria, solemnissimis hisce consecrata caerimoniis, quibus sacrum universale Iubilaeum, a Nobis ob natalem ab inito Sacerdotio Nostro quinquagesimum indictum, veluti immortali corona desinere voluimus, vigeat in cordibus nostris, et omnes christifideles discant a fortissimis Martyribus in fide profitenda constantiam, a Roberto Bellarmino Cardinale doctrinam cum sanctitate sociatam; a Theophilo vero a Curte, Assisiatis alumno, discant praecipue qui religiosam amplexi sunt vitam rerum terrenarum contemptum, intimam in silentio et quiete cum Deo unionem, perfectam regularis disciplinae observantiam, in animarum salute procuranda apostolicum zelum,* erga Deum et proximos ardentissimam caritatem; omnesque sanctam eorum vitam imitari contendant. Dilaudemus igitur atque extollamus Dei bonitatem ac miserationem, qui Ecclesiam suam, tot tantisque alicubi vexationibus oppressam ac difficultatibus implicitam, hac non sinit destitui, quoquo tempore, heroicae sanctitatis laude, talibusque patronis ac deprecatoribus carere non patitur: quibuscum utinam omnes, in aeternis caeli sedibus beate victuri, aliquando coniungamur.

Omnibus itaque quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia et apostolicae auctoritatis Nostrae plenitudine, omnia et singula praedicta confirmamus, roboramus atque iterum statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae denunciamus; mandantes ut earumdem praesentium transumptis sive exemplis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostohci subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Nostris Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostrae definitionis, mandati, relaxationis et voluntatis infringere vel temerario ausu contraire aut attentare praesumpserit

indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongeni tesimo ac trigesimo, die vicesimanona mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno nono.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£8 Ego JANUARIUS Episcopus Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI *di* BELMONTE.

£8 Ego BASILIUS Episcopus Veliternus Cardinalis POMPLLJ.

£8 Ego MICHAEL Episcopus Tusculanus Cardinalis LEGA.

£8 Ego DONATUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis SBAR-RÉTTA

£8 Ego THOMAS PIUS Episcopus Portuensis et S. Bufinae Cardinalis BOG-GIANI.

£8 Ego PETRUS tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis GASPARRI.

gg Ego CAIETANUS tituli S. Agathae Presbyter Cardinalis BISLETI.

£8 Ego GULIELMUS tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis VAN BOSSUM.

£8 Ego Fr. ANDREAS tituli S. Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis FRÜHWIRTH.

£8 Ego RAPHAEL tituli S. Hieronymi Illyricorum Presbyter Cardinails SCAPINELLI.

£8 Ego FRANCISCUS tituli S. Marcelli Presbyter Cardinalis RAGONESI.

£8 Ego ACHILLES tituli S. Bernardi ad Thermas Presbyter Cardinalis IlOCATELLI.

£8 Ego ALOISIUS tituli S. Georgii ad Velabrum Presbyter Cardinalis SINCERO.

£8 Ego BONAVENTURA tituli S. Caeciliae Presbyter Cardinalis CERRETTI.

£8 Ego HENRICUS tituli S. Bartholomaei in Insula Presbyter Cardinalis GASPARRI.

£8 Ego AJLOISIUS tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis CAPOTOSTI.

£8 **Ego** LAURENTIUS **tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis** LAURI, **Maior Poenitentiarius.**

£8 **Ego Fr.** ALEXIUS HENRICUS **tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis** LÉPICIER.

£8 **Ego** EUGENIUS **SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis** PACELLI, **a Secretis Status.**

£8 **Ego** CAMILLUS **S. Mariae Scalaris Protodiaconus Cardinalis** LAURENTI.

£8 **Ego** IOSEPH **S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis** MORI.

£8 **Ego** FRANCISCUS **S. Caesarei in Palatio Diaconus Cardinalis** EHRLE.

£8 **Ego** ALEXANDER **S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis** VERDE.

•FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *Cancellarius S. B. E.*

CAMILLUS CARD. LAURENTI, *S. B. C. Praefectus.*

ioseph Wilpert, ***Decanus Collegii Protonotarium Apost.***
Alfonsus Carinci, ***Protonotarius Apostolicus.***

Georgius Stara Tedde, ***Cane. Apost. Adiutor a studiis.***

EXPEDITA

die vigesima octava mensis Octobris, anno nono

ALFRIDUS MARINI, ***Plumbator.***

Reg. in Cam. Ap., vol. XLIII, n. 15. - **M. Riggi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

FINES REGUNTUR INTER VICARIATUM APOSTOLICUM NILI SUPERIORIS ET PRAEFECTURAM APOSTOLICAM NILI AEQUATORIALIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Romanum Pontificem decet Episcoporum votis concedere, quae eo spectent ut spiritualibus christifidelium necessitatibus reique catholicae incremento provide ac tempestive consulatur. Itaque cum venerabilis frater Episcopus titulo Sebastopohtanus, Visitator scholarum Apostolicus in missionibus Africae, accedentibus ad eundem tum Apostolico Nili Superioris Vicario, tum Apostolico Nili Aequatorialis Praefecto, a Nobis expostulet ut quaedam territorii partes vicariatus apostolici Nili Superioris, ad catholicas res inibi mehus provehendas, a vicariatu ipso distrahantur et apostolicae Nili aequatorialis praefecturae adiungantur,

huiusmodi votis annuendum, omnibus rei momentis attento seduloque studio perpensis, ultro libenterque existimavimus. Nos igitur, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide praepositi sunt, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi, districtum de *Lira* (seu *Langó)* una cum parte districtus de *Karamojo* e vicariatu apostolico Nili Superioris separamus sive dismembramus atque ex nunc praefecturae Nili Aequatorialis apostolicae adnectimus. Limites propterea praefecturae eiusdem Nili Aequatorialis sequentes erunt: ad septentrionem Sudan anglicus-aegyptiacus; ad orientem colonia de Kenia; ad occidentem Congus Belga et cursus fluminis Nili usque ad *P ort-M asinai;* denique ad meridiem lacus *Kwania,* cursus fluminis *Olweny,* limes sub-districtus (seu comitatus) de Eruti usque ad *Assua* (vel *Mor oto),* cursus huius fluminis, et finis meridionalis districtus de Karamojo.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant vel in posterum spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; atque irritum et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Decembris, anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE PINGLIANG DISMEMBRATO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE TSINCHOW IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Longinquis in regionibus, quae missionariis concreditae sunt, iugiter sedulo studio ex Apostolico munere, quo fungimur, data opportunitate, ea statuimus quae ad magis magisque propagandam provehendam ve catholicam religionem apta videantur. Quapropter cum, amplissime suffragante Delegato Apostolico Nostro in Sinis, Vicarius Apostolicus de Tsinchow enixas Nobis preces adhibuerit, ut ex quadam

parte sui nimis lati vicariatus novam missionem sui iuris constitueremus, ita ut in eadem, aliis Evangelii praeconibus missis, incremento Fidei melius consulatur: Nos, conlatis consiliis eum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide praesunt, de nova erigenda missione decernere existimavimus. Nimirum motu proprio, certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi, a vicariatu apostolico de Tsinchow in Sinis seiungimus provinciam civilem de *Kingyuentao,* quae sequentes infrascriptas septendecim subpraefecturas complectitur, scilicet: Pingliang, Huating, Tsing-ning, Lungteh, Chwanglang, Kingyang, Ninghsien, Cheng-ning, Hoshui, Hwanhsien, Kingchow, Tsungsin, Ohenyuen, Lingtai, Kuyen, Haiyan, Hwaping; atque ex eadem de Kingyuentao civili provincia, sic ab apostolico vicariatu de Tsinchow abstracta, novam erigimus apostolicam praefecturam, cui de *Pingliang* nomen facimus. Novam vero huiusmodi praefecturam apostolicam de Pingliang Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum curis ad Nostrum et Sanctae huius Sedis beneplacitum in Domino committimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent seu pertinere poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Ianuarii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

DISMEMBRATO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE LANCHOWEU ERIGITUR MISSIO INDEPENDENS DE SINKIANG IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Decet Romanum Pontificem illis rebus concedere per quae Fidei propagandae et christifidelium bono provide consulatur. Quapropter cum Vicarius Apostolicus de Lanchowfu in Sinis preces, suffragiis etiam Delegati Apostolici Nostri auctas, Nobis adhibeat

uti e vicariatus de Lanehowfu territorio, quod regionis latitudine atque incolarum numero nimis conspicuum est, quandam partem abstrahamus propriis missionariis concredendam: Nos, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, omnibusque perspectis rerum adiunctis, haec, quae infrascripta sunt, decernenda existimavimus. Nimirum ut aptius prospiciatur christiani nominis propagationi in eadem regione, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi, e vicariatu apostolico de Lanchowfu totam regionem de Sinkiang, ex quattuor provinciis civilibus constitutam, de Wensuh Tao, Chuhn Tao, Ningyuan Tao, Thwa Tao, distrahimus sive separamus, eandemque in novam missionem independentem erigimus, cui nomen facimus de *Sinkiang.* Memoratam vero novam independentem missionem de Sinkiang volumus curis presbyterorum Societatis Verbi Divini, ad Nostrum Sanctaeque Sedis beneplacitum, concreditam.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xrv mensis Februarii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

IV

TEMPLUM IN HONOREM B. M. V. ET SANCTI GERARDI MAIELLA, C. SS. R., LOCI « CAPOSELE » ARCHIDIOEC. COMPSANAE, BASILICAE MINORIS TITULO HONORIBUS QUE AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Archidioecesis Compsanae intra fines exstat ecclesia « Materdomini » in honorem Beatae Mariae Virginis ac Sancti Gerardi Majella Deo dicata, quae tanquam conspicuum monumentum non modo loci *Caposele* nuncupati, in quo posita est, verum etiam totius Italiae meridionalis recte habetur. Corpus in eadem asservatur Sancti

Gerardi Majella, laici professi Congregationis a Sanctissimo Redemptore, miraculis dari; ac propterea christifideles frequentissimi in anno peregrinorum more ecclesiam ipsam visitant, eiusdem Sancti thaumaturgi opem imploraturi. Eodem in templo sodales Congregationis a Sanctissimo Redemptore divini cultus decorem provehunt et sacras celebrant functiones, magna eum christiani populi devotione ac spirituali fructu. Nunc autem cum hodiernus moderator Conlegii Congregationis praelaudatae adnexi ecclesiae ipsi, Nos humili prece flagitaverit ut idem templum sanctuarium ad titulum et dignitatem Basilicae minoris evehere dignemur, hasque supplicationes amplissimis suffragiis suis tum dilectus filius Noster Guhelmus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Van Rossum, tum venerabilis frater Archiepiscopus Compsanus Nobis commendent, Nos optatis hisce piis annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, audito dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, praefatam ecclesiam Beatae Mariae Virginis «Materdomini» et Sancti Gerardi Majella in honorem Deo sacram, intra fines Compsanae archidioecesis, titulo ac dignitate Basilicae minoris condecoramus, illique privilegia et honorificentias tribuimus, quae huic titulo de iure competunt.

Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvn mensis Februarii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CAED. PACELLI, *a Secretis Status.*

V

TERRITORIUM DE MACAS PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE MÉNDEZ ET GUALAQUIZA AD IUDICATUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quo Fidei incremento christianique gregis spirituali bono satius consultum sit, Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum vestigiis insistentes ea continenter decernere maturamus, qui-

bus adiuti, Pastores commissis ipsorum curis ovibus facilius advigilare queant. Iam vero cum per Sacrae Congregationis Consistorialis decretum, die XXV mensis Aprilis, anno MDCCCCXXIX datum, a dioecesi de Eiobamba territorium paroeciae de Macas seiunctum fuerit, circa eiusdem paroeciae regimen ea quae sequuntur statuere Nobis opportunum visum |est. Nimirum, omnibus rei momentis sedulo atque attento studio perpensis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, Nos, motu proprio et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi, territorium paroeciae de Macas ex nunc et in posterum vicariatui apostolico de Méndez et Gualaquiza canonice adnectimus, ita ut inter eundem apostolicum vicariatum de Méndez et Gualaquiza ac proximam apostolicam de Canelos et Macas praefecturam sint novi limites qui sequuntur, videlicet: linea recta a vertice montis Sangai usque ad origines fluminis Vulcani, hoc dein ipsum flumen usque ad confluentiam cum flumine Upano; hoc vero flumen Upano usque ad. locum ubi ad meridiem vergit; linea autem recta, inde deducta, usque ad divortium aquarum inter flumina Pastaza et Upano usque ad iugum montium Cutueù; summum postea iugum Cutucu et Seipa usque ad caput fluminis Mangosisa parvi; cursus dein Mangosisa parvi usque ad eiusdem continentiam cum flumine Miazal vel Mangosisa magno; cursus vero fluminis Miazal usque ad flumen Morona; hoc denique Morona flumen usque ad continentiam cum flumine Amazonum. Cum propterea paroecia de Macas, quae intra limites praedictos exstat, vicariatui apostolico de Méndez et Gualaquiza definitive fuerit aggregata, etiam finitimae praefecturae apostolicae de Canelos et Macas nomen immutamus, ita ut in posterum praefectura apostolica ipsa de Canelos tantum vocetur. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Februarii, anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI *a Secretis Status.*

VI

FINES IMMUTANTUR, VICARIATUS APOSTOLICI CANALIS SUESII

PIUS PP. XI

Ad perpefeuam rei memoriam. — Ex apostolico munere, quo in terris fungimur, data occasione in Domino ea decernere satagimus, quae ad spirituale christifidelium regimen aptius exercendum conducant. Hoc proinde ducti consilio, fines quoque dioecesium vicariatuumque aliquando immutamus adeo ut pastores ovium suarum curam facilius gerere queant. Qua de re cum nunc rogati simus ut limites vicariatus apostolici Canalis Suesii in parte orientali atque occidentali mutentur, consentientibus in hanc rem tum Patriarcha Hierosolymitano, tum Vicario Apostolico Deltae Nyli: Nos, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Eidei praepositi sunt, omnibusque rei momentis attente perpensis, votis memoratis concedendum existimavimus. Idcirco, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, statuimus ut nunc et in posterum confinia vicariatus apostolici Canalis Suesii haec sient, scilicet: ad occidentem versus, linea quae, transiens ad occidentem loci vulgo *Abou-Soucir* nuncupati, qui ad vicariatum Canalis Suesii tamen pertineat, incipit ab ore de *El-Bet-El-Gemil* et finem habet ad *Ber-Arezjida;* ad orientem autem versus, limites civiles inter Aegyptum et Palaestinam, ita ut civitas de *Aleábale* Hierosolymitano Patriarchatu! denuo adnectatur.

Haec mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, vahdas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Martii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

VII

DISTRACTO TERRITORIO A VICARIATU APOSTOLICO DE MARIAWNHILL ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE UMTATA.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quo maiori rerum fidei incremento consideret, Delegatus Apostolicus Africae Meridionalis, in rem quoque consentiente Ordinario vicariatus apostolici de Mariannhill, nuper a Nobis postulavit ut apostolicus vicariatus de Mariannhill, ob nimiam eiusdem vastitatem, in duas, propriis pastoribus concredendas, partes divideretur. N o n autem vestigiis sequuti Decessores Nostros, qui iugiter sollicito studio ea statuenda curarunt quae in exploratam christiani populi utilitatem cederent, huiusmodi votis benigne concedendum existimavimus. Quapropter conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui Sacrae Congregationis de Propaganda Fide negotiis praepositi sunt, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore a territorio praedicti vicariatus apostolici de Mariannhill regionem meridionalem subtrahimus, eademque novam praefecturam apostolicam erigimus, quam *de Umtata-* nuncupatam ad Nostrum et Sanctae Sedis beneplacitum curis Patrum Instituti de Mariannhill committimus. Novae vero praefecturae de Umtata territorium in posterum siet, quod positum est ad meridiem versus lineae, quae incipiens ab ore fluminis *St. Johns* sequitur eiusdem ac fluminis *Tina* cursum usque ad. limites districtus ad flumen *Kenira,* atque istius fluminis usque ad fines vicariatus apostolici de Bâsutoland.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant seu spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Martii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, ***a Secretis Status.***

VIII

AUGETUR TERRITORIUM ARCHIDIOECESIS RHODIENSIS

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Constitutione Apostolica Nostra, die XXVIII mensis Martii anno MDCCCCXXVIII data, insignem ac vetustam Bhodiensem arcnidioecesim post fata plurima denuo restituimus, suppressa eiusdem nominis praefectura apostolica. Cum vero limites eiusdem suppressae praefecturae apostolicae limitibus territorii italicae ditioni subiecti minus apte congruere videantur, Nos, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui rebus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide praepositi sunt, praehabito quoque consensu Ordinariorum, quorum intererat, omnibusque rei momentis atque attento studio perpensis, haec quae sequuntur decernenda existimavimus. Nimirum motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi., insulas Astypalaeam a dioecesi Sanctoriensi, Patmon vero a dioecesi Chiensi distrahimus atque ex nunc archidioecesi Bhodiensi canonice tribuimus; eidemque archidioecesi assignamus praeterea insulam Lisson, cuius pertinentia usque adhuc minus clare constabat.

Haec in Domino statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritum que ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Martii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *m Secretis Status.*

I

IX

TERRITORIUM DE MARICO ET DE RUSTEMBURG A VICARIATU APOSTOLICO TRANS V A ALEN SI AD VICARIATUM DE KIMBERLEY TRANSFERTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Decessores Nostros Romanos Pontifices qui nunquam quaecumque ad propagandam catholicam Fidem pertinerent statuere destiterunt, vestigiis sequuti, cum Delegatus Apostolicus Africae Meridionalis Nos edoceat Vicarium Apostolicum Transvaalensem nequire, ob sacerdotum penuriam, evangelizationis opus, uti oportet, in duobus districtibus civilibus de Marico et de Rustemburg, eidem commissis, promovere, haec quae infrascripta sunt decernenda censuimus. Conlatis itaque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore edicimus ac mandamus ut territorium, quod duobus civilibus districtibus de Marico et de Rustemburg constituitur, finitimo vicariatui de Kimberley in Africa meridionali ex nunc et in posterum adsignetur, ita ut missionarii vicariatus praefati de Kimberley apud incolas quoque eorundem districtuum de Marico et de Rustemburg Fidei incremento prospicere possint.

Haec mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; illisque, ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Martii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

X

PAROECIALE TEMPLUM S. MARTINI EP. C, OPPIDI « BINGEN » DIOECESIS MOGUNTINAE, INTRA FINES, PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Moguntinae dioecesis intra fines in oppido Bingensi extat paroeciale templum, quod in honorem Sancti Martini Episcopi Turonensis et Confessoris Deo dicatum est. Paroeciae vero eiusdem hodiernus moderator ad Nos refert propediem quintum decimum saecularem annum expletum iri ab institutione paroeciae; cuius templum, quamvis a temporibus Caroli Magni suam originem repetat, saeculo tamen tantum decimo quinto praecipue exstructum et consecratum, insequentibus postea sexto decimo et decimo octavo saeculis ampliatum, renovatum atque expletum est, Testatur praeterea idem parochus oppidum Bingense decoratum esse vita atque exemplis plurium Sanctorum; quos inter memorandi sunt Sanctus Bupertus ac Sanctus Wigbertus, Sancta Bertha, Sancta Hildegardes monasterii Bingensis abbatissa, quam ob eius strenuam rei catholicae adversus haereticos tuitionem Trevirensi in Concilio Eugenius Pp. III laudavit; venerabilis denique famulus Dei Bartholomaei Holzhauser, qui, congregationis clericorum saecularium in communi viventium institutor, fidem vitamque vere catholicam in eadem regione restituit. Bingensium vero Sanctorum relliquias tam magna pietate christifideles veneran tur, ut quotannis iidem, peregrinorum more, frequentes ex dissitis etiam regionibus hunc ad locum confluant, sacris devote adstantes functionibus divinisque mysteriis, quae clerici, numero sufficienti paroeciae addicti, sollemniter peragunt. Hisce omnibus admoti rationibus, cum hodiernus parochus Bingensis ad S. Martini Episcopi et Confessoris supplicibus votis Nos deprecatus sit ut memoratum paroeciale templum Bingense ad titulum ac dignitatem Basilicae minoris evehere dignemur, hasque preces cumulet atque ornet amplissimum commendationis officium venerabilis fratris Moguntini Episcopi, Nos optatis huiusmodi concedendum ultro libenterque existimavimus. Quam ob rem, conlatis quoque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Congregationi Sacrorum Rituum praepositis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum praefatam ecclesiam paroecialem Bingensem ad honorem Sancti Martini Turonensis Episcopi et Confessoris Deo

dicatam intra fines dioecesis Moguntinae, honore ac nomine Basilicae minoris cum privilegiis atque honorificentiis, quae iuxta Apostolica decreta huic titulo competunt, honestamus ac decoramus. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt* nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Aprilis anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

XI

ECCLESIA COLLEGIATA S. IOANNIS BAPT., LOCI « FINALMARINA », DIOEC. SAVONENSIS, TITULO ATQUE HONORIBUS MINORIS BASILICAE CONDECORATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Dioecesis Savonensis intra fines exstat ecclesia conlegiata Sancti Ioannis Baptistae plebis Finarii, antiquitate atque artis nobilitate conspicua, Archipresbytero quoque et canonicorum Capitulo exornata, quibus iam rec. mem. Decessor Noster Pius Pp. VII privilegia atque insignia peculiaria concessit. Ecclesia ipsa in civitate quam hodie nuncupant « Finalmarina » loco antiquioris templi plebalis exaedificata est decimo septimo saeculo; sed temporibus etiam recentioribus instaurata ac decorata; tandem die tricésima Novembris anni praeteriti sollemniter consecrata est. Ipsum vero templum, tribus navibus constans, tholo ornatum, pluribus altaribus munitum, picturis atque artis operibus affabre factis decoratum, nunc solemne videtur monumentum non modo pietatis religionisque populorum in eadem regione degentium, sed etiam artis sacrae conspicuum, cum idem minime inferius censeatur ceteris sacris aedibus revera insignibus, quae saeculo decimo septimo intra fines Italiae erectae sunt. Haec animo repetentes, cum venerabilis frater Savonensis et Naulensis Episcopus Nobis amplissime commendet vota communia cleri et populi Finarii, qui Nos iam flagitaverant pro eodem templo conlegiato, Sancti Ioannis Baptistae in honorem Deo dicato, titulum atque honorem

Basilicae minoris, Nos huiusmodi votis annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Bituum Congregationi praepositis, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, ecclesiam archipresbyteralem et conlegiatam praedictam in. civitate vulgo *Finalmarina,* positam, intra fines dioecesis Savonensis ac Naulensis, titulo Basilicae minoris una cum privilegiis atque honori ficen tus, quae iuxta apostohcas dispositiones huic titulo competunt, cohonestamus atque condecoramus. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, vahdas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvn mensis Maii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD EMOS PP. DD. AUGUSTUM TIT. S. MARIAE DE PACE S. R. E. PRESB. CARD. HLOND, ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET POSNANTENSEM, ALEXANDRUM TIT. S. AUGUSTINI S. R. E. PRESB. CARD. KAKOWSKI, ARCHIEPISCOPUM VARSAVIENSEM CETEROSQUE POLONIAE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS: OFFICIOSIS LITTERIS RESPONDET, EX COMMUNI CONVENTU POSNANIA DATIS.

PIUS PP. XI

Dilecti filii Nostri, venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communes litterae, quibus vos ea, qua in Nos estis, studiosa voluntate, de primi ex universa Natione Eucharistici Conventus, in urbe Posnania haud ita pridem celebrati, felicissimo exitu certiores Nos faciebatis, summa animum Nostrum perfudere laetitia. Ad Nos siquidem referebatis sollemnes eiusmodi coetus et in avitae religionis triumphum cessisse et in publicas caritatis vestrae erga Sacramentum Augustum empisse signi-

ficationes; itemque vestram vestrorumque eum. Beati Petri Cathedra actuosam absolutamque coniunctionem sincera fide iterum testabamini. Quae quidem res minime profecto Nobis admirationem commoverunt; quandoquidem diu multumque — vel cum apud vos morabamur — eos experti sumus, quibus Poloniae cives, Nobis sane carissimi, praestant, nobilissimos humanitatis religionisque sensus: id igitur potius in causa est cur et vobiscum vehementer gratulemur, et plurimas una simul grates Deo referentes, auspicium inde sumamus impensioris cotidie omnium alacritatis, qua optima istius populi pietatis prosperitatisque incrementa, divina opitulante gratia, provehantur. Neque minus solacii delectationisque ex officiosis litteris hausimus, quas vos, dilecti filii Nostri ac venerabiles fratres, ex episcopalibus coetibus nuper habitis ad Nos dedistis; quorum rationes — consultationes nempe atque inita inibi consilia — venerabilis frater Franciscus Marmaggi Archiepiscopus titulo Hadrianopolitanus, idemque Apostolicus apud vos Nuntius ad Nos rettulit diligenter. Haec Nos vel raptim legentes atque animo recolentes Nostro, perspicere facile potuimus quot causae, magni profecto ponderis, vos sollicitos habuerint continenterque habeant; itemque earum licuit, uti par est, aestimare gravitatem opportunitatemque ad gregis profectum unicuique vestrum concredita Iamvero, consentaneum profecto est ut serius, occasione data, de singulis eiusmodi causis mentem sententiamque Nostram vobis aperiamus. Interea tamen facere non possumus quin in argumentum, maximi quidem momenti, de quo in coetibus vestris actum est, propensam intendamus cogitationem voluntatemque Nostram; de Conventu dicimus ex universis Nationibus Eucharistico, apud vos etiam in posterum celebrando. At supervacaneum prorsus vobis est, Nos diu multumque morari in peculiari suscepti huius a vobis propositi utilitate inlustranda; vobis inquimus qui omnino perspectum habetis quibus Nos curis ac sollicitudinibus eiusmodi in Augustum Altaris Sacramentum pietatis caritatisque documenta ubique provehere enisi simus. Patria siquidem vestra, praeclaris christianae religionis memoriis gloriisque, ad Eucharistiam praesertim spectantibus, praestantissima, ob eandem hanc causam digna Nobis videtur, quae novis inlustrioribusque fastis honestetur. Quid enim in Polonorum animis non potest catholica fides? Consentaneum igitur atque prorsus optabile Nobis videtur, ut, haud ita multo post, huiusmodi Congressio ex universis Nationibus Eucharistica apud vos etiam celebretur. Futurum siquidem confidimus ut, per hoc, quod adhuc superest, temporis spatium, rerum adiuncta non tam ad inceptum totis viribus apparandum, quod vobis curae erit, quam ad illud, concordibus omnibus e ceteris quoque Nationibus, feliciter exsequendum propitiora fiant. Cum autem hic de publicis apud vos catholicae Ecclesiae celebrationibus agatur, hanc Nos

occasionem nacti, id silentio praeterire nolumus quod vos in superiore episcopali coetu, paucis abhinc annis habito, consilium iniistis, primum videlicet ex universa Natione Concilium opportuno tempore celebrandi; atque hac de causa Episcoporum vos Consilium constituisse novimus, quibus cura esset ut res pro facultate appararetur. Quamvis inceptum eiusmodi ad efficiendum difficile profecto videretur atque in praesens videatur, animis tamen sacrorum Poloniae Antistitum non una quidem magni ponderis causa ac ratio non obversari non potuit, quibus iidem rationibus innixi opportunitatem rei utilitatemque agnoverunt. Has inter causas non postrema profecto ea fuit, quae ad ecclesiasticam disciplinam, et ad instituta consuetudinesque in variis Poloniae regionibus, seiunctis olim ac dissimili regimini subiectis, ordinanda atque, prout fieri potest, conformanda pertinet. Utcumque causa haec tantopere potest ad nova dilectae Polonorum gentis incrementa, spiritualia potissimum, conferre, ut digna prorsus videatur, ad quam studium convertatis vestrum, vestramque sollertiam.

Deum interea instanter precamur ut pastorali navitati vestrae multiplicibusque laboribus, quibus ut animarum saluti prospiciatis nunquam parcitis, aspiret atque obsecundet divinae benedictionis auxilium; cuius quidem benedictionis ea sit auspex atque praenuntia, quam Nos, paternae benevolentiae Nostrae testem, cum vobis, dilecti filii Nostri ac venerabiles fratres, tum gregibus vestris universoque Poloniae populo effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvin mensis Septembris, anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

9 Octobris 1930. — **Cathedralibus invicem perpetuo unitis Ecclesiis Civitatis Castellanae, Hortanae et Gallesinae praefecit R. D. Sanctinuni Margaría, parochum loci «Lagnasco» in dioecesi Salutiarum.**

16 Octobris. — **Cathedrali Ecclesiae Timiçoarensi, R. P. D. Augustinum Pacha, hactenus Episcopum titularem Lebediensem.**

— **Cathedralibus invicem perpetuo unitis Ecclesiis Sätmariensi et Magno-Varadinensi lat., R. D. Stephanum Fiedler, e dioecesi Timisoarensi.**

24 Octobris. — **Metropolitanae Ecclesiae Hydruntinae, R. P.D. Sebastianum Cornelium Cuccarollo, hactenus Episcopum Bovinensem.**

NB. - Pag. 393, Un. 16-17 nomen Episcopi sic legas: « **Vlodimirum Bronislaum** ».

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PROVISIO ECCLESIARUM

Decretis Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 17 Octobris 1930, Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI dignatus est praeficere nuper erectae Cathedrali Ecclesiae Maramuresensi ritus graeci-rumeni, R. D. Alexandrum Rusu, canonicum Capituli cathedralis ac Bectorem Seminarii Acadaemiaeque Theologicae Blajensis; itemque Administratorem Apostolicum, in spiritualibus, fidelium catholicorum Armeni ritus intra Bomaniae fines degentium, nominare dignatus est R. P. Isaacum (Sahag) Gokian, e Congregatione Mechitaristarum Vindobonensi.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

NOMINATIONES

Decreto diei 18 Iunii 1930 Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit R. P. Petrum Erdozaincy Etchart, e Societate Presbyterorum Sacratissimi Cordis, de Betbarram, ***Superiorem ecclesiasticum missionis de Tali.***

Litteris eiusdem Sacri Consilii die 29 Martii Emus ac Rmus D. Card. Ioannes Verdier, Archiepiscopus Parisienses, renunciatus est ***Praeses pro Gallus unionis cleri a missionibus.*** **Itemque decretis datis**

29 Aprilis 1930. **— R. D. Eberhardus Ortenburg-Tambouch, canonicus Capituli metropolitam Viennensis, electus est** ***Praeses pro Austria Pont. Operis a Fide Propagatione.***

' ***14 Iunii.*** **— R. D. Iacobus Delany, Vicarius generalis dioecesis Dunedinensis,** ***Praeses pro Nova Zelandia eiusdem Pontificii Operis.***

9 Augusti. **— R. D. Pius Lavenne, parochus ad S. Antonii civitatis Bonaerensis,** ***Praeses pro Republica Argentina eiusdem Pontificii Operis»***

28 Septembris. **— R. P. D. Ioannes Jansen, Archiepiscopus Ultraiectensis,** ***ÌPraeses pro Hollandia Unionis Cleri a missionibus.***

Il

DESIGNATIONES

Adfnormam can. 1594 § 2 Codicis iuris canonici, Archiepiscopus Tokiensis in secundam instantiam pro appellationibus a suo tribunali recipiendis designavit curiam dioecesis Osakensis. Quam designationem Ssmus D. N. rescripto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide ex audientia diei 24 Februarii 1930 approbare et confirmare dignatus est. Item Praefectus apostolicus de Peng-yang designavit tribunal vicariatus apostolici de Seoul, approbante Ssmo in audientia 11 Augusti 1930.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DIVINI OFFICII CORAM SSMO SACRAMENTO RECITATIO INDULGENTIA PLENARIA DITATUR.

Ssmus D. IST. Pius div. Prov. Pp. XI, in Audientia die 17 Octobris c. a. infrascripto Card. Poenitentiario Maiori impertita, vota sacerdotum in civitate Lauretana occasione X Eucharistici conventus nationalis coadunatorum libentissime excipiens, ad cleri devotionem et amorem erga Augustissimum Eucharistiae Sacramentum magis magisque fovendum, benigne concedere dignatus est ut clerici in sacris constituti, qui integrum divinum Officium, quamvis in partes distributum, coram Ssmo Sacramento sive publicae adorationi exposito, sive in tabernaculo adservato, recitaverint, indulgentiam plenariam, suetis conditionibus, lucrari valeant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione et contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae ex Aedibus S. Poenitentiariae, die 23 Octobris 1930.

L. CARD. LAURI, ***Poenitentiarius Maior.***

h. $ s.'

I. Teodori. ***S. P. Secretarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE

AVVISO DI CONCORSO

È aperto presso la S. Congregazione di Propaganda Fide il concorso per la provvista di un ufficio di Minutante ecclesiastico nella Segreteria generale.

I sacerdoti che desiderassero prendervi parte dovranno esibire alla Segreteria stessa, entro il 7 Dicembre p. v., la domanda corredata delle opportune generalità e del « nulla osta » del relativo Ordinario.

È richiesta per l'ammissione al detto concorso la laurea in sacra Teologia o in Diritto canonico. È poi in facoltà dei concorrenti presentare quei titoli che possono comprovare la loro capacità all'ufficio suddetto.

A titolo di informazione per i sacerdoti che volessero concorrere, si avverte:

1) che il concorso consisterà in due prove scritte, delle quali una in lingua latina, l'altra in italiano; %) che i temi verseranno specialmente sulla Teologia morale e sul Diritto canonico, con particolare riguardo per le missioni; 3) che si terrà in particolare considerazione la conoscenza della geografia e delle lingue estere; 4) che l'età dei concorrenti non sia inferiore ai 30 anni, nè superiore ai 40; fatta eccezione per coloro che già sono addetti a Sacre Congregazioni, Tribunali e Offici della Romana Curia.

II concorso avrà luogo nei giorni 9 e 10 Dicembre, alle ore 8,30, nella sede di Propaganda.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

19 Settembre 1930. L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore dell'Istituto delle Suore di S. Giuseppe d'Orange* (Los Angeles).

25 » » L'Emo Sig. Cardinale Francesco Ragonesi, *Protettore della Congregazione delle Suore dell'Immacolata Concezione* (Annecy).

30 » » L'Emo Sig. Cardinale Camillo Laurenti, *Protettore della Società dei Missionari d'Africa* (Padri Bianchi).

» » » L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore dell'Istituto dei Chierici di San Viatore.*

» » » L'Emo Sig. Cardinale Camillo Laurenti, *Protettore della Congregazione delle Suore Missionarie di Nostra Signora d'Africa* (Suore Bianche).

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

28 Giugno 1930. Monsig. Samuele Langis, della diocesi di San Germano di Rimouski.

6 Settembre » Monsig. Dionigi Giuseppe Murphy, della diocesi di Nashville.

Prelati Domestici di S. S.:

26 Luglio 1930. **Monsig. Francesco Carney, della diocesi di S. Giovanni nel Canada.**
26 Agosto » **Monsig. Giovanni Narciso Continho, dell' archidiocesi di Bombay.**
17 Settembre » **Monsig. Alfonso Greco (Boma).**
» » » **Monsig. Eugenio Fourer, della diocesi di Metz.**
24 Ottobre » **Monsig. Tommaso Nedumkallel, dell'archidiocesi di Ernakulam.**

0N0B1FICENZE

COD **Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è «legnato di conferire:**

La Gran Crocè dell'Ordine Piano:

11 Ottobre 1930. **A S. E. Eliodoro Romero (Perù).**

La Gran Croce delVOrdirne di S. Gregorio Magno, classe civile:

16 Ottobre 1930. **A S. E. Giuseppe Bech, Presidente del Governo del Lussemburgo.**

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

21 Ottobre 1930. **Al sig. Comm. Claudio Camillo Boche de la Bigodière, dell'archidiocesi di Lione.**

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

28 Agosto 1930. **Al sig. dott. Luigi Giampietro, dell'archidiocesi di Palermo.**

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 Luglio 1930. **Al sig. Guglielmo Wilson Barker, dell' archidiocesi di Firenze.**
18 Settembre » **Al sig. Alessandro Mazzucchelli, dell'archidiocesi di Milano.**
19 . » » **Al sig. prof. Aristide Calderini, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. prof. Paolo Botta, della medesima archidiocesi.**
23 » » **Al sig. Pietro Chacerelle, della diocesi di Quimper.**
» » » **Al sig. Enrico Giuseppe de Saules (Brasile).**
27 » » **Al sig. Luigi Martinez Kleiser, della diocesi di Madrid.**
17 Ottobre » **Al sig. archit. Paolo Wigreux, della diocesi di Lussemburgo.**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 Agosto 1930. **Al sig. Cirillo Uberto Martin, dell'archidiocesi di Simia.**
26 » » **Al sig. Carlo Lobo, dell'archidiocesi di Bombay.**
18 Settembre » **Al sig. Giorgio Tribout, della diocesi di Metz.**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

6 Febbraio 1930. **Al sig. Erberto Groh, dell'archidiocesi di Vienna.**

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

5 Gennaio 1930. **Monsig. Ernesto Sena de Oliveira, del patriarcato di Lisbona.**
20 Marzo » **Monsig. Lisardo Diaz Hernández, della diocesi di Madrid.**
» » » **Monsig. Antonio Lopez Luruena, della medesima diocesi.**
29 Maggio » **Monsig. Alessandro Stoyka, della diocesi di Munkács.**
10 Luglio » **Monsig. Pietro Galleno, della diocesi di Luni-Sarzana.**
» » » **Monsig. Ernesto Noceti, della medesima diocesi.**
4 Settembre » **Monsig. Colomanno Tóth, dell'archiocesi di Strigonia.**
» » » **Monsig. Ladislao Németh, della medesima archidiocesi.**
11 » » **Monsig. Ernesto Corte, di Roma.**
25 » » **Monsig. Angelo De Marco, della diocesi di Aquino.**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

15 Luglio 1930. **Monsig. Giovanni Fontana, della diocesi di Luni-Sarzaná.**
» » » **Monsig. Domenico Moggia, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Angelo Contrigliani, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Eligio Putti, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Luigi Lombardi, dell'abbazia della Ssma Trinità di Cava dei Tirreni.**

Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

15 Agosto 1930. **Illmo sig. Angelo Raffaele Jervolino, dell'archidiocesi di Napoli.**

Cappellano d'Onore **extra Urbem** *di S. S.:*

29 Maggio 1930. **Monsig. Alessandro Chira, della diocesi di Munkács.**

NECROLOGIO

15 Luglio 1930. **Monsig. Augusto Chapuis, Arcivescovo tit. di Gurza.**
19 » » **Monsig. Olavo Offerdahl, Vescovo tit. di Selja.**
4 Agosto » **Monsig. Gregorio Vuylsteke, Vescovo tit. di Caradro.**
14 » » **Monsig. Valeriano D'Sousa, Vescovo di Mangalore.**
4 Ottobre » **Monsig. Enrico Giuseppe Reed da Silva, Vescovo tit. di Traianopoli di Frigia.**
16 » » **Monsig. Giovanni Scotti, Arcivescovo di Rossano.**
23 » » **L'Emo Sig. Cardinale VINCENZO CASANOVA Y MARZOL, del titolo dei Ss. Vitale, Gervasio e Protasio, Arcivescovo di Granata.**
30 » » **Monsig. Carlo Agostino Kilian, Vescovo di Limburgo.**

Annus XXII - Vol. XXII 1 Decembris 1930 Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE DECRETALES

BEATIS IOANNI DE BRÉBEUF, ISAACO JOGUES ET SOCIIS MARTYRIBUS, SOCIETATIS IESU SODALIBUS, SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Militantem Ecclesiam, quam Christus immaculatam sibi sponsam acquisivit Sanguine suo pretiosissimo, supra modum roborat effusus pro ea sanguis filiorum eius, qui equidem bonum certamen certantes catholicae veritati testimonium perhibent, et novis eam semper gloriae fulgoribus illustrant. Quos inter Christi athletas profecto adnumerandi sunt primores Canadae ac reliquae Americae borealis Martyres, a Nobis anno sacro millesimo nongentesimo vigesimo quinto ad Beatorum caelitum honores evecti, sodales nempe illi inclytae Societatis Iesu, Ioannes de Brébeuf, Isaac Jogues, Gabriel Lalemant, Antonius Daniel, Carolus Garnier, Natalis Chabanel, sacerdotes, et Benatus Goupil et Ioannes de la Lande, coadiutores. Hi omnes ex pluribus missionalibus viris, qui zelo animarum abrepti apud aborígenas incolas illarum regionum Evangelium praedicarunt, pro fide mortem invicto animo, dira inter supplicia, oppetierunt. Eos modo, nova miraculorum gloria coruscantes, iure optimo et merito hodie Nos ad supremos Caelitum Sanctorumh onores adscribimus. — Eorum dux et magister Ioannes de Brébeuf Condaei in Baiocensi dioecesi nobili genere ortus die vigesima quinta Martii anno millesimo quingentésimo nonagésimo tertio, inter Societatis Iesu sodales die octava Novembris anno millesimo sexcentésimo decimo septimo est cooptatus, et quinque post annos sacerdotio

auctus. Vir plane strenuus et impávidos, mortificatione maxime deditus, cum Deo in oratione coniunctissime, caelestibus etiam visionibus saepe illustratus, indicas Canadensium regionis missiones adivit et a suis moderatoribus anno millesimo sexcentésimo vigesimo sexto ad Hurones missus, quos inter per totum triennium moratus est eosque tanto zelo excolunt, ut primus illius gentis apostolus iure dicatur. In Galliam redire coactus, iterum. Canadensem regionem anno millesimo sexcentésimo trigesimo tertio petiit atque iterum ab anno eius saeculi trigesimo quarto ad annum quadragesimum primum, ac rursus a quadragesimo quarto ad quadragesimum nonum inter Hurones commoratus est. Vir magni ingenii ac scientia praeditus, barbarorum sermone libros scripsit et léxica lucubravit, quibus auxiliis missionarii varias indigenarum Canadensium dialectos addiscant et in christianae religionis bonum loquuntur. Sacerdotalibus virtutibus ac laboribus praestans in Evangelio praedicando operam consumpsit, ac impenso studio curavit, ut ipse omnes Christo lucri faceret: singularis etiam pietatis cultor eximius ac propagator exstitit in Deiparam Virginem Mariam eiusque castissimum Sponsum Ioseph et sanctos Angelos tutelares. Vitam sanctissimam ac laboriosissimam consummavit die sextadecima mensis Martii, anno millesimo sexcentésimo undequinquagesimo, exquisitissimis cruciatibus invicta fortitudine patientissime toleratis. Cum enim Iroquenses in Huroniam. grassantes eum una cum Gabriele Lalemant eius socio comprehendissent, in proximum S. Ignatii pagum prope Castrum S. Mariae in hodierna regione *Ontario* deduxerunt eumque vestibus exutum fustibus antea percutiunt, torquem ex ignitis securibus eius collo suspendunt, corpus incensis subulis perforant, carnes concidunt, coquunt, comedunt; mox baptismum deridentes, capiti trullam aestuantis aquae ter infundunt; eius labia, linguam, nares resecant, capillos et pellem capitis abripiunt et in aperto vulnere f erventis cineris pultem coniciunt; in guttur, dentibus linguaqueavulsis, torrem infigunt ac ultimo securi caput effringunt; ac, omnibus mirum martyris animum impavidum et constantem demirantibus, unus ex Iroquensibus de pectore Christi pugilis cor avulsum devorat, dum ceteri eius sanguinem bibunt. — Post gloriosam huius fortissimi Christi athletae mortem, martyrium incepit eius socii, Gabrielis Lalemant, cui Iroquenses, praeter plura ex crudelissimis praefatis tormentis, et alia attulerunt; illi namque, post noctem inter saevissimos cruciatus transactam, postero die eratis oculis, prunas ardentes in Geniorum cavéis carnifices in tradunt .ac denique caput securi perfringunt. Beatus iste Gabriel Lutetiae Parisiorum ortum duxit e parentibus nobilitate et virtute claris die decima mensis Octobris anno millesimo sexcentésimo decimo. Vicesimum annum agens Societatem Iesu amplexus est, in qua, tyrocinio peracto ac emenso philoso-

phiae atque theologiae curriculo, sacerdotio auctus philosophicam disciplinam magna cum laude publice docuit. Doctrina et virtutibus ornatus ad Canadenses missiones quas iampridem op t a ver at missus, anno millesimo sexcentésimo quadragesimo sexto Quebecum pervenit, ubi Indorum linguam didicit; per duos circiter annos *Sillery* pagum et *Trois Rivières* regiones sacro ministerio excoluit; ineunte dein anno millesimo sexcentésimo quadragesimo nono una cum sociis ad Hurones pervenit, sed a barbaris comprehensus martyrio coronatus est die decima septima Martii. — Tertius ex hoc heroum manipulo fuit ille Antonius Daniel, qui natus Dieppae anno millesimo sexcentésimo primo, vicennis Societatem Iesu ingressus est ac triennio post sacerdotio initiatus, anno millesimo sexcentésimo trigesimo tertio ad Canadenses missiones se contulit et Beatum Ioannem de Brébeuf, cuius erat socius, in missiones a S. Ioseph *Ihonatiria* nuncupata condenda non parum adiuvit. In Indorum linguam, qua ipse aliquanto erat instructus, dominicam orationem vertit, piosque versus a neophytis canendos composuit. Quebecum inde missus Seminarium erigendum suscepit illudque perfecit alumnis indigenis missionariorum opera instituendis. Ad Hurones reversus indefesso labore plures missiones fundandas provehendas que curavit, quas inter tres praecipuae a Sanctis Patronis Ioanne Baptista, Ioseph, B. Mariae Virginis Sponso, et Ignatio de Loyola seorsum nomen acceperunt. Die quarta Iulii anno millesimo sexcentésimo quadragesimo octavo Antonius rem sacram ad aram vix fecerat, cum ex improviso Iroquenses in S. Ioseph pagum irruentes, ferro ignique omnia vastare coeperunt. Adstitit ille sacris ornatus vestibus, et, catechumenis baptismo ablutis iisque una cum reliquis fidelibus fere omnibus fugam cupientibus, bonus pastor, barbarorum impetum interea solus substinens telis i gneis que globulis confessus ad fores templi animam suam pro ovibus posuit, eiusque corpus, victimam et holocaustum inter comburentis ecclesiae flammas iniecerunt. — Sequenti anno, alter die septima, die octava Decembris alter, optatam martyrii palmam obtinuere Carolus Garnier et Natalis Chabanel et ipsi Beati Ioannis de Brébeuf in apostolatu Novae Galliae regionis socii. Eorum primus Parisiis ortus die vicesima quinta Maii. anno millesimo sexcentésimo sexto, in collegio Claromontensi studiis diligenter incubuit et duodeviginti annos natus in Societatem Iesu ingressus et volvente anno millesimo sexcentésimo trigesimo sexto sacerdotio initiatus, ad Canadenses missiones profectus est. Quebeci infantulae, quam primo baptizavit, Mariae nomen ex voto imposuit. Ad Huronenses populos evangelizandos a suis moderatoribus missus, inter eos apostolicis laboribus ac virtutibus fulgens, angelica morum innocentia omnibus apprime carus, suum usque ad obitum ministerium consecra vit. Dignae sane sunt speciali mentione expeditiones a

Dei Famulo peractae in Ihonatiria et de Pétun regiones, ac binae missiones ab eo fundatae, a S. Ioanne et a S. Mathia nuncupatae. Ab Iroquensium turnus, in suum pagum irrumpentibus et tribuni ei commissam incendio et eaede perdentibus, duobus missilibus plumbeis graviter vulneratus est, dum adhuc baptismalem aquam in suos funderet dilectos neophytos; ita mortiferis affectus vulneribus, videns tamen morientem hominem, ad eum omni nisu pervenire conabatur, ut sacramenti absolutione sublevaret; sed ob exhaustas vires semel atque iterum in terram recumbens, acinace a barbaro quodam Iroquensi percussus, martyrii palmam adeptus est; insequenti autem die e duobus hisce martyribus alter Natalis Chabanel. Hic in dioecesi Mimatensi die secunda Februarii anno millesimo sexcentésimo tertiodecimo natus et in Societatem Iesu septemdecim annos agens relatus, post plures annos in humanis litteris edocendis Tolosae transactos, ac theologiae cursu et tertio quem vocant probationis anno expleto, ad Canadenses Missiones se transtulit anno millesimo sexcentésimo quadragesimo tertio, et ad Hurones missus Missionem a S. Maria nuncupatam evangelizandam suscepit. Ad graves in suo munere obeundo difficultates superandas, martyrium ardenter exoptans heroico voto Deo spoponderat se usque ad mortem in dilecta sibi Missione mansurum esse. Ab Hurón e quodam apostata dolose in vasus et in odium fidei interfectus optatam martyrii palmam obtinuit; eiusque corpus in profluentem deiectum est. — Alii tres Christi púgiles, Americae borealis primores Martyres, sunt Beati Isaacus Jogues, Benatus Goupil et Ioannes de la Lande. Quorum primus Aureliae in Gallia natus anno millesimo sexcentésimo septimo, iam inde a puero ardentissimo erga Christum patientem eiusque Virginem Matrem amore flagrare coepit. Decimum septimum annum agens Societatem Iesu eo praesertim animo ingressus est, ut ad missiones inter infideles sibi pateret iter. Voti compos factus et Lutetiae Parisiorum anno millesimo sexcentésimo trigesimo sexto sacerdotio initiatus est, eodemque anno, Aprili mense, in Canadam seu Novam Galliam missus est, ubi sex annos strenuissime inter Hurones apostolico munere functus est. Erat cum eo Benatus Goupil, Andegaviae natus et adolescens inter laicos coadiutores Societatis Iesu quondam cooptatus, sed ob infirmam valetudinem e novitiatu dimissus, qui simplicitate, vitae innocentia et patientia in adversis singularis, Deo, quem iugiter praesentem in omnibus habuit, atque Eius sanctissimae voluntati per amorem maxime subiectus, in Novam Galliam sponte traiecerat, ut Patrum missionalium famulatui se totum devoveret; sui voti compos redditus per integrum biennium, quum artem cMrurgicam calleret, sauciis aegrotisque in nosocomio degentibus perutilem operam praebuit, insimul pueros et adultos christianae religionis mysteriis et praeceptis erudivit. Anno millesimo sexcentésimo

quadragesimo secundo, mense Augusto ineunte, Isaacus, dum una cum Eenato aliisque sociis Quebeco in suam Huronicam missionem revertitur, in Iroquenses incidit, qui eos captivos in suos pagos abducunt. Ille quidem a barbaris primum non erat deprehensus, sed, ne captivi fideles et neophyti religionis auxilio carerent, sponte se quoque capi passus est. Tunc vero ipse ac Renatus, utpote odiosae religionis magistri, crudelius quam ceteri captivi ab Iroquensibus torquentur, de pago in pagum contumeliose rapti, in singulis pagis fustibus saevissime caesi, ignitis carbonibus adusti, manuum digitis partim coniractis, partim resecatis; Isaacus autem, brachiis in modum crucis extensis, tota nocte turribus suspensus, immani puerorum ac feminarum crudelitati et ludibrio permissus est. Ambo deinde in durissimam servitutem redacti, omnia eaque gravissima ilfius conditionis incommoda forti et nunquam fracto animo pertulerunt; septuaginta interea e barbaris ad Christi fidem conversos baptismo abluerunt. Post aliquot hebdomadas Renatus Goupil, Deo ac Societati Iesu arctiore vinculo sese obstringi cupiens, religiosa vota, quae nondum emiserat, in manibus eiusdem P. Jogues nuncupare voluit; et paucos post dies a barbaro quodam ex Iroquensibus sene, eo quod pro suo more salutiferum Crucis signum in fronte cuiusdam pueri eius nepotis digito efformasset, in odium eiusdem sanctae Crucis securi perenti iussus est, ac dulcissima Iesu, Mariae, Ioseph nomina geminans, die vicesima nona septembris, martyr occubuit, prope *Auriesville* in hodierno Statu Keo-Eboracensi, anno circiter quinto supra trigesimum aetatis suae. Eius virtutes ac gloriosum exitum Beatus Isaacus magnis deinde laudibus praedicabat. Hic vero anno proximo aufugiendi opportunitatem nactus, qua tantum post diuturnam ad Deum orationem usus est, in Galliam revertit, ab omnibus ceu Martyr honoratus; eique cl. me. Urbanus Papa Octavus, Praedecessor Noster, ad aram perlitandi, etsi digitis obtruncatis, facultatem fecit his verbis: « Indignum esset Christi martyrem Christi non bibere Sanguinem ». Post annum, maxime ad populi venerationem fugiendam, ad dilectam missionem redire impetravit. Quo cum pervenisset, a gallicae coloniae praetere rogatus, ad ferocissimos Iroquenses, suos olim carniflces, pacis sequester ire non recusavit. Pace praeter spem composita, paulo post ad eosdem barbaros, ut eos Christi fidem doceret^ una cum Ioanne de la Lande, Dieppensi, qui Canadensi missione Patribus Societatis Iesu se socium ac famulum sponte libenterque perpetua sponsione donavit, impavidus revertit. Sed Iroquenses, primum suum apostolum ad se venientem indigne exceperunt, pugnis verberibusque condiderunt, quodam etiam barbaro ex eius brachiis et tergere carnem avellente et sub eius oculis vorante; ab alio tandem securi percussus, illustrem martyrii palmam consecutus est die decima octava Octobris, anno millesimo

sexcentésimo quadragesimo sexto. Postero die eius socius Ioannes de la Lande, eodem necis genere eademque causa interfectus, dignum humilitatis ac pietatis suae praemium adeptus est. — Horum octo Americae borealis primorum Martyrum, quorum vitam, apostolatum, saevumque martyrium brevi narravimus, sanctitatis fama apud universum Canadensem et Statuum Foederatorum populum signis quoque ac prodigiis, uti fertur, confirmata, quin vel minime languesceret, adeo in dies convaluit, ut super ea processus ordinarius informativus in ecclesiastica curia Quebecensi fuerit instructus et cum processu rogatoriali, in archiepiscopali curia Parisiensi confecto, ad SS. Rituum Congregationem transmissus. Scriptis dein ad eosdem Dei Famulos attributis ab eadem S. Congregatione diligenter conquisitis et expensis, decreto die vicesima octava Martii anno millesimo nongentesimo duodecimo edito nihil obstare sancitum est quominus ad ulteriora procederetur. Instante autem b. m. Camillo Peccari, Societatis Iesu tunc Postulatore generali, attentisque quorundam Patrum Cardinalium, Archiepiscopi Delegati Apostolici in Canadensi ditione, aliorumque Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Superiorum generalium Ordinum et Congregationum religiosarum, Capitulorum, Rectorum studiorum Universitatum, Collegiorum et Ecclesiarum praesertim dioecesium ac missionum Canadensium, necnon Statuum Foederatorum Americae borealis votis; rogantibus etiam Suprema Curia Canadensi legibus ferendis cum primo Ministro, praecipuis Magistratibus aliisque praestantibus viris ac muheribus, introductionis Causae Beatificationis seu Declarationis Martyrii praefatorum octo Servorum Dei Commissio a fel. rec. Benedicto Papa Decimoquinto, Praedecessore Nostro, die nona Augusti mensis, anno millesimo nongentesimo sextodecimo signata est. Tunc Apostolicis Processibus, servata in omnibus iuridica forma, absolutis, duplici SS. Bituum Congregationis conventu, ut mos est, antepraeparatorio et praeparatorio rite praehabito, die duodecima Maii anno sacro millesimo nongentesimo vicesimo quinto in generalibus comitiis coram Nobis convocatis, Relatore seu Causae Ponente cl. m. Antonio Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et. S. Bufinae et eiusdem S. Congregationis Praefecto, actum est de dubiis: *An constet de martyrio et causa Martyrii, necnon de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur;* et: *An, supposita approbatione martyrii et causae martyrii, necnon dispensatione a signis seu miraculis, tuto procedi possit ad solemnem Beatificationem;* omnesque qui interfuerunt Patres Cardinales et Consultores uno velut ore *tuto procedi posse* responderunt. Quamvis vero de unanimi hoc suffragio Nos valde gratulati fuissemus, noluimus tamen statim tantae utilitatis tantaeque expetitae laetitiae causam supremo Nostro decretorio absolvere iudicio, sed, ceu de more, hoc Nobis prorogan-

dum duximus, maioris caelestis luminis gratiam interim imploraturi. Feria autem tertia post Pentecosten, die secunda mensis Iunii, sacris mysteriis devotissime celebratis, ad Vaticanas Aedes acciri praecepimus praefatum Cardinalem Vico una cum dilecto filio Nostro Alexandro Cardinali Verde, tunc SS. Bituum Congregationis a Secretis, et p. m. Angelo Mariani S. Fidei Promotore generali, eisque adstantibus *tuto procedi posse ad solemnem Venerabilium Servorum Dei Ioannis de Brébeuf et Sociorum Beatificationem* solemniter ediximus. Hoc autem Decretum, evulgari et in acta SS. Bituum Congregationis referri, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis huiusmodi solemnibus in Basilica Vaticana celebrandis expediri iussimus. Faustissima vero die vicesima prima Iunii, angelico iuveni S. Aloisio Gonzagae dicata, eodem anno solemnia Beatificationis in sacrosancta praefata patriarchali Basilica peracta fuerunt. Quoniam vero, post indultam iisdem Beatis Martyribus venerationem, a Canadensis ditionis et Statuum Foederatorum Americae borealis regionum christifidelibus complura beneficia a Deo, ipsis intercedentibus, fuisse patrata nuntiatum est, quorum nonnulla veri nominis miracula videri perhibebantur; plurium desiderium exortum est, ut isti octo fortissimi Christi púgiles, qui' tot ac tanta supplicia pro Eodem passi sunt, quamprimum Caelitum Sanctorum honoribus augerentur. Quare, amplissimorum virorum ad hunc finem postulatoriis litteris Nobis porrectis et instante p. m. Aureliano Faiella, Societatis Iesu Postulatore Generali, cui dilectus filius Carolus Miccinelli, hodiernus eiusdem Societatis sollertissimus Postulator, est suffectus, Causa Canonizationis SS. Bituum Congregationis Decreto, die vicesima quinta Novembris anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto edito, reassumpta est; et super duobus propositis miraculis, quae intercessione Beatorum Ioannis de Brébeuf et Sociorum patrata asserebantur, Apostolici processus in dioecesibus Chatamensi et Sancti Hyacinthi respective confecti sunt. Alterum e duobus hisce miraculis ita evenit: Maria Bobichaud, in religionis postea Soror Savoie, Adelardi et Sarae Annae Savoie filia, anno millesimo octingentesimo nonagésimo octavo nata, in oppido vulgo *SMppegan* in regione Canadensi, puella adhuc, debilis erat constitutione ac saepe saepius infirma, sed processu temporis meliori usa est valetudine, adeo ut anno millesimo nongentesimo vicesimo religionem ingredi valuerit. Quum vero aetatem annorum viginti quinque attigisset, in domo Congregationis Sororum Hospitalariarum S. Ioseph in urbe *Troxadie* morans, Soror Savoie infirmitate quadam in abdomine affecta est, a qua tamen, remediis adhibitis, convalescere visa est. Sed, vertente anno millesimo nongentesimo vigesimo quinto, nova ac graviore infirmitate, idest peritonitide tuberculari fibro-caseosa laborare

coepit, quae, vehementissima doloribus supervenientibus et virium defectione, post plures menses gravissima evasit, adeo ut mense Iunio sequentis anni arcessiti medici in mortis periculo aegrotam versari declaraverint. Adhibita remedia, quae cetero levissima fuerunt, nullum consecuta sunt adiumentum, nec consequi posse, data morbi natura, candide ipsi medici fassi sunt. Attamen humanis hisce remediis relictis, unice ad divinam opem implorandum per Beatorum Martyrum Canadensium intercessionem aegrota eiusque Sorores, sedula monasterii moderatrice suggerente, converterunt. N o venialibus itaque institutis precibus, ultima die, quae fuit Iulii mensis nona, gravissimis aegrotae condicionibus perdurantibus, uno instanti Sororis Mariae Savoie evenit sanatio, quae, cunctis morbi vestigiis prorsus ablatis, sane quidem perfecta et constans fuit, uti a peritis viris, ad dignoscendam sanatae valetudinem vocatis et ad iudicandum de sanationis constantia, iudicatum est. — Miraculum alterum patrabatur hora undecima matutina diei trigesimae Decembris anno millesimo nongentesimo vicesimo septimo in monasterio Beiigiosarum a Praesentatione B. M. V. prope oppidum Sancti Hyacinthi in Canadensi ditione, in persona Sororis Mariae Maximae, in saeculo Alexandrinae Buel, annos natae unum supra quadraginta. Haec, quae puella et adolescens bona fruebatur valetudine, monasterium Praesentationis ingressa est anno millesimo nongentesimo primo. Sex circiter annis elapsis, repentina haemorragia laboravit, a qua tamen aliquot post dies sanata est. Vertente autem anno millesimo nongentesimo tertiodecimo, cum a quodam tempore acutos persentiret dolores in ventre, a quodam medico visitata fuit, qui illico iudicavit ipsam appendicitide laborare et quidem in forma gravi, adeo ut chirurgica incisio post breve tempus fuerit peracta, et medici qui incisionem hanc peregerunt, appendicitidem esse animadverterunt natura tubereulari. Biennio post dolores in abdomine rursus apparuerunt sed graviores; anno vero millesimo nongentesimo decimo octavo supervenerunt diarrheae, vocationes ac demum turgor in ventre; et arcessiti medici novam chirurgicam incisionem necessariam diradicaverunt, quae mense Martio eiusdem anni peracta, fere inutilis evasit, siquidem chirurgi peritonitidem invenerunt tubercularem totum abdomen attingentem. Aegrotae conditiones eaedem fere permanserunt per tres alios annos, ac dein rursus graviores factae sunt; dolores et turgor in ventre aucti, sanguineae vomitiones, sanguineae pariter deiectiones, ingens debilitas virium, continua febris. Sententia medicorum qui vocati sunt indubia fuit nec dubia esse poterat, attentis incisionibus chirurgicis iam bis peractis. Hisce in adiunctis non a scientia, non ex ipsis naturae viribus salus erat exspectanda, sed. a divino tantum auxilio, quod maxima cum fiducia ab aegrota et ab eius consodalibus invocatum est. Et revera iam antequam miraculum, fuit patratum, Beati Martyres

Canadenses nnice tum a Sorore Maria Maxima tum a tota religiosa familia, tanquam apud Deum intercessores, invocati snnt, et placuit Altissimo aegrotae sanationem operari apertissimo modo, quo ipsorum Beatorum sanctitas mirifice illustraretur. Uno enim momento Maria Maxima nedum a morbis quibus diutine laborabat fuit liberata, sed priscas recuperavit vires, ac ita se gessit et apparuit, ut si semper vivida floruisset salute. Hanc vero sanationem non modo instantaneam fuisse, sed constantem quoque et perfectam apertissime probatum est; siquidem medici a cura in suis visitationibus pluries peractis, etiam post annum a sequuta sanatione, ne minimum quidem veteris morbi vestigium in sanata animadverterunt. De hisce itaque binis miraculis Processibus Romam delatis, de eorum validitate rite disceptatum est, atque die decima septima Iulii praeteriti anni a SS. Bituum Congregatione validitatis decretum latum fuit. Interea cum diem supremum obiisset Cardinalis Antonius Vico, eiusdem S. Congregationis Praefectus et Causae Relator, eidem suffectus fuerat dilectus filius Noster Alexander S. R. E. Cardinalis Verde. Qui praemissis suetis de iisdem miraculis congregationibus antepraeparatoria et praeparatoria, in generalibus comitiis coram Nobis habitis die sexta mensis Maii huius anni, proposuit dubium: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Tum Patres Cardinales Sacris Ritibus tuendis praepositi, tum omnes qui aderant Patres Consultores unanimi consensu constare de duobus propositis miraculis responderunt. Verum in re tam gravi«! momenti Nostram aperire mentem in alium diem distulimus, donec fervidis precibus maius ab omnipotenti Deo, Patre luminum, subsidium exposceremus. Quod cum impense fecissemus subsequenti die undecima Man, Eucharistica Hostia ferventer oblata, ad Nos arcessiri iussimus dilectos filios Nostros Camillum Cardinalem Laurenti, SS. Rituum Congregationis Praefectum, et Alexandrum Cardinalem Verde, Causae Relatorem, una cum dilectis filiis Alfonso Carinci, eiusdem S. Congregationis a secretis, et Carolo Salotti, S. Fidei Promotore generali, iisque adstantibus decrevimus *Constare de duobus propositis miraculis, scilicet: Instantaneae perfectaeque sanationis Mariae Robicliaud, in religione Sororis Savoie a peritonitide tubercolari fibro-caseosa; atque instantaneae perfectaeque sanationis Alexandrae Ruel, in religione Sororis Mariae Maximae, a peritonitide tuberculari.* Quod quidem decretum publici iuris fieri et in acta SS. Rituum Congregationis referri mandavimus. Item, praefata servata forma, die duodevicesima mensis Man, iisdem coram Nobis adstantibus memoratis dilectis filiis Nostris, *tuto procedi posse ad solemnem Beatorum Martyrum Ioannis de Brébeuf, Isaaci Jogues, Gabrielis Lalemant, Antonii Daniel, Caroli Garnier, Natalis Gìiabanél, Renati Goupil et Ioannis de la Lande, e Societate Iesu, Canonizationem* pronunciavi-

mus. Verum ut in tanto negotio iuris ordo servaretur, quem Decessores Nostri iam pridem constituerunt, primum venerabiles fratres Nostros S. E. E. Cardinales in Consistorio secreto die decima nona superioris mensis. Maii habito, eorum sententiam rogaturi, Nobis adesse iussimus, qui, Beatorum Ioannis de Brébeuf, Isaaci Jogues et Sociorum Martyrum vitae, virtutum, martyrii ac miraculorum compendiosa narratione facta per dilectum nilum Nostrum Camillum Cardinalem Laurenti SS. Bituum Congregationi Praepositum, Nos ad Causae huius legitimam definitionem sunt uno ore cohortari; et ipso Consistorio felici successu peracto, continenter habitum est Consistorium publicum, in quo dilectus filius Christophorus Astorri Consistorialis Aulae Advocatus, pro eorundem, Beatorum Martyrum solemni Canonizatione de more institit. Interea curavimus ut venerabiles fratres Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi, non viciniores tantum, sed etiam remotissimi quique de tanta solemnitate per litteras admonerentur, et, si eis esset facultas, sententiam suam ipsi quoque dicturi Nobis adessent. Eorum non pauci ad Urbem convenerunt, qui, causa plene cognita ex actis SS. Bituum Congregationis, quorum singulis exemplar tradi voluimus, in Consistorio semipublico coram Nobis die vicesima secunda eiusdem mensis Maii coacto, in eamdem in quam Patres Cardinales sententiam, iverunt. Cuius rei publica instrumenta, a dilectis filiis Sedis Apostolicas Notariis -confecta, in tabularium SS. Bituum Congregationis relata sunt. Huic vero Canonizationi celebrandae hanc praefiximus diem vicesimam ¿nonam mensis Iunii; et fideles universos sumus etiam atque etiam hortati, ut preces, iis praesertim in aedibus ingeminarent, in quibus publica augustissimi Sacramenti esset adoratio, ut et ipsi uberrimum fructum e tanta solemnitate percipere possent, et Nobis in illa absolvenda Spiritus Paraclitus adesset. Cum ergo praesignata a Nobis dies advenerit, omnes tum saecularis tum regularis cleri ordines, singuli Romanae Curiae Praesules et Officiales, cuncti denique venerabiles fratres Nostri S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates in Vaticanam Basilicam magnificentissime ornatam convenerunt; quibus solemni supplicatione praeeuntibus, et Nos ingressi sumus. Tunc dilectus filius Noster Cardinalis Camillus Laurenti, SS. Rituum Congregationis Praefectus, Canonizationi huic procurandae praepositus, perorante dilecto filio Augusto Milani, Nostrae Consistorialis Aulae Advocato, vota Nobis precesque detulit Sacrorum Antistitum, Ordinis Minorum S. Francisci et Societatis Iesu, ut Beatos Ioannem de Brébeuf et Socios Martyres, una cum Beatis Boberto Bellarmino Cardinali et Teophilo a Curte in Sanctorum numerum referimus. . Cum vero iterum ac tertio memorati Cardinalis et Consistorialis Aulae Advocatus precibus institissent, Nos, superno lumine iterum fer-

vehtiusque implorato, haec solemmter ediximus: *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, l_ Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio, Beatum Ioannem de Brébeuf et Socios Martyres Gabrielem Lalemant, Antonium Daniel, Carolum Garnier, Natalem Chabanel, Isaacum Jogues, Renatum Goupil, Ioannem de la Lande; et Beatos Robertum Cardinalem Bellarmino, atque Theophilum a Curte Sanctos esse decernimus et definimus ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali eorum memoriam quolibet anno, die eorum natali, nempe Ioannem de Brébeuf et Socios Martyres die vigesima sexta Septembris, Robertum Cardinalem Bellarmino, Episcopum Confessorem, die decima septima Septembris, et Theophilum a Curte Confessorem die decima nona Maii pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.* Gratias denique de tanto beneficio Deo Optimo Maximo ex corde egimus, et Sacrum solemne litavimus. Post autem Evangelium adstantes al locuti sumus, hortantes ut non modo Apostolorum Principes, qui hodie in universo christiano orbe, ubicumque christifideles degunt, praecipue in Alma hac Urbe, solemniter commemorantur, sed etiam novensiles Sanctos, quorum consecratio hodiernam solemnitatem novo quodam splendore non tam augere videtur, quam reapse condecorat, sibi, Ecclesiae, societati hominum universae propitios mererentur. Atque in Sanctis ipsis mirabilia omnibus proposuimus ad imitandum et sanctitatis et apostolatus exempla, ex quibus quidem alios alii, pro sua cuiusque condicione vitae, pro suis cuiusque ofhciis, ad meliora exardescendo, intuerentur. Plenariam tandem indulgentiam cunctis praesentibus peramanter impertit! sumus atque has Decretales Lit* teras sub plumbo expediri mandavimus. Horum itaque novensilium Sanctorum memoria, solemnis hisce consecrata caerimoniis, quibus sacrum universale Iubilaeum, a Nobis ob natalem ab inito sacerdotio Nostro quinquagesimum indictum, veluti immortali corona desinere voluimus, vigeat in cordibus nostris, et omnes christifideles a fortissimis Americae borealis primoribus Martyribus, qui regionem illam Evangelii lumine tanto apostolatus fervore illustrarunt ac effuso sanguine irrigaverunt uberrime, et sanctitatis odorem in ea reliquerunt suavissimum, discant potissimum illibatam servare fidei puritatem, eamque sine rubore coram omnibus firmiter profiteri, omnia pro Christo perpeti et ad maiorem Eius gloriam propagandam, cum Evangelii praeconibus fideliter conspirare. Et Nos quidem, qui saevissima horum Christi Pugilum tormenta in memoriam revocantes

terrore adhuc concutimur, caelestem nunc ipsorum gloriam perspicientes maximo perfundimur gaudio; ac magna Nos spes tenet fore ut, deprecatoribus illis apud Deum potentissimis effectis, catholica Ecclesia id tandem sibi vindicet, quod, eius nomine, merito sanguine Ipsi suo acquisierint. Votisque Nostris felicem expetimus diem atque praevenimus, in quo nobilissima Gallica natio, tot Sanctorum parens, quae hos quoque Christi Praecones et Martyres ad terrenam parturiit vitam, suum in fide per orbem propaganda apostolicum zelum una mente agnoscat praecipuum esse suae gloriae decus; et magnae illae prosperaeque regiones, quae beatissimus huius heroum manipuli animas ad caelestem progenuerunt vitam, in fidei unitate augustiorem efficiant Christi Regis triumphum, cui omnis potestas et imperium, honor et gloria in saecula saeculorum. — Omnibus itaque quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia et apostolicae potestatis plenitudine omnia et singula praedicta confirmamus, roboramus atque iterum statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus; mandantes ut earumdem praesentium transumptis sive exemplis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notam Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Nostris praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero has Decretales Litteras Nostras definitionis, mandati, relaxationis et voluntatis infringere vel ausu temerario contraire aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Sanctorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno millesimo nongentesimo ac trigesimo, die vicesima nona mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno nono.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£g Ego IANUARIUS **Episcopus Albanensis Cardinalis** GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE.

£g Ego BASILIUS **Episcopus Veliternus Cardinalis** POMPTXJ.

Ego MICHAEL **Episcopus Tusculanus Cardinalis** LEGA.

£8 **Ego** DONATUS **Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis** SBAR-. RETTI.

£8 **Ego** THOMAS PIUS **Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis** BOGGIANI.

£8 **Ego** PETRUS **tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis** GASPARRI.

£g **Ego** CAIETANUS **tituli S. Agathae Presbyter Cardinalis** BISLETI.

£8 **Ego** GULIELMUS **tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis** VAN BOSSUM.

£8 **Ego Fr.** ANDREAS **tituli S. Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis** FRÜHWIRTH.

£8 **Ego** RAPHAEL **tituli S. Hieronymi Illyricorum Presbyter Cardinalis** SCAPINELLI.

£8 **Ego** FRANCISCUS **tituli S. Marcelli Presbyter Cardinalis** RAGONESI.

£8 **Ego** ACHILLES **tituli S. Bernardi ad Thermas Presbyter Cardinalis** LOCATELLI.

£8 **Ego** ALOISIUS **tituli S. Georgii ad Velabrum Presbyter Cardinalis** SINCERO.

£8 **Ego** BONAVENTURA **tituli S. Caeciliae Presbyter Cardinalis** CERRETTI.

£8 **Ego** HENRICUS **tituli S. Bartholomaei in Insula Presbyter Cardinalis** GASPARRI.

£8 **Ego** ALOISIUS **tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis** CAPOTOSTI.

£8 **Ego** LAURENTIUS **tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis** LAURI, **Maior Poenitentiarius.**

£8 **Ego Fr.** ALEXDJS HENRICUS **tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis** LÉPICIER.

£8 **Ego** EUGENIUS S**S. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis** PACELLI, a **Secretis Status.**

£8 **Ego** CAMILLUS **S. Mariae Scalaris Protodiaconus Cardinalis** LAURENTI.

£8 **Ego** IOSEPH **S. Mcolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis** MORI.

£8 **Ego** FRANCISCUS **S. Caesarei in Palatio Diaconus Cardinalis** EHRLE.

£8 **Ego** ALEXANDER **S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis** VERDE.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIBTH, *Cancellarius S. B. E.*

CAMILLUS CARD. LAURENTI, *S. B. C. Praefectus.*

Joannes Zani-Caprelli, ***Protonotarius Apostolicus.***
Hector Castelli, ***Protonotarius Apostolicus.***

Can. Alfridus Liberati, ***Cane. Apost. Adiutor a studiis.***

EXPEDITA

die decima quarta mensis Novembris, anno nono
ALFRIDUS MARINI, ***Plumbator.***

Reg. in Cane. Ap., vol. XLIII, n. 18. - M. RIGGI.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ECCLESIA S. FRANCISCI DE PAULA URBIS IANUAE AD BASILICAE MINORIS TITULUM AC DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ianuensi in civitate exstat ecclesia in honorem Sancti Francisci de Paula Deo dicata, curis ministerioque concredita Ordinis Minimorum qui in adiecta domo ab exeunte saeculo decimo quinto resident. Hoc vero templum, antiquiore ampliato una cum adnexo conventu, suam habuit hodiernam formam decimo septimo saeculo; atque amplitudine, artis operibus, amoenitate quoque loci perspicuum est. Tribus ipsum navibus constat satis amplis, quarum parietes marmoribus picturisque magni momenti ornantur; decem in eodem sacella pulcris altaribus munita habentur; in eodemque multae pretiosaeque sanctorum custodiuntur relliquiae insignes, quas magna veneratione christifideles venerantur. Cives ianuenses iugiter ecclesiam eandem frequentes celebrabunt ac celebrant, opem Sancti Francisci de Paula in ad veritatibus imploraturi; eandemque magni etiam atque iniustres viri pietate moti visitarunt ac muneribus religionis caussa donarunt. Hisce vero temporibus, auspice civitatis moderatore, ianuenses cuiusvis ordinis condicionisve, congrua stipe coacta, novam ingentis molis campanam obtulerunt ecclesiae Minimorum; statueruntque ut illa *a mari* nuncupata, atque in nuper instauratam turrem templi ipsius inducta, singulis diebus ad vespertinas horas, signo *Ave Maria,* christifideles pie ad Deum orandum vocet pro omnibus qui maris océanique vias agunt quive in profundo pelago in pace quiescunt. Haec animo repetentes, cum dilectus filius Noster Carolus Dalmatius Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Minoretti, lanuensium Archiepiscopus, amplissime Nobis commendet preces, quas Procurator generalis Ordinis Minimorum Nobis humiliter enixeque adhibuit, ut templum ianuense ipsum Sancti Francisci de Paula ad titulum atque honorem Basilicae minoris evehere dignemur, Nos optatis huiusmodi concedendum ultro libenterque existimavimus. Audito igitur dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, Sacrae Bituum Congregationis Praefecto, motu proprio atque ex certa scientia ac matura delibeiatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, ecclesiam ianuensem in honorem Sancti thaumaturgi Francisci de Paula Deo dicatam, atque Minimorum concreditam

Ordini a Sancto ipso fundato, Basilicae minoris titulo cum privilegiis honorificentiisque, quae iuxta Apostolicas dispositiones huic titulo competunt, cohonestamus et condecoramus.

Haec concedimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Maii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

B. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

U

CONFIRMANTUR AUCTORITATE APOSTOLICA CONSTITUTIONES ORDINIS S. PAULI PRIMI EREMITAE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Religiosas virorum familias, quae a priscis Ecclesiae temporibus efformantur ac florescunt, temporibus locorumque necessitatibus accommodatae, sive aeternae singulorum fidehum saluti, sive incremento Ecclesiae religionisque provehendo prospiciant, Romani Pontifices Decessores Nostri prae oculis continenter habuere ut, opportunitate data, earundem bonum utilitatemque foverent. Vestigiis propterea praedecessores Nostros secuti, Nos etiam ultro libenterque censuimus adnuendum precibus Prioris generalis Ordinis Sancti Pauli primi Eremitae, qui, nomine quoque sodalium totius Instituti cui ipse praeest, Nos humiliter rogavit ut apostolica Nostra auctoritate confirmare dignaremur Ordinis Paulini praedicti Constitutiones, quae nunc ad Codicis iuris canonici normas denuo redactae sunt. Ordo-praedictus, cuius sodales nunc vitam coenobiticam ducunt, originem satis antiquam habuit, quamvis, approbatione regulari Sanctae Sedis decimo tertio tantum saeculo ornatus, ab ipso tempore propaginibus suis antea in Hungariae atque in Poloniae fines dein ceteras Europae regiones sese extenderit. Postea vero graves Sancti Pauli eremitae Ordo iacturas diminutionesque perpessus est. Sexto decimo enim saeculo ob Turcarum incursiones bellaque plusquam centum coenobia paulina vastata sunt in Hungaria; ac duobus

post saeculis ob leges Iosephi secundi. Ordo praefatus non modo in Hungaricis sed et ceteris in regionibus eidem imperatori subiectis exstructus est. Paulo post, ineunte saeculo decimo nono, etiam in Polonia, tum regis Borussiae cum imperatoris Russorum mandatis, Ordinis domus abolitae sunt, ita ut hodie, tot tantasque ob vicissitudines, instituti ipsius tria tantum coenobia, cum spe sane denuo in Domino succrescendi, vix supersint. Placet vero Nobis nunc Ordinis Sancti Pauli primi Eremitae rebus provehendis in Domino prospicere; occasione, profecto, qua Fratres eiusdem Ordinis humillime Nos rogarunt ut eorundem Constitutiones, apostolica vi, denuo firmarentur. Constitutiones autem Ordinis nunc revisae atque emendatae, latino sermone exaratae, a Sacra Congregatione Religiosorum Sodalium negotiis praeposita die xxvii mensis Ianuarii anno MDCCCCXXX **recognitae sunt, earumque tenor, hic est qui sequitur, videlicet:**

CONSTITUTIONES

OEDINIS FEATBUM SANCTI PAULI EBEMITAE

P ABS PELMA

De Institutione vitae Regularis, quae Tironem instruit professumque dirigit.

CAPUT I

De fine Ordinis

1. Beligio Sancti Pauli Eremitae, ut ipsum nomen indicat, originem e vita eremitica traxit. Lapsu temporis, vita eremitica .... ***(et quae sunt reliqua).***

Votis itaque sodalium Ordinis Sancti Pauli eremitae, Nos ultro libenterque obsecundare volentes, audito etiam, uti mos est, dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, qui Sacrae Congregationi pro Religiosorum Sodalium negotiis praepositus est, motu proprio atque ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Constitutiones seu Begulas Ordinis Sancti Pauli Eremitae suprascriptas plenissime adprobamus eisdemque supremum Apostolicae sanctionis robur adiicimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri, atque obtinere, eidemque Ordini Sancti Pauli Eremitae plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex

nunc atque inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet. Volumus autem ut praesentium Litterarum exemplis etiam impressis, manu ahcuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si exhibitae vel ostensae forent.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxrx mensis Man anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

PRAEFECTURA APOSTOLICA INSULARUM SALOMONICARUM SEPTEMTRIONALIUM IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum in praefectura apostohca Insularum Salomonicarum septentrionalium religio christiana, diligenti industria Patrum Societatis Mariae, nova atque ampliora in praesens susceperint feliciter incrementa, adeo ut Moderator generalis dictae Societatis Mariae, cuius curis praefectura eadem commissa est, humiles Nobis atque iteratas preces porrexerit ut dicta apostohca praefectura de Insulis Salomonicis in Vicariatum Apostohcum erigeretur: Nos, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui rebus gerendis Propagandae Fidei praepositi sunt, precibus enunciatis concedendum ultro libenterque existimavimus. Quare motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, praefecturam apostolicam Insularum Salomonicarum Septentrionalium, quae insulis Shortland, Choiseul, Lord Howe, Bougainville, Buka, Nyssan, Charteret, Mortlock constituta est, in Vicariatum Apostolicum, proprio Ordinario episcopali dignitate ornato committendum, erigimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse

ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxxi mensis Maii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

IV

ERECTIO PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE WUCHANG IN VICARIATUM

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam.—-Venerabilis frater Archiepiscopus titulo Theodosiopolitanus, Delegatus Apostolicus Noster in Sinis, Nos edocet in praefectura apostolica de Wuchang rerum religiosarum felicissimum elapsis annis habitum esse incrementum, proptereaque Nos rogat ut praefecturam eandem, quae curis Ordinis Fratrum Minorum ad Nostrum et Sanctae Sedis beneplacitum concredita est, nunc in Vicariatum Apostolicum erigere dignemur. Nos autem, cum opportunum Nobis videatur huiusmodi votis concedere, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, praefecturam apostolicam de Wuchang in Sinis, servatis eisdem limitibus, in Vicariatum Apostolicum, item de *Wuchang* dictum atque ab Ordinario, episcopali aucto dignitate, regendum, erigimus et constituimus.

Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxxi mensis Maii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. OAR-D. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD R. D. FRANCISCUM VERDIER SUMMUM MODERATOREM PRESBYTERORUM CONGREGATIONIS A MISSIONE ET SOCIETATIS PUELLARUM A CARITATE: SAECULO ELAPSO A MANIFESTATIONE B. M. V. DE NOMISMATE PRODIGIOSO.

PIUS PP. XI

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Catholicis hominibus paene nullis mirabile illud non auditum dixeris, cuius sollemnis passim per orbem terrarum commemoratio die potissimum huius mensis septimo ac vicesimo habebitur: quo die beatissima Virgo, centesimo ante anno — postquam se plus semel Catharinae Labouré conspiciendam dederat, quae Parisiis apud Puellas a Caritate Vincentianas tirocinium agebat — duplici in tabula novi Nomismatis exemplar piae puellae exhibuit, praecepitque ut tale ipsamet Nomisma cudendum curaret. Pollicebatur quidem sanctissima Mater, quotquot illud, praesertim circa collum, gestassent, caelestibus eos gratiis locupletatum iri: quarum copiam ut, sua ipsius declaratione, efficaciter significaret, manus hinc inde demisit, e quibus quidam profectus est lucis veluti torrens, adeo splendidae ut oculorum aciem praestringeret. Eiusmodi sane eventum, dilecte fili, idcirco est Nobis ad recolendum suavius, quia plurimae sensim ad fideles iam tum accessere corporis animique utilitates; cum enim ad sacri usum Nomismatis insculptaeque ibi preculae, Deiparam sine labe conceptam testantis, brevi temporis spatio popularis ubique gentium pietas exarsisset, tam multa de materna Virginis misericordia in christianam plebem beneficia profluxisse constat, ut .Nomisma nuncupati prodigiosum coeperit posteaque omnino consueverit. Atque una simul vobiscum gaudendi vobisque gratulandi periucunda incidit Nobis opportunitas; siquidem, dilecte fili, non ignoramus, utramque, cui praees, Vincentianam sodalitatem quae sibi in hoc centum annorum decursu incrementa laudumque ornamenta comparavit, ea Manifestation illi beatissimae Virginis accepta referre, quam celebraturi estis. Congregationi profecto a Missione Nobis carissimae, quam Pater Legifer ad promovendam pauperum salutem rectamque cleri disciplinam tum suscitavit, cum novum pro rerum temporumque condicione praesidium Ecclesia praestolari videbatur, datum est, hoc saeculi intervallo, non modo ut muneri suo ne deesset, sed etiam ut studiosius vacaret, caritatis beneficentiaeque instituta atque opera provehendo in aliorumque mentem subiiciendo: quo in genere Vincentianae, quas vocant,

Collationes a Friderico Ozanam inductae, etsi modeste agunt, nonne in luce orbis terrarum versantur? Quid quod sodales vestri, dilecte fili, evangelicam fidem per sacras expeditiones aut incolumem inter fideles praestitere aut inter infideles, vel saüguine effuso, propagaruntf At vero Puellae a Caritate nimium quantum — vexillo, ut ita dicamus, sacri Nomismatis innixae—post Deiparae Manifestationem, cum ingenti Ecclesiae civilisque societatis utilitate, floruere; numerus enim earum, quotae tunc erant, adeo usque adhuc auctus est, ut Puellarum quadraginta fere milia hodie censeantur, eaedemque, magnifico operum apparatu ducentes, multo maiora portendant in posterum. Quibus quidem omnibus, quemadmodum mense Martio huius anni bene precati sumus, cum scilicet sorores quae in Urbe degunt earumdemque alumnas libenter admisimus atque alloquio donavimus, item bene hodie precamur, ominamurque ut in perpetua suae exercitatione caritatis, in puellis excolendis, pium praesertim suadendo sacri Nomismatis usum, animas Christo frequentissimas lucrentur. — Quod reliquum est, cupimus, ut saecularia sollemnia propediem habenda, Immaculata Dei (renetrice auspice, ne praetereat quin et vobis et christiano populo divinae gratiae afferant ubertatem: cuius conciliatrix esto paternaeque benevolentiae testis apostolica benedictio, quam tibi, dilecte fili, atque utrique Vincentianae sodalitati peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xxii mensis Novembris anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DECRETUM

SACERDOS IOSEPHUS TURMEL EXCOMMUNICATUS VITANDUS DECLARATUR, DEGRADATUR ET EIUS OPERA IN INDICEM LIBRORUM PROHIBITORUM INSERUNTUR.

Feria V, loco IV, die 6 Novembris 1930

Sacerdos Iosephus Turmel, ex archidioecesi Rhedonensi in Gallia, iam anno 1892 munere docendi, quod in Seminario maiore Rhedonensi obibat, ab Emo Cardinali Place suo Archiepiscopo privatus est, eo quod nonnullis ex suis alumnis praesentiae reali Iesu Christi in Ssma Eucharistia se non credere declaraverat.

Anno 1901 Emus Cardinalis Richard, Archiepiscopus Parisiensis, de speciali mandato et nomine Sacrae Congregationis Indicis, sacerdotem Turmel graviter monebat ob articulos haereticales ab ipso editos in foliis periodicis *Revue d'histoire et de littérature religieuses,* quorum infelix sacerdos A. Loisy moderator erat; addito vetito, ne quid deinceps ad sacras disciplinas pertinens absque praevia approbatione ecclesiastica publici iuris faceret.

Anno 1908 coram Illmo ac Revmo Domino Augusto Dubourg, suo Archiepiscopo, absolute negavit se sub falsis nominibus « A. Dupin » et «G. Herzog» duos libros contra dogmata Ssmae Trinitatis et Virginitatis Mariae, nec non contra alias Ssmae Matris Dei praerogativas scripsisse, firmiter asserens cum dictis auctoribus nihil prorsus se commune habere, immo eos ne novisse quidem. Illa vero occasione, ad quamvis suspicionem a se avertendam, suo Ordinario sub die 22 Maii 1908 explicitam professionem fidei catholicae in scriptis exhibuit. Praefati duo libri, primus sub nomine « A. Dupin » vi decreti diei 25 Maii 1908 et alter sub nomine « G. Herzog » vi decreti diei 5 Iulii 1909, in Indicem librorum prohibitorum dein inscripti fuerunt.

Ab anno 1909 usque ad annum 1911 Sacra Congregatio Indicis septem opera sacerdotis Turmel tribus diversis decretis, latis respective diebus 5 Iulii 1909, 7 Martii 1910 et 2 Ianuarii 1911, proscripsit ac damnavit; auctor vero post singulas damnationes suo Archiepiscopo in scriptis absolute se subiiciebat, declarans se doctrinae catholicae firmiter adhaerere.

Haud tamen exinde a sua nefaria opera cessavit, sed sub diversis itidem falsis nominibus alios libros aut articulos identidem edere perrexit, blasphemias in Deum continentes, haeresim propugnantes, ipsorumque religionis fundamentorum eversivos, qui ei tamquam auctori, etsi ipso pertinaciter negante, adscribebantur.

Anno demum 1929, cum ex peracta inquisitione sufficientia collecta essent argumenta ad sacerdotem Turmel plurium horum operum sub diversis nominibus editorum tamquam verum auctorem designandum, ab Emo Cardinali Charost, Archiepiscopo Rhedonensi, de mandato Supremae Sacrae Congregationis S. Officii, regularis instructus est processus, in quo sacerdos Turmel, constitutis subiectus diebus 10, 20, 21, 23 Decembris 1929 et 10 Ianuarii 1930, et non obstantibus suis firmis, iteratis, immo et iuratis negationibus, de reitate convictus, poena suspensionis a divinis mulctatus est sententia die 23 Ianuarii 1930 lata et in fasciculo *Semaine Religieuse du Diocèse de Rennes* diei 25 Ianuarii 1930 edita.

Paulo antequam ei suspensio a divinis intimaretur, infelix hic sacerdos suam reitatem fortiter negare pergens, Emo Archiepiscopo declaravit se libenter esse paratum professionem emittere fidei catholicae; paucis tamen diebus post, iam a divinis suspensus, ad editorem Bieder manuscriptum misit alterius voluminis operis *Catéchisme pour adultes* in eum finem evidenter conscripti religionem christianam oppugnandi et atheismum propagandi.

Cum tandem se manifeste detectum perspexisset, duabus epistulis diebus 25 Martii et 1 Aprilis currentis anni ad Emum Cardinalem Charost datis, sacerdos Turmel confessus est se plurimos articulos et quatuordecim opera edidisse sub sequentibus quatuordecim falsis nominibus: « Louis Coulange, Henri Delafosse, Armand. Dulac, Antoine Dupin, Hippolyte Gallerand, Guillaume Herzog, André Lagard, Robert Lawson, Denys Lenain, Paul Letourneur, Goulven Lézurec, Alphonse Michel, Edmond Perrin, Alexis Vanbeck ».

Ut facile est intelligere, ex tot libris et articulis sub diversis nominibus prodeuntibus, haeresim ac impietatem propugnantibus, legitima orta est suspicio ne in Gallia totidem adessent sacerdotes qui fidei catholicae adversaretur; quod quidem clero Gallico gravem profecto et manifestam iniuriam inurebat.

Cum igitur sacerdos Turmel quadraginta iam abhinc annis ideas catholicae fidei contrarias expresserit, et pluries monitus, poenis que ab auctoritate ecclesiastica plexus, prout ex dictis constat, non resipuerit, necnon quotidie Sacrum litare sit ausus, Emi ac Revmi Patres rebus fidei ac morum tutandis praepositi, in Plenario Conventu Feria V, loco IV, die 6 Novembris 1930 habito, procedendi formam Supremi S. Tribunalis S. Officii propriam ad normam can. 1555 sequuti, praeaudito RR. DD. Consultorum voto, decreverunt:

1.-Duodecim opera sacerdotis Iosephi Turmel, quorum tituli infra notantur, sub diversis nominibus edita, sed ab ipso uti propria agnita, praeter alia duo iam damnata et in Indicem relata, tamquam praedamnata habenda esse atque in Indicem librorum prohibitorum esse inserenda:

*

Louis Coulange, ***La Vierge Marie.*** **Paris, Rieder, 1925. - Id.,** ***La Messe.*** **Paris, Rieder, 1927.-Id.,** ***The Life of the Devii.*** **London, 1929.-Id.,** ***Catéchisme pour adultes*** **(2 voll.). Paris, Rieder, 1929-1930. - Henri Delafosse,** ***Le Quatrième Evangile.*** **Paris, Rieder, 1925. - Id.,** ***Les écrits de Saint Paul: VEpître aux Romains.*** **Paris, Rieder, 1926. - Id.,** ***Les écrits de Saint Paul: La première Epître aux Corinthiens.*** **Paris, Rieder, .1926.-Id.,** ***Les écrits de Saint Paul: La seconde Epitre aux Corinthiens. Les Epitres aux Galates, aux Colossiens, aux Ephésiens, à Philémon.*** **Paris, Rieder, 1927. - Id.,** ***Les écrits de Saint Paul: L'Epître aux. Philippiens. Les Epitres aux Thessaloniciens. Les Epitres Pastorales. VEpître aux Hébreux.*** **Paris, Rieder, 1928. - Id.,** ***Lettres dIgnace d'Antioche.*** **Traduction nouvelle avec introduction et des notes. Paris, Rieder, 1927.-André Lagarde,** ***The Latin Church in the Middle-Age.*** **Edinburgh, 1925. - Edmond Perrin,** ***Saint Thomas d'A quin, Somme Théologique.*** **Voll. I-II:** ***Dieu.*** **Traduction nouvelle avec une introduction et des notes. Paris, Rieder, 1927-1929;**

2. - Ipsum, iam in cursum in excommunicationem latae sententiae ad normam, can. 2314 § 1, 1, nunc excommunicatione nominatim ac personaliter damnari, prout vi praesentis decreti damnatur; omnibus plecti poenis publice excommunicatarum; atque insuper vitandum esse et ab omnibus vitari debere;

3. - Eumdem etiam degradationis poenae cum omnibus iuris effectibus subiici;

4. - Ab excommunicatione vero, de qua supra, ipsum absolutum non iri, nisi datis antea verae resipiscentiae signis, et retractatis formiter omnibus suis erroribus per declarationem a S. Officio probandam et publici iuris faciendam. Quibus tantum praestitis et non aliter, ipsum posse ad Sacramenta more laicorum iterum admitti.

Et eadem Feria V, die 6 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Adsessori concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit atque publicandam iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 8 Novembris 1930.

A. Subrizi, ***Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.***

L. ® S.

II

DECRETUM

QUINQUE LIBRI DAMNANTUR A PAULO ROUÉ EDITI

Feria IV, die 19 Novembris 1930

In Generali Consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Dñi Cardinales, fidei et moribus tutandis praepositi, praehabito DD. Consultorum voto, damnaverunt, proscripserunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos mandarunt libros a Paulo Roué editos, quibus tituli:

Le Procès de Jésus, Mude historique et juridique. **Paris, André Delpeuch, éditeur;**

Le Procès de Judas dit VIscariot. **Paris, éditions de l'Epi;**

Code de Vunion libre (Amants, Maîtresses, Enfants naturels). **Paris, Librairie de Droit usuel pratique;**

Traité de Vannulation du mariage religieux. **Paris, Etienne Chiron, éditeur;**

Mon formulaire oVactes sous-seings privés. **Paris, Librairie de Droit usuel.**

Et sequenti feria Y, die 20 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Adsessori impertita, relatum Sibi Emorum Patrum decretum approbavit, confirmavit et publicandum iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 21 Novembris 1930.

A. Subrizi, ***Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.***

L. *rB* S-

SAGRÌ CONGREGATIO CONCILII

TOLETANA ET ALIARUM

MISSAE PKO POPULO

Die 19 Iulii 1930

QUAESTIO. - **Eminentissimus Cardinalis Archiepiscopus Toletanus die 1 Ian. .1930 ad H. S. C. quae sequuntur exponebat: « Etiam post decretum Sacrae Congregationis Concilii 28 Decembris 1919 disputatur in Hispania de obligatione applicandi Missam pro populo diebus festis olim *ex iure particulari* de praecepto ut e. g. in Hispania diebus Sancti Antonii Patavini, Sancti Isidori Agricolae, Sancti. Augustini Doctoris, Sancti Ferdinandi Regis, etc., sed nunc suppressis sive vi Codicis, sive ante Codicem; dum alii negant, quia in festorum suppressorum decreto 28 Dec. 1919 non memorantur; alii affirmant, innixi in doctrina aliquorum scriptorum. Inde oritur diversa praxis et magna confusio, quae oporteret ut de medio tollatur; id quod unice per declarationem authenticam Sacrae Congregationis obtineri potest. Quapropter enixe orat ut talis declaratio quam primum detur ».**

Super ea quaestione, quam etiam Excmus D. Nuncius Apostolicus apud Catholicum Regem, authentice solvendam commendat, exquisitum est, ut de more, Votum Consultoris, quod praestat ex integro referre.

VOTUM CONSULTORIS. - **Praemitto notissimam disciplinam vigentem circa applicandam Missam pro populo diebus festis suppressis iure universali; scilicet: « nihil hac in re per Codicem immutatum esse a disciplina hucusque vigente » (Pont. Comm. Cod., 17 Febr. 1918); itaque Missam applicandam esse singulis diebus enumeratis in subsequenti elencho edito a S. H. C. die 28 Dec. 1919 *(A. A. S.,* XII, p. 42). In quo elencho notantur duo festa localia: « Dies S. Patroni Regni; dies S. Patroni loci », quae tamen sunt iuris communis, vi nempe legis generalis, etsi variis diebus observata iuxta singulas regiones et loca. Unde statim cadit argumentum quod quis deducere vellet ex canone 1247 § 2: « Ecclesiastico praecepto dies festi Patronorum non subiacent »; scilicet sublatum est, quatenus superesset, praeceptum de quo in titulo « de diebus festis », quin fiat mutatio circa Missae applicationem pro populo.**

His dictis, unicum argumentum ab iis allatum qui suppressam putant obligationem applicandae Missae pro populo, diebus festis suppressis,.

deducitur ex silentio citati decreti circa festa iuris particularis. At statim, quisque videt argumento huiusmodi nullam vim inesse, quia: *a)* silentium natura sua est quid negativum; unde nec potest nec debet trahi in argumentum positivum; nisi saltem aliud quid accedat; *b)* laudatum decretum editum est ad tollenda dubia et anxietates; nullum autem ius constituit; contra expressis verbis se refert ad ius praeexistens, citans responsum Pontificiae Commissionis, iuxta quod nihil est innovatum a Codice; *c)* immo decretum formaliter excludit ius particulare, non solum quia iteratis vicibus loquitur de festis « in *universali* Ecclesia », sed etiam quia nihil aliud est nisi determinatio celebris elenchi TJrbaniani, qui legem ferebat pro *universali* Ecclesia, omisso iure particulari, ut ex eiusdem tenore patet.

Ceterum, si res paulo attentius consideratur, statim apparet quaestionem minime versari circa ius particulare. Etenim ad ius particulare attinet festorum localium institutio et, dato casu, suppressio; sed festorum etiam localium natura iuridica eadem est quae festorum universalium; important scilicet idem praeceptum audiendi Sacrum, idem vetitum quoad opera servilia, eamdem applicationem Missae pro populo. Haec autem nihil locale aut particulare habent. Iamvero inducta sunt iure communi festa quae nunc dicuntur suppressa, in quibus cessavit primo vetitum servilia operandi, dein et praeceptum audiendi Sacrum; nunquam autem cessavit obligatio Missam pro populo: dicente canone 339, § 1 (cf. 466), quin antiquiores textus referam: applicandam esse Missam pro populo «in dominicis aliisque diebus festis de praecepto, etiam suppressis ». Cur autem et quomodo aliter res se haberet quoad festa suppressa iuris particularis?

Ad hoc ergo ut admittamus sublatam fuisse applicationem Missae pro populo diebus festis suppressis iuris particularis, necesse foret ut demonstretur alias et alias servandas et servatas esse regulas quoad haec et ista festa, eiusdem naturae iuridicae; demonstratio vero fieri deberet certo et authentico textu, vel saltem exemplo. Textum autem vel exemplum nemo protulit, quantum sciverim. Interim ergo stare possumus et debemus validissimae praesumptioni de qua supra.

Quid autem loquar de praesumptione, dum textus adest? Pius enim Pp. VII, Brevi *Paternae claritati,* die 10 Aprilis 1818, reductionem concessit festorum antea in regno Neapolitano servatorum uti de praecepto; quo Brevi sublata sunt non tantum quaedam festa iuris universalis, scilicet e catalogo Urbaniano, sed etiam quaedam iuris particularis, ut ecce festum S. Antonii Patavini et S. Dominici. Porro quoad omnia festa suppressa, nulla facta distinctione, voluit Pontifex «nihil esse innovandum quoad chorum, relate ad festa in quorum occursu sublatum est praeceptum audiendi Sacrum ». Iamvero fere statim ab edito Brevi, quaesivit Archipre-

sbyfcer loci *Petr ella* dioecesis Aquilanae, post primum dubium circa festum S. Antonii: «An parochi teneantur in posterum applicare Missam pro populo et celebrare cum cantu Missam parochialem diebus quibus sublatum est praeceptum audiendi Sacrum », evidenter interrogans circa *omnia* festa suppressa. Et respondit S. C. E . die 18 Octobris .1818 (n. 2592): «Affirmative ad utramque partem, etc. ». Haec ex *Consultazione canonica* XCIV Emi Cardinalis Gennari, quae metam tangit, ut arbitror.

Quum vero nulla vel levis afferatur causa cur res in Hispania aliter se habuerint aut habeant ac in regno Neapolitano, certa omnino videtur responsio affirmativa, seu «stare obligationem applicandi Missam pro populo diebus festis suppressis iuris particularis in Hispania ».

Quare, etc.

EESOLUTIO. - In plenariis Comitiis die 19 Iulii 1930 in Palatio Apostolico Vaticano habitis, Emi Patres Sacrae Congregationis Concilii, ad propositum dubium, nempe « *An obligatio applicandi Missam* pro populo *diebus 1 estis suppressis, olim ex iure particulari de praecepto, exsistat in casu »,* respondendum censuerunt: *((Affirmative)).*

Facta autem relatione Ssmo Dno Nostro Pio Papae XI, in Audientia infrascripto Secretario concessa die 31 eiusdem mensis, Ssmus datam resolutionem approbavit ac confirmavit.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPBOBATIONES

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia Pp. XI decretis Sacrae Congregationis Negociis Beligiosorum Sodahum praepositae:

Die 12 Martii 1930. — Constitutiones Monialium Clarissarum ad septennium, experimenti gratia approbavit.

Die 19 Iulii. — Institutum Sororum vulgo *dei Ssmo Cuore di Gesii Montmartre* nuncupatarum, cuius domus princeps in archidioecesi Westmonasteriensi sita est, laudavit, eiusque Constitutiones ad septennium, experimenti gratia approbavit.

— Institutum Sororum *a Tertio Ordine Regulari S. Francisci,* laudavit, eiusque Constitutiones ad septennium experimenti gratia approbavit.

— Institutum Sororum vulgo *delle Scuole Cristiane della Misericordia* nuncupatarum, cuius, domus princeps in dioecesi Paderbornensi sita est, laudavit, eiusque Constitutiones ad septennium experimenti gratia approbavit.

Institutum Sororum *a Sancto Ioseph,* laudavit, eiusque Constitutiones ad septennium experimenti gratia approbavit.

— Institutum Sororum vulgo *Servantes du Saint-Esprit et de Marie Immaculée* nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi S. Antonii in S. F. A. Texas sita est, laudavit, eiusque Constitutiones ad septennium experimenti gratia approbavit.

— Institutum Sororum vulgo *Ancelle del Santuario* nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi Terlitiensi sita est, laudavit, eiusque Constitutiones ad septennium, experimenti gratia, approbavit.

— Institutum Sororum *a Divino Corde Iesu* cuius domus princeps in archidioecesi Vratislaviensi sita est, laudavit, eiusque Constitutiones ad septennium experimenti gratia approbavit.

— Institutum Sororum *a Sancta Martha* approbavit una cum suis Constitutionibus, sed has ad septennium experimenti gratia.

— Institutum Sororum *a Sancto Carolo* eiusque Constitutiones definitive approbavit.

— Institutum Sororum vulgo *Piccole Suore déWImmacolato Cuore di Maria del Terz'Ordine di S. Francesco* nuncupatarum, cuius domus prin^ ceps in dioecesi Czestochoviensi sita est, laudavit, eiusque Constitutione» approbavit ad septennium experimenti causa.

ACTA OFFICIORUM

DATARIA APOSTOLICA

NORMAE SERVANDAE AB ORDINARIIS IN IMPETRANDA AB APOSTOLICA SEDE COLLATIONE BENEFICIORUM.

Ut Revmis Ordinariis recursus ad Sedem Apostolicam pro obtinenda collatione beneficiorum non consistorialem, quae, ad normam iuris, ipsi Sedi Apostolicae reservata sunt (Codex iuris can., 396,1435), vel devoluta (can. 1432 § 3), facilior reddatur, et ut eorundem provisio recte et congruenter absolvatur, ac praecipue ut Romanus Pontifex, cui soli illorum collatio spectat et pertinet, libere ad illa eligere possit clericos, quos digniores et magis idoneos in Domino iudicaverit, sequentes normae, a SS. D. 2S'. Papa Pio XI adprobatae, servandae erunt:

I. A die vacationis beneficii reservati vel a die devolutionis, ad diem quo recursus ad Sedem Apostolicam erit faciendus, aliquod temporis spatium intercedat, ita ut notitiam de collatione ipsius beneficii Summo Pontifici reservata clerici dioeceseos tempestive habeant.

II. Revmi Ordinarii in supplici libello pro collatione obtinenda beneficiorum reservatorum vel devolutorum, ad Emum Cardinalem Sanctae Romanae Ecclesiae Datarium mittendo, nomina ecclesiasticorum omnium, qui beneficium optant, praesentent, una cum testimoniis de eorum aetate, studiis, vita, moribus, ministeriis quibus laudabiliter quisque functus sit, et de idoneitate ad munia beneficii, de quo agitur, obeunda: et saltem tres, quatenus fieri possit, uti digniores indicent.

III. Si beneficia reservata vel devoluta legi concursus, sive generah sive particulari, obnoxia sint, suffragia ab examinatoribus lata quoad idoneitatem et scientiam tum coniunctim, tum distincte, ad Apostolicam Datariam, una item cum vitae curriculo seu testimoniis, ut supra, concurrentium, mittantur, servatis apud curiam Ordinarii actis concursus.

Quod si beneficio onus insit Sacrae Scripturae populo explanandae, candidatus, ex praescripto Motus proprii Pii Pp. XI diei 27 Apr. 1924, licentia aut laurea in re biblica potitus esse debet. Si Ordinarii vero derogationem a dicta lege, rationabili de causa, impetrare cupiant, testi-

monium de candidati peritia super Sacram Scripturam, onerata eorum conscientia, perhibeant.

IV. Si de beneficio agatur adnexam habente curam animarum, quarum salus super omnia prae oculis habenda est, iudicium Revmi Ordinarii quoad scientiam, pietatem, zelum animarum et idoneitatem candidatorum ad regendam paroeciam de qua agitur — cui tantum magis idoneus praeficiendus erit (can. 459) — semper requiritur, graviter onerata conscientia eiusdem Ordinarii.

Votum vero Revmi Ordinarii circa candidatum, quem magis dignum et idoneum reputet, Summus Pontifex libenter semper excipiet, ac de illo, pro Sua sapientia et prout in Domino iudicaverit, debitam rationem habebit.

Ex Dataria Apostolica, die 11 Novembris 1930.

R. CARD. SOAPINELLI, *S. R. E. Datarius.*

L. Ei s. -

I. Guerri, *Regem.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 9 Ottobre, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dottor CARLO P. CRISANTI, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica del Venezuela per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 28 Ottobre 1930, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Giulio Serafini, Ponente della Causa *Policastren*, di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Domenico Lentini, Sacerdote secolare, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria*, nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi si è discusso il dubbio sopra l'eroicità delle virtù dello stesso Venerabile Servo di Dio.

Martedì, 11 Novembre 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Particolare* dei Sacri Biti, nella quale al giudizio degli Emi e Bevmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1. Intorno alla validità dei processi nella causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria di Gesù Crocifisso, religiosa professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi.

% Intorno alla validità del processo apostolico costruito in Namur, sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Beata Giulia Billiart, Fondatrice dell'Istituto delle Suore della Beata Vergine Maria, dopo la sua solenne beatificazione.

3. Intorno alla conferma di culto non mai prestato al Servo di Dio Felice de Andreis, Sacerdote e primo Fondatore generale della Congregazione della Missione in America, in conformità ai decreti di Urbano Papa VIII.

4. Intorno alla validità del processo apostolico costruito nella diocesi di Arras, sopra un miracolo operato da Dio per intercessione della Serva di Dio Suor Maria Eufrasia Pelletier, Fondatrice della Congregazione delle Suore del Buon Pastore.

5. Intorno alla conferma di culto non mai prestato alla Serva di Dio Caterina Jarrige, del Terzo Ordine di S. Domenico, in conformità ai decreti di Urbano Papa Vili.

6. Intorno alla validità del processo apostolico sopra i miracoli operati da Dio per intercessione della Ven. Serva di Dio Margherita Bourgeoys, Fondatrice dell'Istituto delle Suore di Nostra Signora.

7. Intorno alla validità dei processi nella causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Paolo Ginhac, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù.

8. E finalmente intorno alla validità dei processi nella causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Antonio Chevrier, Sacerdote •secolare, Fondatore dell'asilo « La Providence du Prado » ed Istitutore della Società dei Sacerdoti Pradosiensi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

22 Dicembre 1929. **Monsig. Alessandro Pechnik, dell'archidiocesi di Leopoli dei Latini.**
24 Luglio 1930. **Monsig. David Paterson, della diocesi di Aberdeen.**
8 Ottobre » **Monsig. Giovanni Hofer, della diocesi di Seckau.**
» » » **Monsig. Alessandro Nagy, della diocesi di Giavarino.**
» » » **Monsig. Leandro Girard, del patriarcato latino di Gerusalemme.**
9 » » **Monsig. Carlo Stradner, della diocesi di Seckau.**
20 » » **Monsig. Francesco Prisching, della medesima diocesi.**
6 Novembre » **Monsig. Gustavo Bernardoni, della diocesi di Fabriano.**
» » » **Monsig. Agostino Crocetti, della medesima diocesi.**
13 » » **Monsig. Giuseppe Aloy, della diocesi di Alba.**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

17 Luglio 1930. **Monsig. Giovanni P. Ledezma, della diocesi di Cochabamha.**
31 » » **Monsig. Boceo Cosentino, della diocesi di Policastro.**
21 Agosto » **Monsig. Giorgio Feichtner, dell'archidiocesi di Salisburgo.**
25 Settembre » **Monsig. Ludovico Wolker, dell'archidiocesi di Colonia.**
» » » **Monsig. Giacomo Rabino, della diocesi di Asti.**

Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

14 Marzo 1930. **Il sig. Giulio Gonçalves Cerejeira, del patriarcato di Lisbona.**

NECROLOGIO

28 Settembre 1930. **Monsig. Maurizio Rivière, Arcivescovo di Aix.**
7 Novembre » **Enìo Sig. Card. ALFONSO M. MISTRANGELO, del titolo di S. M. degli Angeli alle Terme, Arcivescovo di Firenze.**
» » » **Eöio Sig. Card. ALESSIO CHAKOST, del titolo di S. M. della Vittoria, Arcivescovo di Rennes.**
13 » » **Monsig. Enrico Vittore Altmayer, Arcivescovo tit. di Sinnada.**
21 » » **Monsig. Atanasio M. Vincenzo Soler y Royo, Vescovo tit. di Citarizo.**
23 » » **Monsig. Settimio Caracciolo di Torchiarolo, Vesc. di Aversa.**

Annus XXII - Vol. XXII 31 Decembris 1930 Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AGTA PII PP. XI

SERMO

AD EMOS PATRES CARDINALES UNA SIMUL CUM PRAELATIS ROMANAE CURIAE IN AULAM CONSISTORIALEM CONVENTOS AD OMI-
is
NANDTJM BEATISSIMO PATRI IN PERVIGILIO NATIVITATIS D. N. IESU CHRISTI.

Venerabili fratelli e dilettissimi figli in Cristo,

Benedetto il Natale del Signore, che, insieme alle altre squisite consolazioni spirituali che suole arrecare a tutte le anime fedeli •e non del tutto disattente al rinnovarsi ed al suonare delle ore di Dio, a NToi porta di nuovo anche questa sempre desideratissima ora di cuore a cuore con voi.

La voce del vostro cuore ha trovato tanta affettuosa espressione in quella del nuovo Decano del Sacro Collegio Cardinalizio, e NToi Ci affrettiamo a ringraziarvi dei vostri fraterni e filiali auguri, della preziosa strenna delle preghiere che avete fatte per Noi e che Ci promettete di fare anche nelle sante feste e nel nuovo anno che sta per cominciare.

NToi pure vi portiamo (e non a voi soltanto) un augurio che risponde al desiderio universale, e che possiamo ben dire magnifico, perchè non è NTostro, ma del Cielo e del Dio di pace che torna in questo conturbato e tribolato mondo, e vi portiamo pure (e

di nuovo non soltanto a voi), una strenna che speriamo benefica a molti.

Ma prima di presentarvi e l'augurio e la strenna, secondiamo volentieri il discreto invito rivoltoci dal vostro Eminentissimo interprete, di dare un memore sguardo ai tanti argomenti di consolazione, e purtroppo anche di pena e dolore vero, di cui è seminato Panno che sta per chiudersi. Ci è caro presentare di nuovo e insieme con voi a Dio benedetto, da una parte l'inno della Nostra riconoscenza, dall'altra il gemito delle Nostre pene, che vuole essere pure l'espressióne della Nostra inconcussa ed illimitata fiducia nei soccorsi e nei rimedi di quella Sua infinita misericordia ene ha fatto sanabili gli individui e i popoli.

Non erano ancora spenti gli splendori santi e santificanti del centenario Francescano ed ecco celebrarsi ed affacciarsi i centenari di S. Agostino, di S. Emerico, di S. Antonio, della Medaglia Miracolosa, del Concilio di Efeso, che già si viene preparando in operoso silenzio: gloriose rievocazioni e quasi risurrezione e rinnovazione di magnifiche figure e memorandi fatti del passato; presentissimo e larghissimo risveglio di fede e di vita cristiana. E possiamo appena accennare ai succedutisi Congressi Eucaristici di Budapest, di Cartagine, di Loreto, che, con le loro meraviglie di fede, di pietà, di santificazione Ci fanno desiderare più vivamente quelli di Bari e d'Irlanda che già si profilano all'orizzonte e magnificamente si annunciano; appena accennare a quegli splendidi astri, anzi a quelle vere costellazioni, che la divina Bontà Ci ha concesso di aggiungere al cielo della santità glorificata.

Di tutte queste grandi e veramente ineffabili consolazioni, e di tutte le altre che le accompagnarono e ne furono i preziosi frutti, non cesseremo mai di ringraziare la infinita bontà del Signore. Poniamo in prima fila tra quei frutti il meraviglioso perseverare e continuo crescere dell'operoso e generoso zelo di tutti i fedeli, ed in tutti i paesi, per le Missioni, per l'Azione Cattolica, per le opere e le istituzioni intese a promuovere ed elevare sempre più l'istruzione religiosa ed il culto della scienza, delle scienze

sacre e di tutte le scienze armonizzate con la Pede; e tutto questo nonostante le straordinarie difficoltà dei tempi.

E qui cominciano le dolenti note, dolenti davvero, e quali la storia non ha mai registrato; fors'anche perchè mai il mondo si è trovato in quelle, che Noi vediamo e viviamo, condizioni di rapporti materiali e morali, privati e pubblici, individuali e collettivi, che rendono inevitabili le più vaste e più lontane ripercussioni di tutte le scosse che si producono nei diversi paesi e nei diversi ambienti politici, sociali, finanziari, economici, industriali.

Diciamo questo generale anzi universale disagio finanziario ed economico, il quale è così penosamente risentito nella loro stessa compagine dagli Stati e dai popoli anche i più ricchi e i più forti, come dalle più piccole ed umili famiglie, da queste (s'intende) ben più dolorosamente. Diciamo questa così largamente diffusa disoccupazione che toglie lavoro e pane a tanti operai ed alle loro famiglie, e fa sentire sempre più vivamente il bisogno di un più giusto rapporto fra produzione e consumo, fra macchine e mano d'opera, e sovratutto di un migliore assetto sociale ed internazionale ispirato a maggior giustizia e carità cristiana, e che, senza sovvertire l'ordine stabilito dalla divina Provvidenza, renda possibile ed effettiva fra le diverse classi e fra i diversi popoli la collaborazione fraterna utile a tutti, invece della lotta e della concorrenza dura e sfrenata, a tutti nociva ed a più o meno breve andare disastrosa. Benedette tutte le iniziative intese ad alleviare le tante sofferenze del presente ed a preparare un migliore avvenire. Diciamo questi vaghi timori coi quali molti guardano all'avvenire quasi vedendo in più d'un settore dell'orizzonte nubi minacciose, timori (diciamo subito) per Noi eccessivi, e nubi (speriamo sempre) non tutte foriere di tempeste, ma che intanto tengono gli animi sospesi e turbati. E diciamo non tutte, perchè universali e spaventevoli tempeste certamente preparano una propaganda sovversiva d'ogni ordine e nemica di ogni religione nonché il dilagare del malcostume, se disastrose ideologie, deplorevoli debolezze e più deplorevoli

connivenze, e la ricerca troppo avida dei materiali interessi continueranno a troppo poco tentare per combatterle, anzi a venire in loro favore. Ed a tutti i guai accennati sono venuti ad aggiungersi un po' dappertutto, ma più rovinosi e micidiali in Italia, i tanti disastri tellurici, sismici, marittimi, fluviali, atmosferici. Sempre e dovunque le pene dei figli sono e saranno le pene del Padre, che al generale ricorso ha risposto e risponde prima con la preghiera di ogni giorno e col conforto della parola paterna, poi anche secondo le possibilità sue (accresciute da molte filiali e commoventi generosità) con qualche materiale soccorso; preferita fra tutte, anche da Noi, e fra tutte più insistentemente richiestaci e più volentieri concessa, la carità del lavoro, di molti lavori.

Posti dalla mano di Dio a capo di tutta la Chiesa Sua, dovunque essa soffre, combatte e prega, ivi è il Nostro cuore, ivi le Nostre sollecitudini, ivi le Nostre preci, per pregare, combattere e soffrire con essa. E questa santa Chiesa di Dio soffre, pregando, indicibili sofferenze e pregando combatte le più aspre lotte in più d'un paese. Bisogna ancora molto pregare (almeno questo) per i nostri fratelli e figli del Messico, per i mirabili campioni che nel nome e per l'amore di Gesù Cristo soffrono e muoiono neBe Bussie, nella Siberia, preparando colle loro sofferenze la rinascita in Cristo di quelle immense regioni e di quegli innumerevoli popoli. Bisogna inoltre pregare per i bravi e valorosi Nostri missionari e per le Nostre care Missioni della Cina che ancora in molte parti dello sterminato paese hanno attraversato e tuttavia attraversano durissime prove non senza gloria di veri martini; non per fatto di quelle popolazioni, generalmente buone e pacifiche, ma per fatto di pochi (relativamente pochi) violenti, sospinti spesso dall'istessa nefasta propaganda antisociale e antireligiosa che minaccia tutto il mondo civile.

Posti dalla stessa divina mano sulla Sede episcopale del Principe degli Apostoli e Vescovo di questa Borna da Gesù Cristo prescelta a centro e capo di tutta la Chiesa Sua, la Chiesa cattolica, dobbiamo vedere con quotidiano cordoglio il proselitismo

acattolico anzi anticattolico spiegare in Italia, e più in questa stessa Roma, un'azione sempre più intensa e sempre più vasta, dove sùbdola e insidiosa, dove audace e sfrontata, coprendo il pericolo ed il danno delle coscienze con l'attrattiva di molteplici vantaggi gratuiti o quasi, approfittando per lo più dell'ignoranza e dell'ingenuità, congiunte spesso .alla miseria ed alla fame; e tutto ciò in presenza d'una legge che ammette bensì acattolici all'esercizio di culti diversi dal cattolico, ma non li dice punto ammessi al proselitismo, e tanto meno al proselitismo sfrenato, contro la Religione cattolica, la sola Religione dello Stato (Trattato Lateranense, art. 1); e tutto ciò come se vi possa essere qualche cosa di più offensivo e ingiurioso contro la persona del Sommo Pontefice che appunto un tale proselitismo (Tratt. Lat., art. 8), o più in contrasto col carattere sacro della Città Eterna, Sede vescovile del Sommo Pontefice, centro del mondo cattolico e mèta di pellegrinaggi (Concord. Lat., art. 1). Il tenore della legge e delle solenni Convenzioni è tanto chiaro e persuasivo, da farci pensare a dimenticanza di esse o ad ignorazione del lamentato proselitismo, per spiegarci ciò che avviene: per questo abbiamo creduto necessario di farne qui chiaro richiamo e chiara segnalazione. E nutriamo fiducia che non sarà senza buon effetto, non potendo, d'altra parte, Noi dubitare di quelle buone disposizioni, che anche l'interesse del Paese reclama, del Paese minacciato nel suo tesoro più prezioso, la Fede dei padri, e nella sua unità più profonda ed essenziale, l'unità religiosa. Amiamo vedere un segno ed una prova di tali buone disposizioni nel decreto, testé da Noi letto, che riconosce personalità giuridica agli effetti civili in Italia all'Opera da Noi nuovamente istituita per la preservazione della Fede.

Ed ora il Nostro augurio a voi, venerabili fratelli e dilettissimi figli. Ce lo mette nel cuore e sulle labbra la solenne e cara festività che ancora una volta Ci prepariamo a celebrare: ***in terra pax.*** È l'augurio venuto dal Cielo e primamente cantato dagli Angeli sopra la culla del neonato Re dei secoli immortale, venuto a pacificare gli uomini a Dio, gli uomini agli uomini, per tutti

sacrificandosi, tutti richiamando alla universale paternità divina ed alla universale fraternità umana, al concetto ed alla pratica della fraterna carità, alla giusta estimazione ed al distacco dei beni terreni, alla ricerca prima e precipua dei beni spirituali. Quale augurio più opportuno e più rispondente a questo universale invocarsi pace, pace? Ed appunto per questo il Nostro augurio non soltanto a voi si rivolge, ma a tutto il mondo. A tutto il mondo, perchè per tutto salvarlo Gesù ci veniva, ma in particolar modo a tutti i diletti figli della grande famiglia cattolica della Chiesa che Gesù veniva a fondare: si tratta della pace da Cristo portata, della pace di Cristo, e non si è con Cristo e di Cristo se non essendo nella Chiesa cattolica e con la Chiesa cattolica: *Ubi Ecclesia ibi Christus.* Per questo i cattolici non sono chiamati soltanto al più largo e perfetto godimento della pace di Cristo, ma, come alla consolidazione ed alla dilatazione del regno di Cristo, così alla dilatazione e consolidazione della Sua pace; e questo mediante il molteplice apostolato della buona parola, dell'operosità benefica, della preghiera, a tutti così facile e così potente anzi onnipotente presso Dio. La gloria ed il dovere di questo apostolato di pace appartiene principalmente a Noi ed a tutti i chiamati ad essere ministri del Dio della pace; ma ceco un vasto e magnifico campo anche per tutto il laicato cattolico che non cessiamo di invitare e di chiamare alla partecipazione dell'apostolato gerarchico. È ai cattolici di tutto il mondo e massime a quelli che studiano, lavorano e pregano nell'Azione Cattolica, che oggi rivolgiamo più caldo questo invito e richiamo. Che essi si uniscano tutti nella pace e per la pace di Cristo in pieno consenso di pensieri e di sentimenti, di desideri e di preghiere, di opere e di parola — parola parlata, parola scritta, parola stampata — e sarà una calda e certamente benefica atmosfera di vera pace che avvolgerà il mondo intero.

Ma «pace di Cristo» vuol essere, e non soltanto un pacifismo sentimentale, confuso, indiscreto nè scevro di pericoli; perchè quella sola è la pace vera che viene da Dio, e che della vera pace ha i caratteri essenziali ed indispensabili ed i frutti preziosi.

Ce Io ricordava la.Chiesa, incomparabile Maestra, or sono pochi giorni, facendoci rileggere nella santità del divino sacrifìcio la bella e profonda parola dell'Apostolo delle Genti *(Philip.,* 4, 7):' *Pax Dei quae exsuperat omnem sensum custodiat corda vestra et intelligentiae vestras in Christo Iesu Domino Nostro.*

Trascende dunque il senso la pace di Cristo, la pace vera, ed è grave errore credere che pace vera e durevole possa regnare fra gli uomini e fra i popoli finché questi rivolgono le prime, precipue e più avide ricerche ai beni sensibili, materiali, terreni, i quali, per essere finiti, diffìcilmente possono bastare a tutti, anche se nessuno (diffìcile ad avverarsi) si voglia prendere la parte del leone, e necessariamente, quanto più grande è il numero dei partecipanti, tanto minore la parte di ciascuno; onde quei beni sono quasi inevitabilmente sorgenti, come di cupidigie e di invidie, così di discordie e di contrasti. Avviene il contrario dei tesori spirituali — la verità, il bene, la virtù — che, quanto più largamente vengono comunicati, e più abbondano e fruttificano a vantaggio dei singoli e delle collettività.

Altro errore, dal quale la parola apostolica divinamente ispirata vuol premunire, è quello di chi crede potersi dare vera pace esterna tra gli uomini e tra i popoli ove non è pace interna, ove cioè lo spirito di pace non possiede le intelligenze ed i cuori, ossia le anime tutte quante; le intelligenze per riconoscere e rispettare le ragioni della giustizia, i cuori perchè alla giustizia si associ, anzi prevalga, la carità; giacché se la pace, secondo il profeta deve essere opera e frutto di giustizia (Isaia, 32, 17), essa, come luminosamente insegna 8. Tommaso (2^{a} 2^{ae} q. 29. III ad 3um) e com'è nella natura delle cose, appartiene piuttosto alla carità che alla giustizia. Purtroppo è diffìcile che regni e duri la pace interna delle intelligenze e dei cuori fra cittadini e classi sociali, se forti motivi di contrasto son fatti sorgere e mantenersi fra i cittadini e fra le classi sociali da non equa distribuzione e proporzione dei vantaggi e dei pesi, dei diritti e dei doveri, del contributo di capitale, direzione, lavoro e della partecipazione a quei frutti, che solo dalla loro amica cooperazione possono prodursi. Più diffìcile,

per non dire impossibile, che duri la pace. fra i popoli e fra gli Stati, se in luogo del vero e genuino amor patrio regni ed imperversi un egoistico e duro nazionalismo, che è dire odio ed invidia in luogo del mutuo desiderio di bene, diffidenza e sospetto in luogo di fraterna fiducia, concorrenza e lotta in luogo di concorde cooperazione, ambizione di egemonia e di predominio in luogo del rispetto e della tutela di tutti i diritti, siano pur quelli dei deboli e dei piccoli.

Assolutamente impossibile poi che i popoli posseggano e godano quella tranquillità nell'ordine e nella, libertà che è l'essenza stessa della pace, finché dall'interno e dall'esterno incombono minacce e pericoli, non fronteggiati da sufficienti misure e provvedimenti di difesa. E certamente minacce e pericoli sono inseparabili dalla già accennata propaganda antisociale e antireligiosa; ma non è con le sole difese materiali che si potranno allontanare e vincere. Quanto a minacce di nuove guerre, mentre i popoli ancora sentono così dolorosamente il flagello dell'ultima immane, Noi non vogliamo, non possiamo credere alla loro realtà, non potendo credere alla presenza di uno Stato civile, che voglia divenire così mostruosamente omicida e quasi certamente suicida; quando di una tale presenza dovessimo anche solo positivamente dubitare, dovremmo rivolgerci a Dio colla ispirata preghiera del re profeta, che pur conosceva la guerra e la vittoria: *dissipa gentes quae bella volunt* (Ps. 67, 31) e con quella quotidiana e universale della Chiesa: *dona nobis pacem.*

Ma venga ormai la strenna dopo l'augurio di pace, di pace vera, di pace intima, di pace tranquilla e sicura. Dobbiamo dir subito che di poterla oggi stesso presentare la Nostra strenna, in natura, a voi qui, dilettissimi figli e venerabili fratelli, ed all'orbe cattolico, abbiamo vivamente desiderato e sperato, ma dobbiamo invece limitarci ad annunciarvela; sarà pronta fra pochi giorni e potrà, dovrà anzi, ancora datarsi da questo anno 1930. Diciamo datarsi, perchè si tratta di un'enciclica, della quale ancora nessuno sa niente... Come vedete è quella che vi facciamo un'anticipazione confidenziale di padre a figli, ai figli più vicini e prediletti,

coi quali, venuti a trovarlo, non può tenere più oltre il segreto. Sarà un'enciclica di soggetto importantissimo e che interessa quant'altro mai la famiglia, gli Stati, anzi l'umanità intera; un argomento di perenne attualità, attualità che oggi presenta aspetti quanto mai lacrimevoli e preoccupanti; tanto preoccupanti da farci ritenere in coscienza il Nostro intervento non soltanto opportuno e necessario, ma anche urgente. L'enciclica tratterà *del Matrimonio cristiano in ordine alle condizioni, ai bisogni, ai disordini presenti della famiglia e della società.* È evidente, e lo sarà ancora più dopo la lettura, che per la sua gravità ed importanza essa ha necessariamente richiesto una lunga meditazione e preparazione ed aveva già fatto molto cammino nel Nostro spirito ancor prima che un connubio regale venisse a renderla e più opportuna e più necessaria che già non la facessero le condizioni generali del mondo. Più opportuna, diciamo, perchè della dottrina e delle leggi divine ed ecclesiastiche, delle quali Dio benedetto nell'arcano del Suo consiglio Ci ha voluto custodi, interpreti e maestri, siamo debitori a tutti quanti, poveri e ricchi, deboli e potenti, piccoli e grandi, ed a quelle dottrine e leggi appartiene pure quanto la Chiesa insegna ed ordina circa il matrimonio e precisamente circa i matrimoni misti. Diciamo pure più necessaria per le gravi sopravvenienze alle quali il connubio stesso ha dato luogo. Diciamo così, perchè intorno all'importante avvenimento (importante in se stesso e nelle possibili sue conseguenze private e pubbliche), del quale abbiamo pesato davanti a Dio tutta la gravità e con questa la responsabilità che a Noi pure ne derivava, Noi non avevamo nè potevamo avere altre difficoltà, fuori quelle inerenti alle cose ed alle persone, difficoltà che giustificano pienamente l'atteggiamento della Chiesa cattolica sempre in massima contraria ai matrimoni misti e la sua intransigenza circa le condizioni e cauzioni prescritte dai sacri canoni, senza le quali, anche in concorso di gravi motivi, l'offesa di Dio ed il pericolo delle anime rendono impossibile ogni permesso e concessione.

Di tali condizioni e cauzioni Noi abbiamo trattato, non con personalità politiche di paese o di Governo alcuno, ma con gli

stessi regali contraenti, i quali ne assumevano formale e scritto impegno esplicitamente ricordante i canoni relativi, ed in tali termini espresso da ispirarci piena ed assoluta fiducia (già, come è chiaro, dovuta alla qualità delle loro auguste persone) che essi pienamente intendevano e misuravano la portata dell'impegno preso, e con la perfetta lealtà, che a sovrani si conviene, assumevano pure l'obbligo di mantenerli.

Ma ecco che sullo storico avvenimento, sulle cauzioni richieste e date, sugli impegni presi, sulla stessa celebrazione del sacro rito si è venuta stendendo una vera nube di false notizie circa immaginarie trattative ed assurde transazioni, di commenti quali confusi ed incerti quali contrari alla verità dei fatti e del loro contenuto morale e religioso, nè soltanto da private persone e da privato luogo, e più che tutto di solenni celebrazioni confessionali studiosamente preparate perchè avessero presso il gran pubblico tutta l'apparenza di rinnovare od almeno completare un matrimonio, che era già un fatto compiuto e completo; con manifesta offesa di Dio stesso inonorato in un Sacramento da Lui istituito e particolarmente onorato; con inevitabile inganno ed errore di moltissimi, e con scandalo vero e non meno colpevole per essere lo scandalo di quelli che ingenuità ed ignoranza assimilano ai pusilli, a quei pusilli, dei quali Gesù Cristo ha preso, proprio contro lo scandalo, così terribili difese (Matt., 18, 6, ecc.). È appunto e solo per l'onore di Dio e per il bene delle anime che, come esigevano il dovere e la responsabilità dell'apostolico ministero, abbiamo approfittato di questa solenne adunanza per rimettere in piena luce la verità delle cose e dei fatti.

I cari e fedeli figli che abbiamo in Bulgaria, tutto il popolo bulgaro ed i suoi Sovrani sanno l'amore che in Gesù Cristo loro portiamo; quell'amore di cui, pur mantenendo vigore alla legge, abbiamo dato riconosciute prove, quell'amore che secondo le Nostre possibilità Ci muoveva al soccorso nei disastri che percossero il loro paese, quell'amore che Ci fa e farà sempre pregare l'onnipotente e misericordioso Iddio per ogni loro vera prosperità e temporale e spirituale.

Avete, venerabili fratelli e dilettissimi figli, avete il Nostro augurio, avete la Nostra strenna natalizia; non Ci resta **più** se non impartirvi, come **di** tutto cuore facciamo, l'apostolica benedizione: benedizione grande e copiosa che basti a voi tutti e singoli che Ci allietate colla vostra cara presenza, che basti anche per tutto quello e per tutti quelli che ciascuno di voi ha nella mente e nel cuore; benedizione che vuol pur essere augurio di buone ed ottime sante feste, di buono e felice anno, di ogni bene.

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES : DE MATRIMONIO CHRISTIANO SPECTATIS PRAESENTIBUS FAMILIAE ET SOCIETATIS CONDICIONIBUS, NECESSITATIBUS, ERRORIBUS, VITIIS.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Casti connubii quanta sit dignitas, ex eo maxime dignosci potest, Venerabiles Fratres, quod Christus Dominus, Aeterni Patris Filius, carne lapsi hominis assumpta, non solum amantissimo illo consilio, quo universam nostri generis instaurationem peregit, hoc quoque societatis domesticae atque adeo humanae consortionis principium et fundamentum peculiari quadam ratione complecti voluit ; sed illum etiam, ad pristinam divinae institutionis integritatem revocatum, ad verum et « magnum » [1] Novae Legis Sacramentum evexit, eiusque propterea disciplinam curamque totam Ecclesiae Sponsae Suae commisit.

Ex hac tamen matrimonii renovatione ut apud omnes totius orbis et cuiusque temporis gentes exoptati colligantur fructus, hominum mentes in primis debent germana

í *Ephes.*, V, 39.

Christi de matrimonio doctrina illuminari ; deinde christiani coniuges, interiore Dei gratia infirmas voluntates roborante, omnem suam cogitandi agendique rationem ad puri s simam illam Christi legem componant oportet, unde veram sibi ac familiae suae beatitudinem et pacem nanciscantur.

At contra, non modo Nos ex hac Apostolica quasi specula circumspicimus, sed vos ipsi, Venerabiles Fratres, et cernitis et una Nobiscum profecto vehementer doletis complures homines, divinum illud instaurationis opus oblitos, tantam christiani coniugii sanctitatem aut penitus ignorare aut impudenter negare aut etiam, falsis novae cuiusdam et perversae admodum morum doctrinae principiis innixos, passim conculcare. Qui quidem perniciosissimi errores pravique mores cum etiam inter fideles induci coepti sint et sensim sine sensu altius in dies sese insinuare contendant, pro Christi in terris Vicarii ac supremi Pastoris et Magistri munere, Nostrum esse duximus Apostolicam attollere vocem, ut oves Nobis commissas a venenatis pascuis deterreamus et, quantum in Nobis est, immunes servemus.

Vos igitur, Venerabiles Fratres, et per vos universam Ecclesiam Christi, atque adeo humanum genus universum, de christiani matrimonii natura, dignitate, commodis beneficiisque inde in familiam atque humanam ipsam societatem emanantibus, de erroribus gravissimo huic evangelicae doctrinae capiti contrariis, de vitiis eidem coniugali vitae adversis, de praecipuis denique remediis adhibendis, alloqui statuimus, vestigiis inhaerentes fel. rec. Leonis XIII, decessoris Nostri, cuius de matrimonio christiano Encyclicas Litteras *Arcanum,* [1] ante quinquaginta annos datas, hisce Nostris et Nostras facimus et confirmamus et, dum nonnulla pro aetatis nostrae condicionibus ac necessitatibus paulo fusius exponimus, non modo non ob sole visse sed plenam suam vim retinere declaramus.

[1] **Litt. Encycl** ***Arcanum divinae sapientiae,*** **10 Febr. 1880.**

Atque ut ab bis ipsis Litteris initium faciamus, quae totae fere sunt in vindicanda divina matrimonii institutione eiusque sacramentali dignitate et perpetua firmitate, primum quidem id maneat immotum et inviolabile fundamentum : Matrimonium non humanitus institutum neque instauratum esse, sed divinitus; non ab hominibus, sed ab ipso auctore naturae Deo atque eiusdem naturae restitutore Christo Domino legibus esse communitum, confirmatum, elevatum ; quae proinde leges nullis hominum placitis, nulli ne ipsorum quidem coniugum contrario convento obnoxiae esse possint. Haec Sacrarum Litterarum est doctrina, 'haec constans atque universa Ecclesiae traditio, haec sollemnis Sacrae Tridentinae Synodi definitio, quae perpetuum indissolubilemque matrimonii nexum eiusdemque unitatem ac firmitatem a Deo auctore manare ipsis Sacrae Scripturae verbis praedicat atque confirmat. [2]

At, quamquam matrimonium suapte natura divinitus est institutum, tamen humana quoque voluntas suas in eo partes habet easque nobilissimas; nam singulare quodque matrimonium, prout est coniugalis coniunctio inter hunc virum et hanc mulierem, non oritur nisi ex libero utriusque sponsi consensu : qui quidem liber voluntatis actus, quo utraque pars tradit et acceptat ius coniugii proprium, [3] ad verum matrimonium constituendum tam necessarius est ut nulla humana potestate suppleri valeat. [4] Haec tamen libertas eo tantum spectat ut constet, utrum contrahentes re vera matrimonium inire et cum hac persona inire velint an non ; libertati vero hominis matrimonii natura penitus subducitur, ita, ut, si quis semel matrimonium contraxerit, divinis eius legibus et essentialibus proprietatibus subiciatur. Nam Angelicus Doctor de fide et prole disserens, « haec,

» *Gen.,* I, 27-28; II, 22-23; MATTH., XIX, 3 sqq.; *Ephes.,* V, 23 sqq.

[2] *Conc. Trident.,* sess. XXIV.

[3] Cfr. *Cod. iur. can.,* c. 1081 § 2.

* Cfr. *Cod. iur. can.,* c. 1081 § 1.

« inquit, in matrimonio ex ipsa pactione coniugali causan- « tur, ita quod si aliquid contrarium his exprimeretur in « consensu qui matrimonium facit, non esset verum matri- « monium ».[1]

Coniugio igitur animi iunguntur et coalescunt, hique prius et arctius quam corpora, nec fluxo sensuum vel animorum affectu, sed deliberato et firmo voluntatum decreto : et ex hac animorum coagmentatione, Deo sic statuente, sacrum et inviolabile vinculum exoritur.

Quae contractus huius natura propria omnino et singularis, eum toto caelo diversum facit cum a coniunctionibus pecudum solo naturae caeco instinctu factis, in quibus nulla ratio est nec voluntas deliberata, tum ab iis quoque hominum vagis coniugiis, quae ab omni vero honestoque voluntatum vinculo remota sunt et quovis domestici convictus iure destituta.

Exinde iam constat legitimam quidem auctoritatem iure pollere atque adeo cogi officio coercendi, impediendi, puniendi turpia coniugia, quae rationi ac naturae adversantur ; sed cum de re agatur ipsam hominis naturam consesequente, non minus certo constat id quod fel. rec. Leo XIII decessor Noster palam monuit :[2] « In deligendo genere « vitae non est dubium, quin in potestate sit arbitrioque « singulorum alterutrum malle : aut Iesu Christi sectari « de virginitate consilium, aut maritali se vinclo obligare. « Ius coniugii naturale et primigenum homini adimere, « causam ve nuptiarum praecipuam, Dei auctoritate initio « constitutam, quoquo modo circumscribere lex hominum « nulla potest : *Crescite et multiplicamini* ».[3]

Itaque germani connubii sacrum consortium divina simul et humana voluntate constituitur : ex Deo sunt ipsa matrimonii institutio, fines, leges, bona ; Deo autem dante

[1] S. THOM. AQUIN., *Summa theolog.*, p. III, Supplem., q. XLIX, art. 3.
[2] Litt. Encycl. *Rerum Novarum*, 15 Maii 1891.
[3] *Gen.*, I, 28.

atque adiuvante, ex hominibus est, per generosam quidem propriae personae pro toto vitae tempore factam alteri traditionem, particulare quodlibet matrimonium cum officiis ac bonis a Deo statutis coniunctum.

I.

Quae vero quantaque sint haec veri matrimonii bona divinitus data dum exponere aggredimur, Venerabiles Fratres, illius Nobis praeclarissimi Ecclesiae Doctoris verba occurrunt, quem non ita pridem, Nostris Encyclicis Litteris *Ad salutem* pleno ab eius obitu saeculo x v datis,[1] celebravimus : ((Haec omnia, - inquit S. Augustinus, - bona « sunt, propter quae nuptiae bonae sunt : PROLES, FIDES, « SACRAMENTUM ».[2] Quae tria capita qua ratione luculentissimam totius de christiano connubio doctrinae summam continere iure dicantur, ipse Sanctus Doctor diserte declarat, cum ait : « *In fide* attenditur ne praeter vinculum con« iugale cum altero vel altera concumbatur ; *in prole,* ut « amanter suscipiatur, benigne nutriatur, religiose educe« tur ; *in sacramento* autem, ut coniugium non separetur, « et dimissus aut dimissa, nec causa prolis, alteri coniun« gatur. Haec est tamquam regula nuptiarum, qua vel « naturae decoratur fecunditas vel incontinentiae regitur « pravitas ».[3]

Itaque primum inter matrimonii bona locum tenet PROLES. Et sane ipse humani generis Creator, qui pro sua benignitate hominibus in vita propaganda administris uti voluit, id docuit cum in paradiso, matrimonium instituens, protoparentibus et per eos omnibus futuris coniugibus dixit : ((Crescite et multiplicamini et replete terram ».[4] Quod ipsum Sanctus Augustinus ex Sancti Pauli Apostoli

[1] **Litt. Encycl. *Ad salutem,* 20 Apr. 1930.**
[2] **S. AUGUST., *De bono coniug.,* cap. *M,* n. 32.**
[3] **S. AUGUST.**, *De Gen. ad litt.,* **lib. IX, cap.** 7, **n. 12.**
[4] *Gen.,* I, **28.**

verbis ad Timotheum[1] perbelle eruit, dicens : « Generatio-((nis itaque causa fieri nuptias, Apostolus ita testis est : *((Volo,* inquit, *iuniores nubere.* Et quasi ei diceretur : *((JJtquidì,* continuo subiecit : *Filios procreare, matresfa-<(milias esse ».*[2]

Quantum vero hoc Dei beneficium sit et matrimonii bonum ex hominis dignitate et altissimo fine apparet. Homo enim vel solius rationalis naturae praestantia omnes alias creaturas visibiles superat. Accedit, quod Deus homines generari vult, non ut solum sint et impleant terram, sed multo magis, ut Dei cultores sint, ipsum cognoscant et ament eoque tandem perenniter fruantur in caelis ; qui finis ex mirabili hominis per Deum in supernaturalem ordinem elevatione, omne superat quod oculus vidit, et auris audivit et in cor hominis ascendit.[3] Ex quo facile apparet proles, omnipotenti Dei virtute, coniugibus cooperantibus, orta, quantum divinae bonitatis sit donum, quam egregius matrimonii fructus.

Christiani vero parentes intelligant praeterea se non iam solum ad genus humanum in terra propagandum et conservandum, immo vero, non ad quoslibet veri Dei cultores educandos destinari, sed ad pariendam Ecclesiae Christi subolem, ad cives Sanctorum et domesticos Dei[4] procreandos, ut populus Dei et Salvatoris nostri cultui addictus in dies augeatur. Etsi enim christiani coniuges, quamvis ipsi sanctificati, sanctificationem in prolem transfúndele non valent, immo naturalis generatio vitae facta est mortis via, qua originale peccatum transeat in prolem ; aliquid tamen quodammodo participant de primaevo illo paradisi coniugio, cum eorum sit propriam subolem Ecclesiae offerre, ut ab illa matre filiorum Dei fecundissima per

[1] *I Tim.,* V, 14.

[2] S. AUGUST., *De bono coniug.,* cap. 24, n. 32.

[3] Cfr. *I Cor.,* II, 9.

[4] Cfr. *Ephes.,* II, 19.

lavacrum baptismatis ad supernaturalem iustitiam regeneretur, et vivum Christi membrum, immortalis vitae particeps, atque aeternae gloriae, quam omnes toto pectore concupiscimus, heres tandem fiat.

Quae si perpendat mater vere christiana, intelliget profecto, celsiore quodam et pleno solatii sensu, de se illud Redemptoris nostri dictum esse : « Mulier... cum peperit pue- « rum, iam non meminit pressurae, propter gaudium, quia « natus est homo in mundum » ; [1] omnibusque materni officii doloribus, curis, oneribus maior effecta, multo iustius et sanctius quam matrona illa romana, Gracchorum mater, florentissima liberorum corona in Domino gloriabitur. Uterque vero coniux hos liberos, prompto gratoque animo e manu Dei susceptos, ut talentum sibi a Deo commissum intuebitur, quod non in suum neque in terrenae tantum reipublicae commodum impendat, sed in die rationis Domino cum fructu restituat.

Procreationis autem beneficio bonum prolis haud sane absolvitur, sed alterum accedat oportet, quod debita prolis educatione continetur. Parum profecto generatae proli atque adeo toti generi humano providisset sapientissimus Deus, nisi, quibus potestatem et ius dederat generandi, iisdem ius quoque et officium tribuisset educandi. Neminem enim latere potest prolem, ne in iis quidem quae ad naturalem vitam, multoque minus in iis quae ad vitam supernaturalem pertinent, sibi ipsam sufficere et providere posse, sed aliorum auxilio, institutione, educatione per multos annos indigere. Compertum autem est, natura Deoque iubentibus, hoc educandae prolis ius et officium illorum in primis esse, qui opus naturae generando coeperunt, inchoatumque, imperfectum relinquentes, certae ruinae exponere omnino vetantur. Iamvero huic tam necessariae liberorum educationi optima qua fieri potuit ratione provisum

[1] **Io., XVI, 81.**

est in matrimonio, in quo, cum parentes insolubili inter se vinculo connectantur, utriusque opera mutuumque auxilium semper praesto est.

Cum autem de christiana iuventutis educatione alias copiose egerimus, [1] haec omnia nunc iteratis Sancti Augustini verbis complectamur : « In prole [attenditur], ut <(amanter suscipiatur...., religiose educetur » ; [2] quod quidem ipsum in Codice iuris canonici quoque nervose edicitur : ((Matrimonii finis primarius est procreatio atque educatio « prolis ». [3]

Neque id denique silendum quod, cum tantae dignitatis tantique momenti sit utrumque hoc munus parentibus in bonum prolis commissum, facultatis a Deo ad novam vitam procreandam datae honestus quilibet usus, ipso Creatore ipsaque naturae lege iubentibus, solius matrimonii ius est àc privilegium et intra sacros connubii limites est omnino continendus.

Alterum matrimonii bonum, quod diximus ab Augustino commemoratum, est bonum FIDEI, quae est mutua coniugum in contractu coniugali implendo fidelitas, ut quod ex hoc contractu divina lege sancito alteri coniugi unice debetur, id neque ei denegetur neque cuivis permittatur ; neque ipsi coniugi concedatur quod, utpote divinis iuribus ac legibus contrarium et a fide coniugali maxime alienum, concedi nunquam potest.

Quapropter haec fides in primis postulat absolutam coniugii unitatem, quam in protoparentum matrimonio Creator ipse praestituit, cum illud noluerit esse nisi inter unum virum et mulierem unam. Et quamquam deinde hanc primaevam legem supremus Legislator Deus ad tempus aliquantum relaxa vit, nullum tamen dubium est quin illam

[1] **Litt. Encycl. *Divini illius Magistri,* 31 Dec. 1929.**

[2] **S. AUGUST., *De G-en. ad litt,* lib. IX, cap. 7, n. 12.**

[3] ***Cod. iur. can.,* c. 1013, § 1.**

pristinam perfectamque unitatem ex integro restituerit omnemque dispensationem abrogaverit Evangelica Lex, ut Christi verba et constans Ecclesiae sive docendi sive agendi modus palam ostendunt. Iure igitur Sacra Tridentina Synodus sollemniter professa est : « Hoc autem vinculo duos ((tantummodo copulari et coniungi Christus Dominus aper- ((tius docuit, cum ... dixit : *Itaque iam non sunt duo, sed* <(*una caro* ».[1]

Nec vero tantum damnatam voluit Christus Dominus quamlibet, sive successivam sive simultaneam, quae dicitur, polygamiae et polyandriae formam, externumve aliud quodvis inhonestum opus, sed, ut sacra connubii septa inviolata prorsus custodiantur, ipsas quoque de his omnibus cogitationes voluntarias atque desideria prohibuit : « Ego ((autem dico vobis quia omnis qui viderit mulierem ad con- **ce** cupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde « suo ». [2] Quae Christi Domini verba ne alterutrius quidem coniugis consensu irrita fieri possunt; Dei enim et naturae exhibent legem, quam nulla unquam hominum voluntas infringere aut flectere valet .[3]

Quin et mutua inter ipsos coniuges familiaris consuetudo ut bonum fidei debito splendeat nitore, nota castitatis insigniri debet, ita ut coniuges ad Dei naturaeque legis normam sese in omnibus gerant, et sapientissimi sanctissimique Creatoris voluntatem cum magna erga Dei opus reverentia semper sequi studeant.

Haec autem, quae a Sancto Augustino aptissime appellatur *castitatis fides,* et facilior et multo etiam iucundior ac nobilior efflorescet ex altero capite praestantissimo : ex coniugali scilicet amore, qui omnia coniugalis vitae officia pervadit et quemdam tenet in christiano coniugio principatum

[1] *Conc. Trident,* sess. XXIV.

[2] MATTH., V, 28.

[8] Cfr. Decr. S. Officii, 2 Mart. 1679, propos. 50.

nobilitatis. « Postulat praeterea matrimonii fides ut vir et « uxor singulari quodam sanctoque ac puro amore coniuncti ((sint ; neque ut adulteri inter se ament, sed ut Christus ((dilexit Ecclesiam ; hanc enim regulam Apostolus praescri- « psit, cum ait : *Viri, diligile uxores vestras sicut et Chri- ((stus dilexit Ecclesiam ;* [1] quam certe immensa illa caritate, « non sui commodi gratia, sed Sponsae tantum utilitatem « sibi proponens, complexus est ». [2] Caritatem igitur dicimus, non carnali tantum citiusque evanescente inclinatione innixam, neque in blandis solum verbis, sed etiam in intimo animi affectu positam atque, - siquidem probatio dilectionis exhibitio est operis, [3] - opere externo comprobatam. Hoc autem opus in domestica societate non modo mutuum auxilium complectitur, verum etiam ad hoc extendatur oportet, immo hoc in primis intendat, ut coniuges inter se iuventiir ad interiorem hominem plenius in dies conformandum perficiendumque ; ita ut per mutuam vitae consortionem in virtutibus magis magisque in dies proficiant, et praecipue in vera erga Deum proximosque caritate crescant, in qua denique « universa Lex pendet et Prophetae ». [4] Scilicet absolutissimum totius sanctitatis exemplar hominibus a Deo propositum, quod est Christus Dominus, omnes cuiuscumque sunt condicionis et quamcumque honestam vitae rationem inierunt, possunt ac debent imitari atque, Deo adiuvante, ad isummum quoque christianae perfectionis fastigium, ut complurium Sanctorum exemplis comprobatur, pervenire.

Haec mutua coniugum interior conformatio, hoc assiduum sese invicem perficiendi studium, verissima quadam ratione, ut docet Catechismus Romanus, [5] etiam primaria matrimonii causa et ratio dici potest, si tamen matrimo-

[1] *Ephes.,* V, 25; cfr. *Col.,* III, 19.

[2] *Catech. Rom.,* II, cap. VIII, q. 24.

[3] Cfr. S. GREG. M., *Homil. XXX in Evang.,* (Io., XIV, 23-31), n. 1.

[4] MATTH., XXII, 40.

[5] Cfr. *Catech. Rom.,* p. II, cap. VIII, q. 13.

niúm non pressius ut institutum ad prolem rite procreandam educandamque, sed latius ut totius vitae communio, consuetudo, societas accipiatur.

Cum hac eadem caritate reliqua coniugii tam iura quam officia componantur necesse est ; ita ut non solum iustitiae lex, sed etiam caritatis norma sit illud Apostoli : ((Uxori vir debitum reddat ; similiter autem et uxor viro ».[1]

Firmata denique huius caritatis vinculo domestica societate, floreat in ea necesse est ille, qui ab Augustino vocatur *ordo amoris.* Qui quidem ordo et viri primatum in uxorem et liberos, et uxoris promptam nec in vitam subiectionem obtemperationemque complectitur, quam commendat Apostolus his verbis : « Mulieres viris suis subditae « sint sicut Domino ; quoniam vir caput est mulieris, sicut « Christus caput est Ecclesiae ».[2]

Haec autem obtemperatio non libertatem negat neque aufert, quae ad mulierem tam pro humanae personae praestantia quam pro nobilissimis uxoris, matris, sociae muneribus pleno iure pertinet ; neque obsecundare eam iubet quibuslibet viri optatis, ipsi forte rationi vel uxoris dignitati minus congruentibus; nec denique uxorem aequiparandam docet personis, quae in iure minores dicuntur, quibus ob maturioris iudicii defectum vel rerum humanarum imperitiam liberum suorum iurium exercitium concedi non solet ; sed vetat exaggeratam illam licentiam, quae familiae bonum non curat, vetat in hoc familiae corpore cor separari a capite, cum maximo totius corporis detrimento et proximo ruinae periculo. Si enim vir est caput, mulier est cor, et sicut ille principatum tenet regiminis, haec amoris principatum sibi ut proprium vindicare potest et debet.

Haec dein uxoris viro suo obtemperatio, ad gradum et modum quod attinet, varia esse potest pro variis personarum, locorum, temporum condicionibus ; immo si vir officio

[1] *I Cor.,* VII, 3.

[2] *Ephes.,* V, 22-23.

suo defuerit, uxoris est vices eius in dirigenda familia supplere. At ipsam familiae structuram eiusque legem praecipuam, a Deo constitutam et firmatam, evertere aut tangere numquam et nusquam licet.

Persapienter de hoc uxorem inter et virum ordine servando fel. rec. decessor Noster Leo XIII in iis, quas commemora vimus, de christiano coniugio Encyclicis Litteris docet : « Vir est familiae princeps et caput mulieris ; quae ((tamen, quia caro est de carne illius, et os de ossibus « eius, subiciatur pareatque viro, in morem non ancillae, ((sed sociae ; ut scilicet oboedientiae praestitae nec hone- ((stas nec dignitas absit. In eo autem qui praeest, et in ((hac quae paret, cum imaginem uterque referant alter <(Christi, altera Ecclesiae, divina caritas esto perpetua ((moderatrix officii » \

Haec sunt igitur, quae bono fidei comprehenduntur : unitas, castitas, caritas", honesta nobilisque oboedientia ; quae, quot sunt nomina, tot sunt coniugum atque coniugii emolumenta, quibus pax, dignitas, felicitas matrimonii in tuto collocentur atque promoveantur. Quare mirum profecto non est, hanc fidem inter eximia et matrimonii propria bona semper fuisse numeratami atque habitam.

Attamen tantorum beneficiorum summa completur et quasi cumulatur illo christiani coniugii bono, quod Augustini verbo nuncupavimus SACRAMENTUM, quo denotatur et vinculi indissolubilitas et contractus in efficax gratiae signum per Christum facta elatio atque consecratio.

Et primo quidem, indissolubilem foederis nuptialis firmitatem ipse Christus urget dicendo : « Quod Deus coniun- «(xit, homo non separet »[2] ; et : « Omnis, qui dimittit uxo- «(rem suam, et alteram ducit, moechatur : et qui dimissam «< *a* viro ducit, moechatur ».[3]

[1] **Litt. Encycl.** ***Arcanum,*** **10 Febr. 1880.**

[2] MATTH., **XIX, 6.**

[3] **Luc,** XVI, **18.**

In hac autem indissolubilitate Sanctus Augustinus hoc quod vocat bonum sacramenti ponit apertis his verbis : « In <(sacramento autem [attenditur], ut coniugium non separetur, et dimissus aut dimissa, nec causa prolis, alteri ((coniungatur ».[1]

Atque haec inviolabilis firmitas, quamquam non eadem perfectissimaque mensura ad singula, ad omnia tamen vera coniugia pertinet : nam illud Domini: *Quod Deus coniunxit, homo non separet,* cum de protoparentum connubio, cuiusvis futuri coniugii prototipo, dictum sit, ad omnia prorsus vera matrimonia spectare necesse est. Quamquam igitur ante Christum illa primaevae legis sublimitas et severitas adeo temperata est, ut Moyses ipsius populi Dei civibus ad duritiam cordis eorum libellum repudii certis de causis dare permiserit ; Christus tamen pro sua supremi legislatoris potestate hanc maioris licentiae permissionem revocavit et primaevam in integrum restituit legem per illa verba nunquam oblivioni danda : *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Quare sapientissime fel. rec. Pius VI decessor Noster ad Agriensem Episcopum rescribens : « Quo manifesto patet, inquit, matrimonium vel in ipso <(statu naturae, ac sane ante multo quam ad proprie dicti ((Sacramenti dignitatem eveheretur, sic divinitus institu« tum esse, ut secum afferat perpetuum indissolubilemque « nexum, qui proinde nulla civili lege solvi queat. Itaque <(licet Sacramenti ratio a matrimonio seiungi valeat, ve<(lut inter infideles, adhuc tamen in tali matrimonio, si« quidem verum est matrimonium, perstare debet, omni<(noque perstat perpetuus ille nexus, qui a prima origine <(divino iure matrimonio ita cohaeret, ut nulli subsit ci« viii potestati. Atque adeo quodcumque matrimonium « contrahi dicatur, vel ita contrahitur ut reapse sit ve« rum matrimonium, tumque adiunctum habebit perpe<(tuum illum nexum divino iure omni vero matrimonio

[1] S. AUGUST., *De Gen. ad litt.*, lib. IX, c. 7, n. 12.

a cohaerentem ; vel contrahi supponitur sine illo perpetuo <(nexu, tumque matrimonium non est, sed illicita coniun- **(c** ctio divinae legi ex obiecto repugnans ; quae proinde nec **a** iniri potest nec retineri ».[1]

Quod si exceptioni, etsi rarissimae, haec firmitas obnoxia videatur, ut in quibusdam coniugiis naturalibus solum inter infideles initis vel, si inter christifideles, ratis illis quidem,sed nondum consummatis, ea exceptio non ex hominum voluntate pendet, neque potestatis cuiuslibet mere humanae, sed ex iure divino, cuius una custos atque interpres est Ecclesia Christi. Nulla tamen, neque ullam ob causam, facultas huiusmodi cadere unquam poterit in matrimonium christianum ratum atque consummatum. In eo enim, quemadmodum maritale foedus plene perficitur, ita maxima quoque ex Dei voluntate firmitas atque indissolubilitas, nulla hominum auctoritate relaxanda, elucet.

Huius autem divinae voluntatis intimam rationem si reverenter investigare velimus, Venerabiles Fratres, facile eam inveniemus in mystica christiani connubii significatione, quae in consummato inter fideles matrimonio plene perfecteque habetur. Teste enim Apostolo, in sua (quam ab initio innuimus) ad Ephesios epistola,[2] christianorum connubium perfectissimam illam refert coniunctionem, quae Christum inter et Ecclesiam intercedit : « Sacramen- « tum hoc magnum est, ego autem dico, in Christo et in Ec- « clesia » : quae quidem coniunctio, quamdiu Christus vivet et Ecclesia per ipsum, nulla profecto separatione unquam dissolvi poterit. Quod etiam Sanctus Augustinus diserte docet his verbis: « Hoc enim custoditur in Christo et Ec- « clesia, ut vivens cum vivente in aeternum nullo divortio « separetur. Cuius Sacramenti tanta observatio est in civi- « tate Dei nostri, ... hoc est in Ecclesia Christi ..., ut cum « filiorum procreandorum causa, vel nubant feminae, vel

[1] **Pius VI,** ***Rescript, ad Episc, Agriens.,*** **11 Iul. 1789.**

[2] ***Ephes.,*** V, **32.**

«ducantur uxores, nec sterilem coniugem fas sit relin-
((quere ut alia fecunda ducatur. Quod si quisquam fece-
((rit, non lege huius saeculi (ubi, interveniente repudio,
((sine crimine conceditur cum aliis alia copulare connu-
«. bia ; quod etiam sanctum Moysen Dominus propter duri-
ci tiam cordis illorum Israelitis permisisse testatur) ; sed
« lege Evangelii reus est adulterii, sicut etiam illa si alteri
ce nupserit ».[1]

Quot vero quantaque ex matrimonii indissolubilitate fluant bona, eum fugere non potest qui vel obiter cogitet sive de coniugum prolisque bono sive de humanae societatis salute. Et primum quidem coniuges in hac firmitate certum habent perennitatis signaculum, quod generosa propriae personae traditio et intima suorum animorum consociatio suapte natura tantopere exigit, cum vera caritas finem nesciat.[2] Firmum praeterea adstruitur fidae castitati propugnaculum contra infidelitatis incitamenta, si qua interius exteriusve obiciantur ; anxio timori num adversitatis aut senectutis tempore alter coniux sit recessurus, quivis praecluditur aditus eiusque loco quieta statuitur certitudo. Servandae item utriusque coniugis dignitati ac mutuo auxilio praestando quam aptissime providetur, cum per insolubile vinculum perpetuo perseverans coniuges continenter admoneantur se non caducarum rerum causa, nec cupiditati ut inservirent, sed ut altiora et perpetua bona sibi mutuo procurarent, nuptiale iniisse consortium, quod nisi morte solvi non queat. Liberorum quoque tuitioni et educationi, quae ad multos annos produci debet, optime consulitur, cum gravia et diuturna huius officii onera unitis viribus facilius a parentibus ferantur. Neque minora toti humanae consortioni oriuntur bona. Usu enim cognitum habemus matrimoniorum inconcussam firmitatem nberrimum

[1] **S. AUGUST., De** ***nupt. et concup.,*** **lib. I, cap. 10.**

[2] ***I Cor..*** **XIII, 8.**

esse honestae vitae morumque integritatis fontem ; hoc autem ordine servato, felicitas salusque rei publicae in tuto positae sunt : nam talis est civitas, quales sunt familiae et homines, ex quibus ea constat, ut corpus ex membris. Quapropter, cum de privato coniugum et prolis, tum de publico societatis humanae bono optime merentur, qui inviolabilem matrimonii firmitatem strenue defendunt.

Verum hoc sacramenti bono, praeter indissolubilem firmitatem, multo etiam celsiora emolumenta continentur, per ipsam *Sacramenti* vocem aptissime designata ; christianis enim hòc non inane et vacuum est nomen, cum Christus Dominus « Sacramentorum institutor atque perfector », [1] suorum fidelium matrimonium ad verum et proprium Novae Legis Sacramentum provehendo, illud re vera effecerit peculiaris illius interioris gratiae signum et fontem, qua eius « naturalem illum amorem perficeret, et indissolubi- <(lem unitatem confirmaret, coniugesque sanctificaret ». [2]

Et quoniam Christus ipsum coniugalem inter fideles validum consensum signum gratiae constituit, ratio Sacramenti cum christiano coniugio tam intime coniungitur, ut nullum inter baptizatos ©rum matrimonium esse possit, « quin sit eo ipso Sacramentum » [3]

Cum igitur sincero animo fideles talem consensum praestant, aperiunt sibi sacramentalis gratiae thesaurum, ex quo supernaturales vires hauriant ad officia et munera sua fideliter, sancte, perseveranter ad mortem usque adimplenda.

Hoc enim Sacramentum, in iis qui obicem, ut aiunt, non opponunt, non solum permanens vitae supernaturalis principium, gratiam scilicet sanctificantem, auget, sed etiam peculiaria addit dona, bonos animi motus, gratiae germina,

[1] ***Conc. Trident.,* sess. XXIV.**

***Conc. Trident.,* sess. XXIV.**

***Cod. iur. can.,* c. 1012.**

naturae vires augendo ae perficiendo, ut coniuges non ratione tantum intelligere, sed intime sapere firmiterque te-, nere, efficaciter velle et opere perficere valeant quidquid ad statum coniugalem eiusque fines et officia pertinet ; ius denique iis concedit ad actuale gratiae auxilium toties impetrandum, quotiescumque ad munera huius status adimplenda eo indigent.

Attamen, cum divinae providentiae in ordine supernaturali lex sit ut homines ex Sacramentis, quae post adeptum rationis usum recipiant, fructum plenum non colligant, nisi gratiae respondeant, gratia matrimonii magna ex parte talentum inutile, in agro reconditum, manebit, nisi coniuges supernaturales vires exerceant ac recepta gratiae semina colant atque evolvant. Si autem, faciendo quod in se est, ad gratiam se dociles praebeant, sui status onera ferre atque officia implere poterunt eruntque tanto Sacramento roborati et sanctificati et quasi consecrati. Naiii^ ut Sanctus Augustinus docet, sicut per Baptismum et Ordinem homo deputatur et iuvatur sive ad vitam christiano more degendam sive ad sacerdotale munus gerendum, eorumque sacramentali auxilio nunquam destituitur,[N] **er** lem fere modo (quamquam non per characterem sacramentalem), fideles, qui semel matrimonii vinculo iuncti fuerint, eius sacramentali adiutorio ac ligamine privari nunquam possunt. Quin immo, ut addit idem Sanctus Doctor, vinculum illud sacrum, etiam adulteri facti, secum trahunt, quamquam non iam ad gratiae gloriam, sed ad noxam criminis, « sicut apostata anima, velut de coniugio « Christi recedens, etiam fide perdita, Sacramentum fidei <(non amittit, quod lavacro regenerationis accepit ». [1]

Iidem vero coniuges, aureo Sacramenti ligamine non constricti sed ornati, non impediti sed roborati, omnibus viribus ad hoc nitantur, ut suum connubium non solum per Sacramenti vim et significationem, sed etiam per ipsorum

[1] **S. AUGUST,, De** ***tmpt. et concup.,*** **lib. I, cap. 10.**

mentem ac mores sit semper et maneat viva imago fecun-^dissimae illius unionis Christi cum Ecclesia, quae est venerandum profecto perfectissimae caritatis mysterium.

Quae omnia, Venerabiles Fratres, si attento animo et viva fide perpendantur, si eximia haec matrimonii bona, proles, fides, sacramentum, debita luce illustrentur, nemo potest divinam sapientiam et sanctitatem et benignitatem non admirari, quae cum dignitati ac felicitati coniugum, tum humani generis conservationi propagationique, in sola nuptialis foederis casta sacraque consortione procurandae, tam copiose providerit.

II.

Quo libentius tantam casti connubii praestantiam perpendimus, Venerabiles Fratres, eo magis Nobis dolendum videtur, quod divinum hoc institutum, nostra potissimum aetate, spretum saepe ac passim abiectum conspicimus.

Non iam enim occulte neque in tenebris, sed palam, quovis pudoris sensu deposito, qua voce qua scriptis, scaenicis cuiusque generis ludis, fabulis romanensibus, amatoriis ludicrisque narrationibus, cinematographicis quae dicuntur imaginibus, radiophonicis orationibus, omnibus denique recentioris scientiae inventis, matrimonii sanctitas vel conculcatur vel deridetur ; divortia, adulteria, turpissima quaeque vitia aut laudibus extolluntur aut saltem iis depinguntur coloribus, ut ab omni culpa et infamia vindicari videantur. Nec desunt libri, quos scientificos praedicare non verentur, sed qui re vera non raro solum quodam scientiae fuco idcirco illiti sunt, quo faciliorem inveniant sese insinuandi viam. Quae autem in iis propugnantur doctrinae, eae venditantur tamquam recentioris ingenii poitenta, illius nimirum ingenii, quod, veritatis unice studio-

sum, praeiudicatas quaslibet veterum opiniones abdicasse perhibetur, quodque inter has obsoletas opiniones etiam traditam de coniugio christianam doctrinam amandat atque relegat.

Et instillantur haec omne genus hominibus, divitibus et egenis, operariis et heris, doctis et inductis, solutis et connubio ligatis, Dei cultoribus et osoribus, adultis et iuvenibus ; his praesertim, utpote faciliori captu praedae, peiores struuntur insidiae.

Non omnes quidem novarum huiusmodi doctrinarum fautores ad extrema quaeque indomitae libidinis consectaria devehuntur : sunt qui, medio quasi itinere consistere enisi, in quibusdam tantum divinae naturalisque legis praeceptis aliquid nostris temporibus concedendum putent. Sed hi quoque, plus minusve conscii, emissarii sunt illius inimici nostri, qui semper conatur zizania superseminarein medio tritici. [1] Nos igitur, quos Paterfamilias agri sui custodes posuit, quosque sacrosanctum urget officium cavendi ne bonum semen herbis nocentibus opprimatur, Nobismet ipsis a Spiritu Sancto dicta existimamus gravissima, quibus Apostolus Paulus dilectum suum Timotheum hortabatur verba : « Tu vero vigila... Ministerium tuum imple... « Praedica verbum, insta opportune, importune, argue, ob- « secra, increpa in omni patientia et doctrina ». [2]

Et quoniam, ut inimici fraudes vitari possint, detegi eas ante necesse est, multumque iuvat eius fallacias incautis denuntiare, quamvis profecto mallemus huiusmodi flagitia nec nominare « sicut decet Sanctos », [3] propter animarum tamen bonum et salutem, ea penitus silere non possumus.

Ut igitur ab horum maiorum fontibus incipiamus, praecipua eorum radix in eo est quod matrimonium non ab Au-

[1] Cfr. MATTH., XIII, 25. .

[2] *II Tim.,* IV, 2-5.

[3] *Ephes.,* V, 3.

ctore naturae institutum neque a Christo Domino in veri Sacramenti dignitatem evectum, sed ab hominibus inventum vocitent. In natura ipsa eiusque legibus alii se nihil matrimonii invenisse asseverant, sed deprehendisse tantum procreandae vitae facultatem ad eamque quoquo pacto satiandam impulsum vehementem ; alii tamen initia quaedam ac veluti germina veri connubii in hominis natura inveniri agnoscunt, quatenus, nisi stabili quodam vinculo consocientur homines, dignitati coniugum et naturali prolis propagandae et educandae fini bene provisum non esset. Nihilominus hi quoque docent matrimonium ipsum, quippe quod ilja germina excedat, variis concurrentibus causis, sola hominum mente inventum, sola hominum voluntate esse institutum.

Quanto opere autem hi omnes errent quamque turpiter ab honestate deflectant, iam ex his constat quae de origine ac natura coniugii, de finibus bonisque in éo insitis Nostris his Litteris exposuimus. Perniciosissima vero haec commenta esse, ex consectariis etiam elucet, quae ipsi illorum defensores inde deducunt : leges, instituta ac mores quibus connubium regatur, cum sola hominum voluntate sint parta, ei soli subesse, ideoque pro humano lubitu et humanarum rerum vicissitudinibus condi, immutari, abrogari et posse et debere ; generativam autem vim, quippe quae in ipsa natura nitatur, et sacratiorem esse et latius patere quam matrimonium : exerceri igitur posse tam extra quam intra connubii claustra, etiam neglectis matrimonii finibus, quasi scilicet impudicae mulieris licentia eisdem fere gaudeat iuribus, quibus legitimae uxoris casta maternitas.

Hisce principiis innixi, quidam eo devenerunt, ut nova effingerent coniunctionum genera, ad praesentes hominum ac temporum rationes, ut opinantur, accommodata, quae totidem novas matrimonii species esse volunt: aliud *ad tempus,* aliud *ad experimentum,* aliud *amicale* quod plenam

matrimonii licentiam omniaque iura sibi vindicat, dempto tamen indissolubili vinculo et prole exclusa, nisi partes suam vitae communionem et consuetudinem in pieni iuris matrimonium deinde converterint.

Immo non desunt qui velint et instent ut etiam legibus huiusmodi portenta probentur aut saltem publicis populorum usibus institutisque excusentur ; et ne suspicari quidem videntur talia nihil sane habere recentioris *culturae* de qua tantopere gloriantur, sed nefandas esse corruptelas, quae ad barbaros quarumdam ferarum gentium usus etiam cultas nationes procul dubio rédigèrent.

Sed, ut ad singula iam, Venerabiles Fratres, tractanda accedamus, quae singulis matrimonii bonis opponuntur, primum de prole sit sermo, quam multi molestum connubii onus vocare audent, quamque a coniugibus, non per honestam continentiam (etiam in matrimonio, utroque consentiente coniuge, permissam) sed vitiando naturae actum, studiose arcendam praecipiunt. Quam quidem facinorosam licentiam alii sibi vindicant, quod prolis pertaesi solam sine onere voluptatem explere cupiunt, alii quod dicunt se neque continentiam servare, neque ob suas vel matris vel rei familiaris difficultates prolem admittere posse.

At nulla profecto ratio, ne gravissima quidem, efficere potest, ut quod intrinsece est contra naturam, id cum natura congruens et honestum fiat. Cum autem actus coniugii suapte natura proli generandae sit destinatus, qui, in eo exercendo, naturali hac eum vi atque virtute de industria destituunt, contra naturam agunt et turpe quid atque intrinsece inhonestum operantur.

Quare mirum non est, ipsas quoque Sacras Litteras testari Divinam Maiestatem summo prosequi odio hoc nefandum facinus illudque interdum morte puniisse, ut memorat Sanctus Augustinus : « Illicite namque et turpiter « etiam cum legitima uxore concumbitur, ubi prolis conce-

((ptio devitatur. Quod faciebat Onan, filius Iudae, et occidit ((illum propter hoc Deus ».[1]

Cum igitur quidam, a christiana doctrina iam inde ab initio tradita neque umquam intermissa manifesto recedentes, aliam nuper de hoc agendi modo doctrinam sollemniter praedicandam censuerint, Ecclesia Catholica, cui ipse Deus morum integritatem honestatemque docendam et defendendam commisit, in media hac morum ruina posita, ut nuptialis foederis castimoniam a turpi hac labe immunem servet, in signum legationis suae divinae, altam per os Nostrum extollit vocem atque denuo promulgat : quemlibet matrimonii usum, in quo exercendo, actus, de industria hominum, naturali sua vitae procreandae vi destituatur, Dei et naturae legem infringere, et eos qui tale quid commiserint gravis noxae labe commaculari.

Sacerdotes igitur, qui confessionibus audiendis dant operam, aliosque qui curam animarum habent, pro suprema Nostra auctoritate et omnium animarum salutis cura, admonemus, ne circa gravissimam hanc Dei legem fideles sibi commissos errare sinant, et multo magis, ut ipsi se ab huiusmodi falsis opinionibus immunes custodiant, neve in iis ullo modo conniveant. Si quis vero Confessarius aut animarum Pastor, quod Deus avertat, fideles sibi créditos aut in hos errores ipsemet induxerit, aut saltem sive approbando sive dolose tacendo in iis confirmant, sciat se Supremo Iudici Deo de muneris proditione severam redditurum esse rationem, sibique dicta existimet Christi verba : « Caeci « sunt, et duces caecorum : caecus autem, si caeco ducatum « praestet, ambo in foveam cadunt ».[2]

Causae vero, ob quas matrimonii maius usus defenditur, non raro, - ut de iis quae turpes sunt taceamus, - fictae aut exaggeratae proferuntur. Nihilominus pia Mater Ec-

[1] S. AUGUST., De *coniug. adult.,* lib. II, n.. 12; cfr. *Gen.,* XXXVIII, 8-10; S. Poe nitent., 3 April., 3 Iun. 1916.

[2] MATTH., XV, 14; S. Offic, 22 Nov. 1922.

clesia optime intelligit atque persentit quae de matris sanitate, vita periclitantis, dicuntur. E equis nisi miserenti animo haec perpendere possit? Quis non summa afficiatur admiratione, si quando matrem cernat vix non certae sese morti, heroica fortitudine, oftaentem, ut proli semel conceptae vitam conservet? Quod ipsa fuerit perpessa ut naturae officium plene impleret, id unus Deus ditissimus et miserentissimus retribuere poterit, dabitque profecto mensuram non tantum confertam sed supereffluentem.[1]

Optime etiam novit Sancta Ecclesia, non raro alterum ex coniugibus pati potius quam patrare peccatum, cum ob gravem omnino causam perversionem recti ordinis permittit, quam ipse non vult, eumque ideo sine culpa esse, modo etiam tunc caritatis legem meminerit et alterum a peccando arcere et removere ne negligat. Neque contra naturae ordinem agere ii dicendi sunt coniuges, qui iure suo recta et naturali ratione utuntur, etsi ob naturales sive temporis sive quorundam defectuum causas nova inde vita oriri non possit. Habentur enim tam in ipso matrimonio quam in coniugalis iuris usu etiam secundarii fines, ut sunt mutuum adiutorium mutuusque fovendus amor et concupiscentiae sedatio, quos intendere coniuges minime vetantur, dummodo salva semper sit intrinseca illius actus natura ideoque eius ad primarium finem debita ordinatio.

Vehementer item Nos percellunt illorum coniugum gemitus, qui, dura egestate oppressi, gravissimam in alendis liberis difficultatem patiuntur.

At cavendum omnino est ne funestae externarum rerum conditiones multo funestiori errori occasionem praebeant. Nullae enim exsurgere possunt difficultates quae mandatorum Dei, actus, ex interiore natura sua malos, votantium, obligationi derogare queant; in omnibus vero rerum adiunctis semper possunt coniuges, gratia Dei roborati, suo munere fideliter fungi et castitatem a turpi hac macula illi-

[1] **Luc, Vi, 38.**

batam in coniugio conservare; nam stat fidei christianae veritas, Synodi Tridentinae magisterio expressa : « Nemo ((temeraria illa et a Patribus sub anathemate prohibita voce « uti [debet], Dei praecepta homini iustificato ad obser- « vandum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non ((iubet, sed iubendo monet et facere quod possis, et petere <(quod non possis, et adiuvat ut possis ». [1] Eademque doctrina iterum sollemniterque praecepta est ab Ecclesia et confirmata in damnatione haeresis iansenianae, quae contra Dei bonitatem haec blasphemare erat ausa : « Aliqua Dei « praecepta hominibus iustis volentibus et conantibus, se- « cundum praesentes, quas habent, vires, sunt impossibilia : « deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant ». [2]

Sed aliud, etiam, Venerabiles Fratres, gravissimum commemorandum est facinus, quo vita prolis, in sinu materno reconditae, atte utatur. Id autem permissum volunt alii et matris patrisve beneplacito relictum ; alii tamen illicitum dicunt, nisi pergraves accedant causae, quas medicae, socialis, eugenicae *iudicationis* nomine appellant. Hi omnes quod ad poenales reipublicae leges attinet, quibus genitae necdum natae prolis peremptio prohibetur, exigunt, ut quam singuli, alii aliam, defendunt *indicationem, eandem* etiam leges publicae agnoscant et ab omni poena liberam declarent. Immo nec desunt qui postulent, ut ad has letiferas sectiones magistratus publici praebeant auxiliatrices manus; id quod, proh dolor!, alicubi quam frequentissime fieri omnibus notum est.

Quod vero attinet ad « indicationem medicam et therapeuticam » - ut eorum verbis utamur - iam diximus, Venerabiles Fratres, quantopere Nos misereat matris, cui ex naturae officio gravia imminent sanitatis, immo ipsius \i- tae pericula : at cjuae possit umquam causa valere ad ullo

[1] ***Concil. Trident.*, sess. VI, cap. 11.**

[2] **Const. Apost. *Cum occasione, M* Maii 1653, prop. 1.**

modo excusandam directam innocentis necem ? De hac enim hoc loco agitur. Sive ea matri infertur sive proli, contra Dei praeceptum est vocemque naturae : « Non occides ! ».[1] Res enim aeque sacra utriusque vita, cuius opprimendae nulla esse unquam poterit ne publicae quidem auctoritati facultas. Ineptissime autem haec contra innocentes repetitur e iure gladii, quod in solos reos valet ; neque ullum viget hic cruentae defensionis ius contra iniustum aggressorem (nam quis innocentem parvulum iniustum aggressorem vocet ?) ; neque ullum adest « extremae necessitatis ius » quod vocant, quodque usque ad innocentis directam occisionem pervenire possit. In utraque igitur et matris et prolis vita tuenda ac servanda probi expertique medici cum laude enituntur ; contra, nobili medicorum nomine et laude indignissimos se ii probarent, quotquot alterutri, per speciem medicandi, vel falsa misericordia moti, ad mortem insidiarentur.

Quae quidem plane severis consonant verbis quibus Episcopus Hipponensis in coniuges depravatos invenitur, qui proli quidem praecavere student, at, si nullo exitu, nefarie eam interimere non verentiir : « Aliquando eo usque, « inquit, pervenit haec libidinosa crudelitas vel libido cru- **ci** delis, ut etiam sterilitatis venena procuret, et si nihil va- **ie** luerit, conceptos fetus aliquo modo intra viscera exstin- « guat ac fundat, volendo suam prolem prius interire quam « vivere, aut si in utero iam vivebat, occidi antequam nasci. « Prorsus, si ambo tales sunt, coniuges non sunt : et si ab *u* initio tales fuerunt, non sibi per connubium sed per stu- « prum potius convenerunt ; si autem non ambo sunt tales, « audeo dicere : aut illa est quodammodo meretrix mariti, « aut ille adulter uxoris ».[2]

Quae autem afferuntur pro sociali et eugenica *indicatione,* licitis honestisque modis et intra debitos limites,

[1] ***Exod.,*** XX, 13; **cfr.** Decr. **S. Offic. 4 Maii** 1898, **24 Iulii** 1895, 31. **Maii** 1884.

[2] S AUGUST., *De nmpt. et concupisc.,* **cap.** XV.

earum quidem rerum ratio haberi potest et debet ; at necessitatibus, quibus eae innituntur, per occisionem innocentium providere velle absonum est praeceptoque divino contrarium, apostolicis etiam verbis promulgato : Non esse facienda mala ut eveniant bona. [1]

Iis denique, qui apud nationes principatum tenent feruntve leges, oblivioni dare non licet auctoritatis publicae esse, congruis legibus poenisque, innocentium vitam defendere, idque eo magis, quo minus ii, quorum vita periclitatur et impugnatur, se ipsi defendere valent, inter quos primum sane locum tenent infantes in visceribus maternis abditi. Quod si publici magistratus parvulos illos non solum non tueantur, sed, legibus suisque ordinationibus, permittant atque adeo tradant medicorum aliorumve manibus occidendos, meminerint Deum iudicem esse et vindicent! sanguinis innocentis, qui de terra clamat ad caelum. [2]

Reprobetur denique oportet perniciosus ille usus, qui proxime quidem naturale hominis ius ad matrimonium ineundum spectat, sed ad prolis quoque bonum vera quadam ratione pertinet. Sunt enim qui, de finibus *eugenicis* nimium solliciti, non solum salubria quaedam dent consilia ad futurae prolis valetudinem ac robur tutius procurandum - quod rectae rationi utique contrarium non est - sed cuilibet alii etiam altioris ordinis fini *eugenicum* anteponant, et coniugio auctoritate publica prohiberi velint eos omnes ex quibus, secundum disciplinae suae normas et coniecturas, propter hereditariam transmissionem, mancam vitiosamque prolem generat um iri censent, etiamsi iidem sint ad matrimonium ineundum per se apti. Quin immo naturali illa facultate, ex lege, eos, vel invitos, medicorum opera privari volunt; neque id ad cruentam sceleris commissi poenam pu-

[1] **Cfr. *Rom.*, HI, 8.**

[2] **Cfr. *Gen.*, IV, 10.**

blica auctoritate repetendam, vel ad futura eorum crimina praecavenda, licebit, scilicet contra omne ius et fas ea magistratibus civilibus arrogata facultate, quam numquam habuerunt nec legitime habere possunt.

Quicumque ita agunt, perperam dant oblivioni sanctiorem esse familiam Statu, hominesque in primis non terrae et tempori, sed caelo et aeternitati generari. Et fas profecto non est homines, matrimonii ceteroqui capaces, quos, adhibita etiam omni cura et diligentia, nonnisi mancam genituros esse prolem conicitur, ob eam causam gravi culpa onerare si coniugium contrahant, quamquam saepe matrimonium iis dissuadendum est.

Publici vero magistratus in subditorum membra directam potestatem habent nullam ; ipsam igitur corporis integritatem, ubi nulla intercesserit culpa nullaque adsit cruentae poenae causa, directo laedere et attingere nec *engentéis* nec ullis aliis de causis possunt unquam. Idem docet Sanctus Thomas Aquinas, cum, inquirens num humani iudices ad futura mala praecavenda hominem possint malo quodam plectere, id quidem concedit quod ad quaedam alia mala, sed iure meritoque negat quod ad corporis laesionem : « Numquam secundum humanum iudicium aliquis « debet puniri, sine culpa, poena flagelli, ut occidatur, vel « mutiletur vel verberetur ».[1]

Ceterum, quod ipsi privati homines in sui corporis membra dominatum alium non habeant quam qui ad eorum naturales fines pertineat, nec possint ea destruere aut mutilare aut alia via ad naturales functiones se ineptos reddere, nisi quando bono totius corporis aliter provideri nequeat, id christiana doctrina statuit atque ex ipso humanae rationis lumine omnino constat.

Iam ut ad alterum caput errorum, quod fidem coniugii respicit, veniamus, quidcumque in prolem peccatur, conse-

[1] *Summ, theolog.*, 2ª 2ªᵉ, q. 108 a. 4 ad 2ᵘᵐ.

quens est in fidem quoque coniugii peccari quodammodo, cum alterum alteri sit connexum matrimonii bonum. At totidem praeterea contra coniugii fidem singillatim enumeranda sunt errorum et corruptelarum capita, quot eadem fides complectitur domesticas virtutes : castam scilicet utriusque coniugis fidelitatem, uxoris honestam viro obtemperationem, firmam denique germanamque inter utrumque caritatem.

Fidelitatem igitur primo corrumpunt, qui huius temporis opinionibus ac moribus de falsa quadam nec innocua amicitia cum extraneis indulgendum putant, et maiorem quandam in mutuis hisce rationibus sentiendi atque agendi licentiam coniugibus concedendam esse asserunt, idque eo magis quod (ut autumant) non pauci habeant congenitam indolem sexualem, cui intra angustos connubii monogamici limites satisfacere non possint. Quapropter honestorum coniugum rigidum illum animi habitum, qui omnem cum extraneis libidinosum affectum et actum damnat et recusat, obsoletam quandam esse censent mentis animique debilitatem, aut abiectam et vilem oblectationem seu zelo typiam ; et ideo, quaecumque de fide coniugali retinenda latae fuerint poenales reipublicae leges, eas irritas esse volunt, aut certe irritandas.

Nobilis quidem castorum coniugum animus commenta haec, vel sola natura duce, ut vana et turpia respuit profecto atque contemnit ; et hanc naturae vocem approbat sane atque confirmat cum Dei mandatum « Non moechaberis », [1] tum illud Christi : « Omnis, qui viderit mulierem ad con- **ce** cupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde <(suo ». [2] Nullae autem humanae consuetudines vel exempla prava, nullaque progressae humanitatis species poterunt unquam huius divini praecepti vim infirmare. Nam quemadmodum unus idemque « Iesus Christus heri et ho-

[1] *Exod., XX,* 14.

[2] MATTH., V, 28.

die ipse et in saecula »,[1] ita una eademque Christi doctrina permanet, ex qua ne unus quidem apex praeteribit, donec omnia fiant.[2]

Quicumque vero nuptialis fidei et castimoniae nitorem scribendo dicendoque obscurant, iidem errorum magistri fidam honestamque mulieris viro obtemperationem facile lab ef act ant. Audacius etiam complures ex iis indignam illam esse alterius coniugis erga alterum servitutem effutiunt ; aequalia inter coniuges omnia esse iura ; quae cum unius servitute violentur, quandam mulieris *emancipationem* superbissime praedicant peractam esse vel peragendam. Hanc autem triplicem, sive in domestica societate regenda, sive in re familiari administranda, sive in prolis vita arcenda vel perimenda, statuunt, et *socialem, oeconomicam, physiologicam* vocant : physiologicam quidem, quatenus mulieres ab oneribus uxoris, sive coniugalibus, sive maternis, pro sua libera voluntate solutas aut solvendas volunt (hanc autem non emancipationem, sed nequam facinus esse iam satis diximus) ; oeconomicam vero, qua volunt mulierem, etiam inscio et repugnante viro, libere posse sua sibi negotia habere, gerere, administrare, liberis, marito familiaque tota posthabitis ; socialem denique, quatenus ab uxore curas domesticas sive liberorum sive familiae removent, ut, iis neglectis, suo ingenio indulgere valeat, et negotiis officiisque etiam publicis addicatur.

At ne haec quidem est vera mulieris emancipatio neque illa rationi congruens et dignissima libertas, quae christianae nobilisque mulieris et uxoris muneri debetur ; potius est muliebris ingenii et maternae dignitatis corruptio et totius familiae perversio, qua maritus privatur uxore, proles matre, domus familiaque tota vigili semper custode. Quin immo in ipsius mulieris perniciem vertitur haec falsa libertas et non naturalis cum viro aequalitas; nam si mulier

[1] ***Hebr.,*** XIII, **8.**

[2] Cfr. MATTH., V, 18.

ab regia illa descendit sede, ad quam per Evangelium intra domesticos parietes evecta est, brevi in veterem servitutem (sin minus specie, re tamen vera) redigetur, fietque, ut apud ethnicos erat, merum viri instrumentum.

Aequalitas autem illa iurium, quae tantopere exaggeretur et praetenditur, in iis quidem agnosci debet, quae propria sunt personae ac dignitatis humanae, quaeque nuptialem pactionem consequuntur et coniugio sunt insita; in iisque profecto uterque coniux eodem omnino iure gaudet eodemque debito tenetur ; in ceteris, inaequalitas quaedam et temperatio adesse debet, quam familiae bonum ac debita domesticae societatis et ordinis unitas fìrmitasque postulant.

Sicubi tamen sociales et oeconomicae condiciones mulieris nuptae, ob mutato s conversationum humanarum modos et usus, aliquo pacto mutari debent, auctoritatis publicae est, civilia uxoris iura ad huius temporis necessitates et indigentias aptare, habita quidem ratione eorum, quae exigunt diversa sexus feminei indoles naturalis, morum honestas, commune familiae bonum, modo etiam essentialis ordo societatis domesticae incolumis maneat, qui altiore quam humana, id est, divina auctoritate atque sapientia conditus est, et nec legibus publicis nec privatis beneplacitis mutari potest.

Sed ulterius etiam progrediuntur recentiores coniugii osores, eo quod germano solidoque amori, coniugalis felicitatis et intimae dulcedinis fundamento, caecam quandam sufficiunt indolis convenientiam consensionem que ingenii, quam sympathiam vocant ; qua cessante, relaxari vinculum docent quo solo uniuntur animi, ac plene dissolvi. Quid hoc erit aliud nisi domum super arenam aedificare ? Quam, cum primum obiecta fuerit adversitatum fluctibus, ait Christus Dominus labefactandam esse continuo et collapsuram : « Et flaverunt venti et irruerunt in domum illam, et ceci-

« dit et fuit ruina illius magna ».[1] At contra, quae supra petram constituta fuerit domus, mutua nempe inter coniuges caritate, et deliberata ac constanti animorum coniunctione solidata, nulla concutietur adversitate, nedum evertatur.

Praestantissima quidem hactenus duo priora christiani coniugii bona vindicavimus, Venerabiles Fratres, quibus hodierni societatis e ver sores insidiantur. Sed sicut haec bona tertium, quod *sacramenti* est, longe antecellit, ita nil mirum quod hanc imprimis excellentiam multo acrius videmus ab iisdem oppugnari. Et primum quidem tradunt, matrimonium rem esse omnino profanam mereque civilem, nec ullo modo religiosae societati, Ecclesiae Christi, sed uni societati civili committendam ; tum vero addunt a quovis indissolubili vinculo nuptiale foedus esse liberandum, coniugum secessionibus seu divortiis non modo toleratis, sed lege sancitis ; ex quo denique fiet ut, omni spoliatum sanctitate, coniugium in rerum profanarum ac civilium numero iaceat.

Primum illud in eo statuunt, quod actus ipse civilis sit pro vero contractu nuptiali habendus *(matrimonium civile* id vocitant) ; actus religiosus autem sit additum quiddam, vel ad summum, plebi superstitiosiori permittendum. Deinde, sine ulla reprehensione volunt ut liceat connubia a catholicis hominibus cum acatholicis misceri, nulla religionis habita ratione neque quaesito religiosae auctoritatis consensu. Alterum, quod sequitur, in perfectis divortiis excusandis ponitur, et in legibus iis civilibus laudandis ac provehendis, quae ipsius vinculi solutioni favent.

Quod ad religiosam cuiusvis coniugii et multo magis christiani matrimonii et sacramenti indolem attinet, cum quae de hac re notanda sunt, Leonis XIII Litteris En-

[1] MATTH., VII, 27.

çyclicis, quas saepe commemoravimus quasque Nostras quoque diserte iam fecimus, fusius tractentur gravibusque fulciantur argumentis, ad eas hinc remittimus nec nisi perpauca nunc Nobis repetenda ducimus.

Vel solo rationis lumine, maxime si vetusta historiae monumenta investigentur, si constans populorum conscientia interrogetur, si omnium gentium instituta et mores consulantur, satis constat sacrum quiddam ac religiosum inesse in ipso naturali coniugio, « non adventitium sed inge- « nitum, non ab hominibus acceptum, sed natura insitum », cum « habeat Deum auctorem, fueritque vel a principio « quaedam Incarnationis Verbi Dei adumbratio ».[1] Consurgit enim sacra coniugii ratio, quae intime cum religione et sacrarum rerum ordine coniuncta est, cum ex origine illa divina, quam supra commemoravi mus, tum ex fine ad ingenerandam educandamque Deo subolem, ac Deo item coniuges christiano amore mutuoque adiumento addicendos ; tum denique ex eiusdem naturali coniugii officio, providentissima Dei Conditoris mente instituto, ut quoddam sit transvehendae vitae quasi vehiculum, quo parentes divinae omnipotentiae velut administri inserviunt. Ad haec accedit nova dignitatis ratio ex Sacramento petita, qua matrimonium christianorum evasit longe nobilissimum atque ad tantam excellentiam provectum, ut « mysterium magnum)), ((honorabile ... in omnibus », apparuerit Apostolo.[2]

Quae religiosa matrimonii indoles, celsaque eius gratiae et coniunctionis Christum inter et Ecclesiam significatio, sanctam ab sponsis postulat erga christianum conubium reverentiam sanctumque studium, ut matrimonium quod ipsi inituri sunt, ad archetypum illud ipsum quam proxime accedat.

At multum in hoc deficiunt, et aliquando non sine

[1] **LEO XIII, Litt. Encycl. *Arcanum,* 10 Febr. 1880.**

[2] **Cfr. *Ephes.,* V, 32; *Hebr.,* XIII, 4.**

salutis aeternae periculo, qui temere mixtas ineunt nuptias, a quibus maternus Ecclesiae amor et providentia, gravissimis de causis, retrahit suos, quemadmodum ex multis apparet documentis, illo Codicis canone comprehensis, qui haec decernit: « Severissime Ecclesia ubique « prohibet, ne matrimonium ineatur inter duas personas « baptizatas quarum altera sit catholica, altera vero « sectae haereticae seu schismaticae adscripta ; quod si « adsit perversionis periculum coniugis catholici et prolis, <(coniugium ipsa etiam lege divina vetatur ».[1] Quod si Ecclesia interdum, pro temporum, rerum, personarum rationibus, a severioribus his praescriptis (salvo iure divino, et per opportunas cautiones remoto, quantum fieri potest, perversionis periculo) dispensationem non recusat, difficulter tamen fieri potest ut coniux catholicus nonnihil detrimenti ex istis nuptiis non capiat.

Unde in prognatos haud raro derivatur lugenda a religione defectio vel saltem praeceps decursus in religiosam illam negligentiam seu, quam vocant, indifferentiam, infi• délitati impietatique proximam. Illud etiam accedit quod in mixtis nuptiis multo difficilior reddatur viva illa animorum conformatio, mysterium, quod diximus, arcanam nimirum Ecclesiae cum' Christo coniunctionem, mutatura.

Facile enim deficiet arctior animorum communio, quae sicuti est Ecclesiae Christi signum et nota, ita christiani coniugii signum sit oportet, decus et ornamentum. Kam distrahi solet aut saltem relaxari animorum vinculum, ubi in rebus ultimis et summis, quas homo veneratur, idest in religionis veritatibus et sensibus, dissimilitudo mentium habetur et voluntatum intercedit diversitas. Ex quo periculum est, ne langueat inter coniuges caritas, itemque labefactetur domesticae societatis pax et felicitas, quae ex cordium potissimum unitate proficiscitur. Nam, ut iam ante tot saecula antiquum Ius Romanum definierat : « Nuptiae

[1] *Cod. iur. can.*, c. 1060.

((sunt coniunctio maris et feminae et consortium omnis « vitae, divini et humani iuris communicatio ».*

At maxime, ut iam monuimus, Venerabiles Fratres, restitutionem istam perfectionemque matrimonii a Christo Redemptore statutam augescens in dies divortiorum facilitas impedit. Quin immo neopaganismi fautores, tristi rerum usu nihil edocti, in sacram coniugii indissolubilitatem, legesque eam iuvantes, acrius in dies invehi pergunt, ac licere divortia decernendum esse contendunt, ut alia scilicet, eaque humanior, lex obsoletis legibus sufficiatur.

Divortiorum autem causas ii quidem multas in medium proferunt et varias ; e personarum vitio seu culpa alias profectas, alias in rebus positas (subiectivas illas, has obiectivas appellant) ; quaecumque denique individuam vitae societatem asperiorem efficiunt atque ingratam. Has porro causas ac leges multiplici ex capite probari volunt : ex utriusque bono coniugis in primis, sive alter innocens est atque a reo propterea secedendi suo iure gaudens, sive sceleribus obnoxius, eaque de causa ab ingrata et coacta coniunctione seiungendus ; deinde e bono prolis, quae recta institutione destituitur vel eiusdem fructus amittit, cum nimis facile, e parentum discordiis aliisque male factis offensionem passa, a virtutis via abstrahatur ; denique ex communi bono societatis, quod postulet, primo ut ea matrimonia exstinguantur penitus, quae iam nihil valeant ad id assequendum quod natura spectat ; dein ut coniugibus discedendi potestas fiat lege, cum ut avertantur crimina quae ex eorumdem coniugum convictu vel consociatione facile essent pertimescenda, tum ne magis in dies ludibrio habeatur iudiciale forum et legum auctoritas, eo quod coniuges, ad exoptatam divortii sententiam impetrandam, aut crimina, ob quae iudex ad normam legis solvere valeat vinculum, consulto committant, aut eadem se commisisse, coram iudice, licet rerum condicionem clare ipse perspiciat,

' MODESTINUS **(in Dig., lib. XXLII, il: De** ***ritu nuptiarum),*** **lib. I, Regularum.**

insolenter mentiantur atque peiurent. Quamobrem blateratur, leges omnibus his necessitatibus, mutatisque temporum condicionibus, hominum opinionibus, civitatum institutis ac moribus esse omnino conformandas : quae vel singula, maxime vero omnia in unum collecta, facultatem divortiorum certis de causis concedendam prorsus esse luculentissime testentur.

Alii, ulterius mira procacitate progressi, matrimonium utpote contractum mere privatum, consensui item arbitrioque privato utriusque contrahentis, ut fit in ceteris privatis contractibus, prorsus esse relinquendum opinantur, quavis propterea de causa dissolvendum.

Verum, contra has quoque insanias omnes stat, Venerabiles Fratres, una lex Dei certissima, a Christo amplissime confirmata, nullis hominum decretis vel scitis populorum, nulla legumlatorum voluntate debilitanda : « Quod Deus coniunxit, homo non separet ». [1] Quod quidem si inmriâ homo separaverit, irritum id prorsus fuerit ; iure propterea, ut plus semel vidimus, Christus ipse asseveravit : « Omnis qui dimittit uxorem suam et alteram ducit, moe« chatur ; et qui dimissam a viro ducit, moechatur ». [2] Et haec Christi verba quodcumque respiciunt matrimonium, etiam naturale tantum et legitimum ; omni enim vero matrimonio convenit illa indissolubilitas, qua illud partium beneplacito et omni saeculari potestati, ad vinculi solutionem quod pertinet, est omnino sub tractum.

Memoria item renovanda est sollemnis iudicii, quo Concilium Tridentinum sub poena anathematis haec reprobavit : « Si quis dixerit propter haeresim aut molestam « cohabitationem aut affectatam absentiam a coniuge dis<(solvi posse matrimonii vinculum : anathema sit » ; [3] et : « Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum docuit et docet,

[1] MATTH., XIX, 6.

[2] Luc, XVI, 18.

[3] *Concil. Trid.*, sess. XXIV, c, 5.

«iuxta evangelicam et apostolicam doctrinam propter adul-
ce terium alterius coniugum matrimonii vinculum non posse « dissolvi, et utrumque, vel etiam innocentem, qui causam « adulterio non dedit, non posse, altero coniuge vivente, « aliud matrimonium contrahere, moecharique eum, qui, « dimissa adultera, aliam duxerit, et eam, quae, dimisso «adultero, alii nupserit: anathema sit ».[1]

Quod si non erravit neque errat Ecclesia, cum haec docuit et docet, ideoque certum omnino est matrimonii vinculum ne ob adulterium quidem dissolvi posse, in comperto est reliquas tanto debiliores, quae afferri solent, divortiorum causas multo minus valere nihilique prorsus esse faciendas.

Ceterum quae supra contra vinculi firmitatem e triplici illo capite obiiciunt, ea facile dissolvuntur. Incommoda enim illa omnia arcentur ac pericula propulsan tur, si quando, in extremis illis adiunctis, discessio permittatur coniugum imperfecta, id est incolumi atque integro vinculo, quam lex ipsa Ecclesiae concedit claris canonum verbis, quae de separatione tori et mensae et habitationis decernunt.[2] Iam secessionis huiusmodi causas, conditiones, modum simul et cautelas, quibus et liberorum institutioni et familiae incolumitati fiat satis, atque incommoda item omnia, sive ea coniugi, sive proli, sive ipsi civili communitati impendent, quoad poterit, praecaveantur, legum erit sacrarum statuere, et ex parte saltem, etiam civilium legum, pro civilibus scilicet rationibus atque effectibus.

Quaecumque autem ad firmitatem coniugii indissolubilem asserendam afferri solent et supra attigimus, constat eadem eodemque iure valere sive ad necessitatem facultatemque divortiorum excludendam, sive ad potestatem ea concedendi cuilibet magistratui negandam ; quot item pro priore illa stant praeclara emolumenta, totidem contra ap-

[1] ***Concil Trid.*, sess. XXÍV, c. 7.**

[2] ***Cod. iur. can.*, cc. 1128 sqq.**

parent in altera parte detrimenta, cum singulis tum universae hominum societati perniciosissima.

Atque, ut iterum sententiam decessoris Nostri afferamus, quantam materiam bonorum in se coniugii indissolubilis firmitas contineat, tantam maiorum segetem divortia complecti, vix attinet dicere. Hinc videlicet, incolumi vinculo, tuta ac secura matrimonia conspicimus, illinc, coniugum secessionibus propositis vel ipsis divortiorum periculis obiectis, ipsa foedera nuptialia mutabilia aut certe anxiis obnoxia fieri suspicionibus. Hinc mutua benevolentia consociatioque bonorum confirmata mirifice; illinc, ex ipsa secessionis facta potestate, extenuata miserrime. Hinc coniugum castae fidei addita peropportuna praesidia ; illinc infidelitati perniciosa incitamenta suppeditata. Hinc liberorum susceptio, tuitio, educatio provecta efficaciter ; illinc gravioribus usque detrimentis affecta. Hinc inter familias cognatosque discordiis multiplex praeclusus aditus; illinc discordiarum occasio oblata frequentius. Hinc facilius oppressa, illinc iacta copiosius multoque latius semina simultatum. Hinc potissimum dignitas officiumque mulierum, in societate sive domestica sive civili, redintegrata feliciter **ac** restituta; illinc indigne depressa, siquidem in periculum coniciuntur uxores « ne cum libidini virorum inservierint, pro derelictis habeantur ».[1]

Et quoniam ad perdendas familias, ut iam Leonis XIÏI gravissimis verbis concludamus, « frangendasque regnorum <(opes nihil tam valet, quam corruptela morum ; facile per**ce** spicitur, prosperitati familiarum ac civitatum maxime « inimica esse divortia, quae a depravatis populorum mori« bus nascuntur, ac, teste rerum usu, ad vitiosiores vitae « privatae et publicae consuetudines aditum ianuamque patefaciunt. Multoque esse graviora haec mala constabit, si « consideretur, frenos nullos futuros tantos qui concessam « semel divortiorum facultatem valeant intra certos, aut

[1] **LEO XIII, Litt. Encycl. *Arcanum,* 10 Febr. 1880.**

«ante pro visos, limites coercere. Magna prorsus est vis « exemplorum, maior cupiditatum : hisce incitamentis fieri «debet, ut divortiorum libido latius'quotidie serpens, plu- « rimorum animos invadat, quasi morbus contagione « vulgatus, aut agmen aquarum, superatis aggeribus, « exundans ».[1]

Ideoque, ut in iisdem Litteris legitur, « nisi consilia <(mutentur, perpetuo sibi metuere familiae et societas hu- « mana debebunt, ne miserrime coniciantur in .... rerum « omnium certamen atque discrimen ».[2] Quae quidem omnia quam vére ante quinquaginta annos praenuntiata fuerint, abunde confirmat crescens in dies morum corruptio et inaudita familiae depravatio in iis regionibus, ubi Communismus plene dominatur.

III.

Quid sapientissimus nostri generis Creator ac Redemptor de humano coniugio statuerit, Venerabiles Fratres, huc usque venerabundi admirati sumus, simulque doluimus tam pium divinae Bonitatis consilium ab humanis cupiditatibus, erroribus, vitiis frustrari conculcarique nunc passim. Consentaneum igitur est ut animum Nostrum paterna quadam cum sollicitudine ad opportuna invenienda remedia convertamus, quibus perniciosissimi quos recensuimus abusus tollantur et debita matrimonio reverentia ubique restituatur.

Ad quod in primis iuvat certissimum illud in memoriam revocare, quod in sana philosophia atque adeo in sacra theologia sollemne est : quaecumque nimirum a recto ordine declinarunt, non posse ea in pristinum ac suae naturae congruentem statum alia via reduci, quam ad divinam rationem, quae (ut docet Angelicus)[3] omnis rectitu-

[1] **Litt. Encycl. *Arcanum,* 10 Febr. 1880.**

[2] **Litt. Encycl. *Arcanum,* 10 Febr. 1880.**

[3] **S. THOM. AQUIN., *Summ, theolog.,* 1ª-2ªᵉ, q. 91, a. 1-2.**

dinis exemplar est, re vertendo. Quae quidem fel. rec. decessor Noster Leo XIII contra Naturalistas gravissimis hisce verbis iure urgebat :•« Lex est provisa divinitus, ut « quae a Deo et natura auctoribus instituta sunt, ea tanto « plus utilia ac salutaria experiamur, quanto magis statu «nativo manent, integra atque incommutabilia, quando-<(quidem procreator rerum omnium Deus probe novit quid <(singularum institutioni et conservationi expediret, cun-« ctasque voluntate et mente sua sic ordinavit, ut suum « unaquaeque exitum convenienter habitura sit. At si rerum <(ordinem providentissime constitutum immutare et per-« turbare hominum temeritas aut improbitas velit, tum « vero etiam sapientissime atque utilissime instituta aut « obesse incipiunt, aut prodesse desinunt, vel quod vim iu-« vandi mutatione amiserint vel quod tales Deus ipse poe-« nas malit de mortalium superbia atque audacia su-« mere ».[1]

Oportet igitur ad rectum ordinem in re coniugali restituendum, ut omnes divinam de matrimonio rationem contemplentur ad eamque se conformare studeant.

Verum, cum huic studio indomitae praesertim concupiscentiae vis obsistat, quae sane potissima est causa cur contra sanctas matrimonii leges peccetur, cumque homo cupiditates suas sibi subditas habere non possit, nisi prius se subiciat Deo, hoc primum curandum erit secundum ordinem divinitus statutum. Nam hrma lex est, ut quicumque: se Deo subiecerit, gaudeat ille subici sibi, divina gratia opitulante, concupiscentiam animique sui motus ; qui vero rebellis Deo fuerit, illatum sibi a violentis cupiditatibus intestinum bellum experiatur ac doleat. Quod quam sapienter decretum sit, ita exponit S. Augustinus : « Hoc enim « expedit : inferius subici superiori ; ut et ille qui sibi <(subici vult quod est inferius se, subiciatur superiori se. « Agnosce ordinem, quaere pacem ! *Tu Deo; tibi caro.* Quid

[1] **Litt. Encycl. *Arcanum,* 10 Febr. i880.**

« iustius? quid pulchrius? Tu maiori, minor tibi : servi tú « ei, qui fecit te, ut tibi serviat quod factum est propter te. « Non enim hunc ordinem novimus, neque hunc ordinem «commendamus : *Tibi caro, et tu Deo!* sed : *Tu Deo, et tibi «caro!* Si autem contemnis, *Tu Deo,* numquam efficies, ut *« Tibi caro.* Qui non obtemperas Domino, torqueris a « servo ».[1]

Quem divinae Sapientiae ordinem ipse beatissimus Doctor Gentium, afflante Spiritu Sancto, testatur ; cum enim veterum sapientum meminisset, qui cognitum a se et exploratum omnium rerum Conditorem adorare et revereri renuissent : « Propterea, inquit, tradidit illos Deus in de- **ce** sideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumeliis « afficiant corpora sua in semetipsis » ; et iterum : « pro- « pterea tradidit illos Deus in passiones ignominiae ».[2] « Deus (enim) superbis resistit, humilibus autem dat grâ- **ce** tiam »,[3] sine qua, quemadmodum idem Doctor Gentium monet, homo nequit rebellem coercere concupiscentiam.[4]

Quoniam igitur huius indomiti impetus nequaquam, ut requiritur, temperari poterunt, nisi prius animus ipse demissum pietatis et reverentiae obsequium Conditori suo praestiterit, prae ceteris id est necessarium, ut eos, qui se sacro coniugii vinculo nectunt, intima et germana pervadat totos erga Deum pietas, quae universam eorum vitam informet, mentem et voluntatem summa erga Dei Maiestatem impleat reverentia.

Rectissime igitur et ad absolutissimam christiani sensus normam faciunt illi animarum Pastores qui coniuges, ne in matrimonio a Dei lege desciscant, in primis ad pietatis et religionis exercitia hortantur, ut Deo se totos tradant, eius auxilium assidue implorent, Sacramenta frequen-

[1] S. AUGUST., *Enarrat, in Ps. 143.*

[2] *Rom.,* I, 24, 26.

[3] IAG., IV, 6.

[4] Cfr. .Rom., VII, VIII.

tent, piam semper et in omnibus devotam erga Deum voluntatem foveant atque servent.

Falluntur vero vehementer qui, posthabitis aut neglectis his, quae naturam excedunt, rationibus, naturalium scientiarum usu et inventis (biologiae scilicet, scientiae transmissionis hereditariae, aliarumque id genus) homines inducere posse putant, ut carnis desideriis frenos iniciant. Quae non ita dicta volumus, perinde ac si res naturales, quae inhonestae non sint, parvi sint faciendae ; unus est enim auctor et naturae et gratiae, Deus, qui utriusque ordinis bona in usum et utilitatem hominum contulit. Iuvari, igitur possunt et debent fideles naturalibus quoque artibus ; sed errant qui has sufficere opinentur ad foederis nuptialis castitatem stabiliendam, aut iis maiorem vim inesse putent, quam gratiae supernaturalis auxilio.

Haec autem coniugii et morum ad divinas de matrimonio leges conformatio, sine qua eius instauratio efficax esse non potest, postulat ut ab omnibus expedite, firma certitudine et nullo admixto errore quaenam sint eiusmodi le^ges dignosci possit. At nemo non videt, quot fallaciis aditus aperiretur et quanti errores admiscerentur veritati, si res singulis relinqueretur solo rationis lumine exploranda, aut si privata veritatis revelatae interpretatione investigaret^. Quod quidem si in multis aliis ordinis moralis veritatibus locum habet, id tamen potissimum in his, quae ad coniugium pertinent, attendi debet, ubi voluptatis libido irrumpere in fragilem humani generis naturam eamque decipere et corrumpere facile possit ; idque eo magis, quod ad legis divinae observationem, ardua interdum, eademque diu coniugibus experiunda sunt, quibus, ut rerum usu docemur, debilis homo quasi totidem utitur argumentis, ut a lege divina servanda sese eximat.

Quapropter ut legis divinae non fictio aliqua aut corruptio, sed vera germanaque cognitio humanas mentes collustret hominumque mores dirigat, pietati erga Deum eique

obsequendi studio sincera atque humilis erga Ecclesiam oboedientia adiungatur oportet. Ecclesiam enim constituit ipse Christus Dominus magistram veritatis, in his etiam quae ad mores pertinent regendos ordinandosque, etsi in his multa humanae rationi per se impervia non sunt. Deus enim, quemadmodum ad naturales religionis et morum veritates quod pertinet, rationis lumini revelationem addidit ut, quae recta et vera sunt, « in praesenti quoque generis « humani conditione ab omnibus expedite, firma certitudine « et nullo admixto errore cognosci possint »,[1] ita Ecclesiam in eundem finem constituit totius de religione et moribus veritatis custodem et magistram ; cui propterea fideles, ut a mentis errore et a morum corruptione immunes serventur, oboediant, et mentem animumque subiciant. Et ne auxilio a Deo tam liberali benignitate collato se ipsi privent, necessario hanc oboedientiam praestare debent non solum sollemnioribus Ecclesiae definitionibus, verum etiam, servato modo, ceteris Constitutionibus et Decretis, quibus opiniones aliquae ut periculosae aut pravae proscribuntur et condemnantur.[2] . . .

Quocirca christifideles caveant in -his etiam, quae hodie de matrimonio circumferuntur, quaestionibus, ne suo se iudicio nimis committant neve falsa rationis humanae libertate, seu « autonomia » quam vocant, allici se sinant. Alienissimum enim est ab omni veri nominis christiano, suo ingenio ita superbe fidere, ut iis solum, quae ipse ex interioribus rerum visceribus cognoverit, assentiri velit, et Ecclesiam, ad omnes gentes docendas regendasque a Deo missam, rerum et adiunctorum recentium minus gnaram existimare, vel etiam iis tantum, quae per sollemniores quas diximus definitiones ea iusserit, assensum et oboedientiam praestare, perinde ac si opinari prudenter liceat cetera eius decreta aut falso laborare aut veritatis honestatisque

[1] *Conc. Vat.*, sess. III, cap. %

[2] Cfr. *Conc. Vat.*, sess. III, cap. 4; *Cod. iur. can.*, c. 1324.

causa niti non satis. Est proprium, contra, veri omnis christifidelis, sive doctus hic est sive indoetus, in omnibus quae ad fidem et mores pertinent se regi et duci sinere a Sancta Dei Ecclesia, per eius Supremum Pastorem Romanum Pontificem, qui regitur ipse a Iesu Christo Domino Nostro.

Cum ergo omnia ad Dei legem et mentem reducenda sint, ut in universum et perpetuo matrimonii instauratio peragatur, summi sane momenti est, fideles bene de matrimonio edoceri : verbo et scripto, non semel nec leviter, sed saepe et solide, claris gravibusque argumentis, ut eiusmodi veritates intellectum percellant animumque permoveant. Sciant iidem assidueque recogitent quantam Deus sapientiam, sanctitatem, bonitatem erga humanum genus ostenderit, matrimonium instituendo, sacris legibus illud fulciendo, multoque tum magis cum ad Sacramenti dignitatem mirifice evexit, per quam tam copiosus gratiarum fons christianis coniugibus patet, ut nobilissimis connubii finibus caste fideliterque inservire queant in sui et liberorum, totiusque societatis civilis atque humanae consortionis bonum et salutem.

Profecto, si hodierni matrimonii eversores toti in eo sunt, ut sermonibus, scriptis, libris et libellis, aliisque innumeris modis mentes pervertant, animos corrumpant, coniugalem castimoniam ludibrio dent, turpissima quaeque vitia laudibus eff erant, multo magis Vos, Venerabiles Fratres, quos « Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ecce clesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo »[1] toti in eo esse debetis, ut per vos ipsi et per sacerdotes vobis commissos, atque adeo per apte electos laicos *Actionis Catholicae* a Nobis tantopere exoptatae et commendatae, in apostolatus hierarchici auxilium vocatos, omni qua par est via errori opponatis veritatem, turpi vitio splendorem castitatis, cupuditatum servitati libertatem filiorum Dei,[2] iniquae di-

[1] *Act., XX,* 28.

[2] Cfr. Io., VIH, 32 sqq.; *Gal,* V, 13.

vortiorum facilitati perennitatem genuinae in matrimonio caritatis et ad mortem usque inviolatum datae fidei sacramentum.

Unde fiet, ut christifideles toto animo gratias Deo referant, quod eius mandato ligentur et suavi quadam vi cogantur ut quam longissime fugiant a quavis carnis idololatria et ab ignobili libidinis servitute ; itemque *ut* magnopere absterreantur omnique studio sese avertant a nefariis illis commentis, quae, in dedecus sane dignitatis humanae, voce et scripto, sub nomine « perfecti matrimonii » nunc ipsum circumferuntur, quaeque scilicet perfectum istud matrimonium idem tandem esse faciunt ac « matrimonium depravatum », prouti etiam, iure meritoque, dictum est.

Haec salubris de matrimonio christiano instructio ac religiosa disciplina ab exaggerata illa institutione physiologica longe distabit, qua, his nostris temporibus, nonnulli, qui se coniugalis vitae emendatores iactant, servire coniugibus contendunt, plurima verba de physiologicis his rebus faciendo, quibus tamen ars potius discitur callide peccandi quam virtus caste vivendi.

Itaque, Venerabiles Fratres, Nostra toto animo facimus verba quibus decessor Noster fel. rec. Leo XIII in suis de matrimonio christiano Litteris Encyclicis universi orbis Episcopos est allocutus : « Quantum contentione assequi, ((quantum auctoritate potestis, date operam, ut apud gen**êt** tes fidei Vestrae commendatas integra atque incorrupta « doctrina retineatur quam Christus Dominus et coelestis « voluntatis interpretes Apostoli tradiderunt, quamque Ec**ce** clesia Catholica religiose ipsa servavit, et a Christifide**ee** libus servari per omnes aetates iussit ». [7]

Verum, vel optima per Ecclesiam institutio sola non sufficit, ut matrimonii ad legem Dei conformatio rursus habeatur ; quamvis enim coniuges de christiano matrimo-

[7] **Litt. Encycl. *Arcanum,* 10 Febr. 1880.**

nio doctrinam calleant, accedat tamen oportet ex parte eorum firmissima voluntas sanctas Dei et naturae de matrimonio leges servandi. Quidquid tandem verbo et scripto asseri et propagari velit, firmiter constanterque coniugibus sanctum ac sollemne esto : in omnibus quae ad matrimonium pertinent, sine ulla haesitatione Dei mandatis stare se velle : mutuo caritatis auxilio semper praestando, castitatis fide servanda, vinculi firmitate numquam **Violanda**, iuribus per coniugium acquisitis non nisi christiane semper et moderate adhibendis, primo praesertim coniugii tempore, ut, si quando postea rerum adiuncta continentiam postularet, uterque iam assuetus continere, faciliore negotio, se queat.

Magnopere autem ipsos, ut hanc firmam voluntatem concipiant, retineant atque exsecutioni mandent, iuvabit frequens sui status consideratio atque operosa recepti Sacramenti memoria. Meminerint assidue, se ad sui status officia et dignitatem peculiari veluti consecratos et roboratos esse Sacramento, cuius efficax virtus, quamquam characterem non imprimit, perpetuo tamen perseverat. Meditentur idcirco haec Sancti Cardinalis Roberti Bellarmino verba, solidi profecto solatii plena, qui cum aliis magnae notae theologis ita pie sentit et scribit : « Coniugii Sacra- <(mentum duobus modis considerari potest : uno modo, dum <(fit ; altero modo, dum permanet postquam factum est. Est « enim Sacramentum simile Eucharistiae, quae non solum <(dum fit, sed etiam dum permanet, Sacramentum est ; dum « enim coniuges vivunt, semper eorum societas Sacramen- **te** tum est Christi et Ecclesiae ».[1]

Verum ut huius Sacramenti gratia vim suam totam exserat, coniugum opera, prout iam monuimus, accedere debet, eaque in hoc esse, ut, quantum contentione possunt, in officiis implendis suis studiose élaborent. Quemadmodum

[1] **S.** ROB. BELL ARMIN., ***De controversiis*, tom.** III, ***De Matr.*, controversi** II, **«ap. 6.**

enim in naturae ordine, ut vires a Deo datae plenam suam edant efficacitatem, eae ab hominibus proprio labore atque industria adhibendae sunt, quod si negligatur, nihil inde emolumenti colligitur; ita etiam vires gratiae, quae ex Sacramento in animum profluxere ibique manent, ab hominibus proprio studiò et labore exercendae sunt. Nolint ergo coniuges Sacramenti gratiam negligere, quae in ipsis est ;[1] sed sedulam officiorum suorum observationem quamvis laboriosam aggressi, ipsam illius gratiae vim efficaciorem in dies exponentur. Et si quando condicionis suae vitaeque laboribus gravius se premi sentiant, ne animos despondeant, sed sibi quodammodo dictum existiment id quod Timotheo discípulo carissimo, laboribus et contumeliis vix non delecto, S. Paulus Apostolus de Ordinis Sacramento scribebat : « Admoneo te ut resuscites gratiam Dei quae est in te per « impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis ccDeus spiritum timoris sed virtutis et dilectionis et so- '« brietatis ».[2]

Sed haec omnia, Venerabiles Fratres, magnam partem a debita coniugum pendent tam remota quam proxima ad matrimonium praeparatione. Illud enim negari non potest, felicis coniugii firmum fundamentum, et infelicis ruinam, iam pueritiae et iuventutis tempore in puerorum puellarumque animis instrui ac poni. Nam qui ante coniugium in omnibus seipsos et sua quaesiere, qui suis cupiditatibus indulgebant, timendum est, ne iidem in matrimonio tales futuri sint quales ante matrimonium fuerint; item id tandem meteré debeant quod seminaverunt[3] - intra domesticos nimirum parietes tristitiam, luctum, despectum mutuum, rixas, animi simultates, vitae communis taedium - neve, quod maximum est, seipsos cum suis indomitis cupiditatibus inveniant.

' **Cfr. *I Tim.*, IV, 14.**

² ***II Tim.*, I, 6-7.**

³ **Cfr. *Gal.*, Vi, 9.**

Bene igitur animati paratique, sponsi ad statum coniugii ineundum accedant, ut possint ea qua par est ope se mutuo iuvare in adversis vitae vicibus subeundis, multoque magis in aeterna salute procuranda et in interiore homine ad plenitudinem aetatis Christi[1] conformando. Id etiam eo conferet, ut ipsi dilectae suboli tales revera sese praebeant quales Deus voluit parentes praestare se proli : ita videlicet ut pater vere pater sit, mater vera sit mater ; per quorum pium amorem assiduasque curas, domestica sedes, etiam in magna rerum inopia mediaque in hac lacrimarum valle, evadat liberis quoddam illius ineundi paradisi vestigium, in quo primos homines Creator generis humani collocavit. Hinc etiam sequetur ut filios facilius efficiant perfectos homines perfectosque christianos, eos germino Ecclesiae Catholicae sensu imbuant, iisdemque nobilem illam erga patriam caritatem iniiciant, ad quam pietatis gratique animi causa tenemur.

Itaque, tam illi, qui iam de sancto hoc connubio aliquando ineundo cogitant, quam qui iuventutis christianae educandae curam habent, haec tanti faciant, ut bona praeparent, mala práecaveant, memoriamque renovent eorum quae in Nostris de educatione Litteris Encyclicis monuimus : « A pueritia igitur voluntatis inclinationes, si pra-
ec vae, cohibendae, sin autem bonae, promovendae sunt, ac
« praesertim puerorum mens imbuatur doctrinis a Deo pro-
ce fectis et animus divinae gratiae auxiliis roboretur opor-
ee tet, quae si defuerint, nec suis quisque moderari cupidi-
ee tatibus poterit neque ad absolutionem perfectionem que
ee disciplina atque informatio ab Ecclesia adduci, quam ideo
ee Christus caelestibus doctrinis ac divinis Sacramentis in-
ee struxit, ut efficax omnium hominum esset magistra ».[2]

Ad proximam vero boni matrimonii praeparationem maximopere pertinet eligendi coniugis studium; nam

[1] **Cfr. *Eph.,* IV, 13.**

[2] **Litt. Encycl. *Divini illius Magistri,* 31 Dec. 1929.**

plurimum inde pendet utrum matrimonium felix futurum sit necne, cum alter coniux alteri aut magno adiutorio ad vitam christiano modo in coniugio ducendam, aut magno periculo atque impedimento esse queat. Ne ergo inconsultae electionis poenas per totam vitam fuere debeant, maturam sponsi deliberationem instituant antequam personam seligant, quacum deinde perpetuo sibi degendum erit ; in hac vero deliberatione in primis rationem habeant Dei veraeque Christi religionis, deinde sui ipsius, alterius sponsi, futurae prolis bono consulant itemque societatis humanae et civilis, quae ex connubio tamquam ex suo fonte oritur. Petant sedulo divinum auxilium, ut eligant secundum christianam prudentiam, minime vero caeco et indomito cupiditatis impetu neque solo lucri desiderio aliove minus nobili impulsu ducti, sed vero rectoque amore et sincero erga futurum coniugem affectu ; praeterea eos fines in matrimonio quaerant propter quos illud est a Deo constitutum. Neque omittant denique, de eligendo altero coniuge prudens parentum consilium exquirere, illudque haud parvi faciant, ut, eorum maturiore humanarum rerum cognitione et usu, perniciosum hac in re errorem praecaveant et divinam quarti mandati benedictionem, matrimonium inituri, copiosius assequantur : « Honora patrem tuum et matrem ((tuam, (quod est mandatum primum in promissione), ut « bene sit tibi, et sis longaevus super terram ». [1]

Et quoniam non raro perfecta mandatorum Dei observatio et coniugii honestas graves inde patiuntur difficultates, quod coniuges rei familiaris angustiis et magna bonorum temporalium penuria premantur,-eorum necessitatibus, meliore qua fieri potest ratione, subveniendum profecto est.

Atque in primis est illud omni contentione enitendum ut, id quod iam sapientissime decessor Noster Leo XIII decreverat, [2] in Societate civili rationes oeconomicae et socia-

[1] *Ephes.*, VI, 2-3; cfr. *Exod.*, XX, 12.

[2] Litt. Encycl. *Berum novarum*, 15 Maii 1891.

les ita constituantur, ut omnes pàtresfamilias sibi, uxori, filiis pro dignitate et loco alendis necessaria mereri ac lucrari possint : ((dignus est enim operarius mercede sua ».[1] Hanc negare aut aequo minorem facere gravis iniustitia est et a Sacris Litteris inter maxima ponitur peccata ;[2] neque fas est mercedes statui tam tenues, quae, pro rerum condicionibus, alendae familiae sint impares.

Curandum tamen est, ut vel ipsi coniuges, idque iam diu ante quam matrimonium ineant, futurae incommoda necessitatesque vitae praevertere aut saltem minuere studeant, et quomodo id efficaci simul et honesto modo facere possint, a peritis edoceantur. Providendum etiam ut, si sibi ipsi unis non sufficiunt, coniuncta similium opera conditisque privatis aut publicis sodaliciis, vitae necessitatibus succurrant.[3]

Quando vero haec, quae diximus, familiae, praesertim si grandior sit aut minus valeat, sumptus aequare non possunt, amor proximi christianus requirit omnino, ut ea quae desunt indigentibus christiana compenset caritas, ut divites praecipue tenuioribus opitulentur, neve qui superflua habent bona in vanos sumptus impendant aut prorsus dissipent, sed in sospitandam vitam et valetudinem eorum convertant, qui etiam necessariis carent. Qui Christo in pauperibus de suo dederint, ii a Domino, cum venerit iudicare saeculum, uberrimam récipient mercedem ; qui contra fecerint, suas poenas luent.[4] Non enim frustra monet Apostolus : « Qui habuerit substantiam huius mundi, et viderit « fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera « sua ab eo : quomodo caritas Dei manet in eo »?[5]

Quod si privata subsidia satis non sunt, auctoritatis publicae est supplere impares privatorum vires in re prae-

[1] **Luc, X, 7.**

[2] **Cfr. *Deut.,* XXIV, 14, 15.**

[3] **Cfr. LEO XIII, Litt. Encycl. *Berum novarum,* 15 Maii 1891.**

[4] MATTH., XXV, 34 sqq.

[5] **I Io., III, 17.**

sertim tanti momenti ad bonum commune, quanti est familiarum et coniugum condicio hominibus digna. Si enim familiis, iis in primis quibus est copiosa proles, apta desunt domicilia ; si laboris victusque acquirendi occasionem vir nancisci nequit ; si ad quotidianos usus nisi exaggeratis pretiis res emi non possunt ; si etiam materfamilias, haud exiguo domesticae rei nocumento, necessitate et onere premitur pecuniae proprio labore lucrandae ; si eadem in ordinariis vel etiam extraordinariis maternitatis laboribus, convenienti victu, medicamentis, ope periti medici aliisque id genus caret : nemo non videt, si quidem coniuges animo deficiant, quam difficilis eis reddatur convictus domesticus et man datorum Dei observatio, praetereaque quantum discriminis securitati publicae et saluti vitaeque ipsius civilis societatis inde obvenire queat, si tales homines eo de sperationis redigantur, ut, cum iam nihil habeant quod sibi timeänt auferendum, multa se fortasse assecuturos sperare audeant ex reipublicae rerumque omnium perturbatione.

Quapropter qui curam rei publicae et boni communis habent, tales coniugum familiarumque necessitates negligere non possunt, quin grave civitati et bono communi nocumentum afferant ; in legibus igitur ferendis et in publicis expensis statuendis huic egenarum familiarum inopiae sublevandam sic prospiciant, ut eiusmodi curam inter praecipuas suae potestatis partes habeant.

Quo in genere non sine maerore animadvertimus, id nunc haud raro evenire, ut, recto ordine inverso, matri prolique illegitimae (cui equidem, etiam ad praecavenda maiora mala, succurrendum est) facile admodum suppeditetur praesens copiosumque subsidium, quod legitimae aut denegetur aut parce sic concedatur ut quasi ab invitis videatur extortum.

Sed non solum, Venerabiles Fratres, auctoritatis publicae plurimum interest, in his quae temporalia bona sunt,

matrimonium familiamque bene constitui, sed in iis etiam, quae bona animarum propria sunt dicenda : leges videlicet ferri iustas et servari fideliter, quae ad castitatis fidem et mutuum coniugum auxilium pertineant, propterea quod, historia teste, salus reipublicae et temporalis civium felicitas tuta esse et salva manere non potest, ubi fundamentum, quo ipsa innititur, rectus scilicet morum ordo, labefactetur et, vitio civium, obstruatur fons, ex quo civitas gignitur, matrimonium nimirum et familia.

Ordini autem morali servando, neque externae civitatis vires et poenae sufficiunt nec virtutis pulchritudo et necessitas hominibus proposita, sed accedat oportet auctoritas religiosa quae mentem veritate illustret, voluntatem dirigat et humanam fragilitatem divinae gratiae auxiliis confirmet, quaeque sola est Ecclesia a Christo Domino instituta Quapropter ad concordiam et amicitiam cum hac Christi Ecclesia ineundam firmandamque omnes, qui supremam civilem potestatem habent, vehementer in Domino hortamur, ut consociata utriusque potestatis opera et diligentia, immania propulsentur damna, quae, ex irruentibus' in matrimonium et familiam procacibus libertatibus, tam Ecclesiae quam ipsi civili societati impendent.

Summopere enim gravissimo huic Ecclesiae officio leges civiles favere possunt, si in praeceptis dandis rationem habeant eorum, quae lege divina et ecclesiastica statuta sunt, et poenis animadvertant in eos qui peccaverint. Nam non desunt qui, quod leges civitatis permittunt aut certe poenis non prosequuntur, id quoque aut sibi secundum moralem legem licere putent, aut, vel conscientia renitente, id opere exsequantur, quia nec Deum timeant nec ab hominum legibus quidquam sibi metuendum cernant; unde haud raro sibi ipsi et aliis bene multis pariunt ruinam.

Nec vero civitatis iuribus et integritati, ex hac cum Ecclesia consociatione, quidquam aut periculi aut deminutio-

nis accidet ; inanis est enim et vana omnis eiusmodi suspicio et timor : quod iam Leo XIII luculenter ostenderat : « Nemo autem dubitat, inquit, quin Ecclesiae conditor le-
<(sus Christus potestatem sacram voluerit esse a civili di-
ei stinctam, et ad suas utramque res agendas liberam atque
« expeditam ; hoc tamen adiuncto, quod utrique expedit, et
« quod interest omnium hominum, ut coniunctio inter eas
« et concordia intercederet... Si cum sacra Ecclesiae pote-
« state civilis auctoritas amice congruat, magna utrique
« necesse est fiat utilitatis accessio. Alterius enim amplifl-
« catur dignitas, et religione praeeunte, numquam erit non
« iustum imperium : alteri vero adiumenta tutelae et defen-
<(sionis in publicum fidelium bonum suppeditantur ».[1]

Atque ita, ut recens clarumque exemplum afferamus, secundum rectum ordinem et secundum Christi legem id prorsus evenit, quod, in sollemni Conventione inter Sanctam Sedem et Italiae Regnum feliciter inita, etiam quod ad matrimonia attineret, pacifica quaedam compositio et amica actio statuta est, ut gloriosam decebat Italicae gentis historiam ac vetustas eius sacrasque memorias. Et sane, haec in Lateranensibus Pactionibus decreta leguntur : « Civitas Italica, matrimonii instituto, quod est familiae
« fundamentum, eam dignitatem restituere volens, quae
« populi sui traditionibus congruat, Sacramento matrimo-
« nii, quod iure canonico regitur, effectus civiles agno-
« scit » ;[2] cui normae ac fundamento ulteriora dein sociatae conventionis capita adiecta sunt.

Ea res omnibus exemplo esse potest et argumento, hac etiam nostra aetate (qua, pro dolor, civilis auctoritatis pienissima ab Ecclesia, immo vero ab omni religione separatio tam saepe praedicatur), posse alteram supremam potestatem cum altera sine ullo alterutrius iurium summaeque potestatis detrimento, mutua concordia et amico foe-

[1] **Litt. Encycl., *Arcanum.* 10 Febr. 1880.**

[2] **Concord., art. 31: *Acta Apost. Sed,* XXI (1929), pag. 290.**

deré, ad commune societatis utriusque bonum, coniungi et sociari, curamque de matrimonio ab utraque potestate haberi posse communem, qua perniciosa pericula, immo vero ruina iam imminens a coniugiis christianis procul arceantur.

Quae omnia, Venerabiles Fratres, vobiscum, pastorali sollicitudine permoti, attente perpendimus, ea inter universos dilectos filios vestris curis proxime commissos, quotquot sunt e magna Christi familia, secundum christianae prudentiae normam, large evulgentur atque illustrentur velimus,- ut sanam de matrimonio doctrinam omnes plene noscant itemque pericula ab errorum praeconibus parata sedulo caveant, et maxime « ut, abnegantes impietatem et saecularia desideria, sobrie et iuste et pie vivant in hoc saeculo, exspectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi ». [1]

Faxit ergo omnipotens Pater, « ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur », [2] qui debiles corroborat et infirmis timidisque animum adicit ; faxit Christus Dominus ac Redemptor, « venerabilium Sacramentorum institutor atque perfector », [3] qui matrimonium mysticam esse vojuit effecitque imaginem suae ineffabilis cum Ecclesia coniunctionis ; faxit Sanctus Spiritus, Deus Caritas, lumen cordium et robur mentis, ut, quae hisce Nos litteris de sancto matrimonii Sacramento, de mira Dei circa illud lege et voluntate, de erroribus et periculis quae imminent, de remediis quibus possit illis occurri, exposuimus, mente omnes percipiant, prompta voluntate assumant, Deique gratia iuvante in usum traducant, ut inde rursus florescat et vigeat in matrimoniis christianis Deo dicata fecunditas,

[1] ***Tit.*, II, 1M3.**

[2] ***Eph.*, III, 15.**

[3] ***Conc. Trident.*, sess. XXIV.**

fides illibata, inconcussa firmitas, sacramenti sanctitas et gratiarum plenitudo.

Quod ut Deus, auctor omnium gratiarum, a quo est omne *velle et perficere,* [1] secundum suam benignitatem et omnipotentiam efficiat et largiri dignetur, dum enixas ad eius gratiae Thronum preces demisso animo admovemus, eiusdem Omnipotentis Dei copiosae benedictionis pignus,, vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque assiduis vigilantiae vestrae curis commisso Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus. ~. ..

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxxr mensis Decembris anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIVS PP. XI.

[1] *Phil., il,* 13.

AHAUS XXII - Vol. XXII 31 Decembris 1930 Num. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE DECRETALES

BEATUS ROBERTUS CARD. BELLARMINO, SOCIETATIS IESU, SANCTORUM FASTIS ACCENSETUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Lux illa, qua in perpetuas aeternitates tamquam sidera fulgent qui docti fuerint et * ad iustitiam erudierint multos, novo splendore coruscare videtur in Beato Eoberto Cardinali Bellarmino, cui sanctorum Caelitum honores decernere singulari Dei benignitate hodie Nobis datum est. Ipse enim, catholicae veritatis adsertor et vindex acerrimus, doctrinae verbo et boni operis exemplo Sanctorum altricem Ecclesiam Dei illustravit et a pravis haereticorum machinationibus strenuissime defendit ; atque iure meritoque tum inditae Societatis Iesu, tum Purpuratorum Patrum Senatus, tum catholici episcopatus exstat fulgidissima gloria. — Die quarta mensis Octobris anno millesimo quingentésimo quadragesimo secundo natus est Dei Servus in urbe Montis Politiam in Hetruria e patricia Bellarminorum gente. Patrem habuit Vincentium, equitem magna civium aestimatione florentem, et Cynthiam Cervini, Marcelli Secundi Papae sororem, clarissimum feminam, matrem pientissimam. In sacris baptismatis undis nomina ipsi imposita fuere Robertus, Franciscus, Romulus. A parentibus optime institutus, eximia pietate et castissimis moribus iam a prima aetate enituit; a puerilibus ludis abhorrens, saepe orationi aliisque piis exercitationibus vacabat, ac sermones quos in ecclesia audierat fratribus repetere, et

ruricolas prima fidei rudimenta docere in deliciis habebat. Studiorum curriculum ingressus acri ingenio praeditum et discendi cupidissimum cito se praebuit, ita ut grammaticam brevi didicerit. Postea scholas Societatis Iesu patria in urbe adivit ac inter rhetoricae alumnos admissus poësim non sine laude exercuit. Latinas simul graecasque litteras calluit, et doctorum laudes et condiscipulorum amorem sibi merito conciliavit. — Decem et octo annos natus Robertus, mundi honores despiciens, in Societatem Iesu ingredi cogitavit, devictisque virili pectore omnibus obstaculis, Eomam venit et, rite expleto tirocinio, in Collegio Romano philosophicis disciplinis triennio vaca vit, ac, publico periculo feliciter superato, magistri titulum plenis suffragiis obtinuit. Morentiam missus ut humanas litteras tradere!., graviter aegrotavit; sed ex insperato convaluit atque alacriore studio tum ad magistri officium implendum, tum ad vitae internae perfectionem assequendam incubuit. Dein Montem Regalem in Pedemonte, ut graecam linguam doceret, missus est ac postea Patavium ad sacram theologiam addiscendam; et in utraque hac urbe ac Fiorentiae et Lo vanii doctoris et concionatoris munere nondum sacerdos mirifice functus est. Lo vanii praeterea hebraicam quoque linguam didicit; ac in celeberrimo illo collegio theologiam excoluit et, sacerdotio auctus, ita docuit, ut plurimos haereticos ad Ecclesiae unitatem reduxerit ac theologus per Europam clarissimus haberetur, eumque Sanctus Carolus, Mediolanensis Archiepiscopus, et Parisiense Societatis Iesu Collegium sibi expeterent. — Sed ex Gregorii Decimitertii, Decessoris nostri, desiderio Romam revocatus est, eique peculiaris theologiae cathedra de fidei controversiis, quam ille Pontifex in Collegio Romano ut catholica dogmata propugnarentur adversus Lutheranorum, Calvinistarum aliorumque novatorum errores, qui per id temporis in pluribus Europae nationibus grassabantur, instituendam, curavit, concredita est; et in ea undecim per annos Dei Servus eruditissimis lectionibus falsas haereticorum doctrinas refutavit, eaedemque lectiones sub titulo *Disputationes de controversiis christianae fidei,* praelo impressae ac per universam Europam diffusae, multos ad romanam fidem amplectendam impulerunt. Anno millesimo quingentésimo octogesimo septimo, quo impensius in scribendi laborem incumberet, a munere docendi destitit, et in Collegio Romano vitae spiritualis magister ac postea rector constitutus fuit; quo in officio ad religiosae vitae perfectionem et ad humilitatis potissimum studium: exemplo non minus quam consilio infiammavi t alumnos suos, quos inter angelicum iuvenem Aloisium Gonzaga habuit ac per sanctitatis semitas moderatus est. Biennio post Sixtus Papa Quintus, qui in edendis S. Ambrosii Mediolanensis Episcopi operibus eum socium quondam habuerat, uti theologum cum Cardinali Caietano,

Pontificis Legato, illum in Galliam misit, ubi strenuus Apostolici Legati fuit adiutor et consiliarius. Tredecim post menses Dei Servo in patriam reverso a Gregorio PP. Decimoquarto commissum est una cum aliis doctis viris novum Sixtinae Sacrorum Bibliorum editionis textum emendandi munus; quod immane opus alacri studio idem aggressus, ut splendide absolveretur strenue adlaboravit. Anno millesimo quingentésimo nonagésimo quarto ad Societatis Iesu Neapolitanae provinciae regimen vocatus, eam ad S. Ignatii mentem prudentissime gubernavit. Quo in officio tamen non diu permansit. Nam, duobus circiter annis elapsis, Clemens Papa Octavus eum Eomam accivit suumque theologum esse voluit et Sancti Officii consultorem; eumdemque, invitum et frustra reluctantem, in Consistorio die tertia Martii anno millesimo quingentésimo nonagésimo nono inter Purpuratos Patres adscripsit, splendidum hoc de illo texens elogium: « Hunc eligimus quia non habet parem Ecclesia Dei quod ad doctrinam ». — Etsi in supremum Ecclesiae Senatum adlectus, nihil tamen a religiosae vitae tenore sibi deflectendum esse censuit Dei Servus; ac, opimis ab Hispanorum Rege exhibitis pensionibus firmiter recusatus, modicam tantum a Romano Pontifice pecuniae summam ad cardinalitiam dignitatem tuendam necessariam accepit. Sed aliud, angelicis quoque humeris formidandum, onus Dei Servum manebat: cum enim anno secundo supra millesimum sexcentesimum metropolitana Ecclesia Capuana vacasset, praefatus Pontifex eius regimen Bellarmino commisit, ipsumque die vicesima Aprilis illius anni Capuanum Archiepiscopum manu propria consecravit. Quare Dei Servus Capuani se contulit ac per triennium sibi commissam Ecclesiam sanctissime administra vit, vigilantissimum ac prudentissimum Pastorem se omnino ostendens, donec, demortuis Clemente Octavo et, paucos post dies, Leone Undecimo Pontificibus, Paulus Quintus, ut sapientibus illius consiliis uteretur, Bellárminum in Curia retinuit.—Dimissa itaque Capuana Sede, Romae Dei Famulus permansit, ibique apostolicis Congregationibus impenso studio operam suam navavit, atque in gravissimis negotiis pertractandis luculenta doctrinae prudentiaeque exhibuit testimonia, et tamen hoc etiam tempore pueros rudesque doctrina christiana instituere solebat. Multa etiam praeclara scripsit, illud adeptus meritum, quod, Sanctum Thomam Aquinatem ducem et magistrum secutus, contra novos errores theologiam convertit, methodumque designavit, quam temporum sequentium praecipui doctores tenendam existimarunt. Inter eius scripta plurimum commendantur nonnulli ad pietatem fovendam libelli, quos in annuis spiritualibus exercitiis oratione potius quam studio composuit. Aureum praeterea illud exstat christianae doctrinae compendium ad puerorum et radium captum ita sapienter accommodatum, ut catechesis exemplar recte

habendum sit. Merito igitur eum aequae vus quidam Cardinalis a Deo missum iudicavit, qui catholicos erudiret, pios coleret, haereticos profligaret; Sanctus Franciscus Salesius « doctrinae fontem » habuit; Benedictus Quartodecimus, Decessor Noster, « haereticorum malleum » dixit. Tandem, laboribus fractus, impetrata a summo Pontifice Gregorio Decimoquinto licentia, secessit in novitiorum suae Societatis domum, ad S. Andreae in colle Quirinali, ut omnibus solutus negotiis se ad mortem, quam proximam praesentiebat, pararet. — Et re quidem vera non multo post gravi morbo correptus est. «Dissolvi cupiens et esse cum Christo ». infirmitatis dolores patienti animo pertulit et extremis Ecclesiae Sacramentis muniri voluit. Mordenti Summus ipse Pontifex, plures Cardinales et plurimi cives sive ex optimatibus sive e popularibus adstiterunt, tantum Ecclesiae columen eripi complorantes. Tandem die decima septima mensis Septembris, anno millesimo sexcentésimo vicesimo primo, qua die divi Francisci Assisiensis Stigmatum memoria recolitur, cuius ubique celebrandae ipse auctor fuerat, candidam Deo animam reddidit, bonorum omnium lacrimis honestatus; cui solemnia funeris tota civitas persolvit, Sanctum uno ore eundem con clamans. — Venerabilis Dei Famuli corpus in ecclesiam Iesu Nomini dicatam noctu translatum est; ibique, etsi in testamento funebria iusta remota quavis pompa sibi esse comparanda humilis Dei Servus conscripsisset, nihilominus Romanus Pontifex suis ipse sumptibus eum sepeliri voluit solemni illo apparatu, qui ad Purpuratum Principem spectat. Apertis vix templi foribus, incredibile dictu est quam ingens populi multitudo ad sacrum cadaver invisendum confluxerit. Tanta erat Eoberti Bellarmino vitae sanctitatis fama, ut fimbriam vestimentorum eius omnes certatim cuperent attingere, manus ac pedes reverenter deosculari, et aliquod vel mitrae de mortui capite avulsae, vel flocculi pilei cardinalitii frustulum tanquam pretiosam reliquiam secum asportare. Convocati milites circa tumulum impares erant turbae continendae, quae una voce Robertum sanctum conclamabat. Solemnes huiusmodi exsequiae non funebris quidem pompa, sed vere triumphus esse videbantur. Conditum fuit sacrum corpus in eodem quod supra diximus templo a Nomine Iesu, primum in communi sepulcro suae Societatis sacerdotibus assignato, deinde in illa ipsa funebri crypta, ubi iam iacuerant mortales exuviae Ignatii Loiolaei, legiferi Societatis Iesu parentis. — Quae autem de eiusdem Famuli Dei sanctimonia, cum ipse adhuc viveret, in hominum animis eximia insederat opinio, postquam ipse ex hac mortali vita secessit magis magisque percrebuit supernis potissimum signis ac miraculis locupletata, quae eiusdem patrocinio a Deo patrata asserebantur. Quapropter ©ontinuo et alma in hac Urbe atque in ecclesiasticis curiis Neapolitana, Capuana et Montis Politiam, auctoritate Ordinaria super sanctitatis vitae

eius fama, nec non virtutum et miraculorum opportunae inquisitiones peractae fuerunt. Urbanus vero Octavus, Praedecessor Noster, introductionis Causae Commissionem die duodecima mensis Septembris anno millesimo sexcentésimo vicesimo sexto propria manu subsignavit. Praehabitis de more disceptationibus super Venerabilis Servi Dei virtutibus, fel. reo. Praedecessor Noster Benedictus Decimus quartus de earumdem virtutum heroicitate decretum quandocumque edere apud se firmiter statuebat, sed ob varias extrínsecas causas in opportunius tempus distulit. — Verum nobilissima haec causa tamdiu deinde siluit, donec die decima mensis Novembris anno millesimo nongentesimo vicesimo, in ordinaria SS. Eituum Congregatione de mandato fel. rec. Benedicti Papae Decimiquinti, super dubio: « An attenta relatione Revmi Promotoris Fidei circa causam de virtutibus Ven. Roberti Bellarmini, ita virtutes ipsae sufficienter discussae appareant, ut tuto procedi possit ad ulteriora, ad effectum Beatificationis » disceptatum est. Cui dubio cum affirmativum responsum datum esset, idem Summus Pontifex die vicesima secunda mensis Decembris eiusdem anni solemni decreto edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Roberti S. R. E. Cardinalis Bellarmino in gradu heroico, in casu ei ad effectum de quo agitur.* — Institutum est postea iudicium de duobus, quae, Venerabili Bellarmino deprecante, a Deo patrata asserebantur, miraculis. Quibus propositis, ornai iudicii severitate adhibita, auditoque iuratorum peritorum suffragio, et rebus omnibus accurate perpensis, Nos ipsi, Dominica secunda post Pascha, die quintadecima mensis Aprilis anno millesimo nongentesimo vicesimo tertio, adstantibus coram Nobis -ei. m. Antonio Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et S. Rufinae, SS. Rituum Congregationis Praefecto, cl. m. Aidano Cardinali Gasquet, Causae Relatore, necnon bo. me. Angelo Mariani, S. Fidei Promotore generali, et dilecto filio Nostro Alexandro Verde, tunc eiusdem S. Congregationis a Secretis, solemniter ediximus: *Constare de utroque proposito miraculo: de primo scilicet instantaneae perfectaeque sanationis pueruli Ignatii De Lazzaris a gravi cerebri commotione et a crasso haematomate in regione temporali dextera, quae duo ex eiusdem Ignatii ab alto in terram prolapsu fuerant producta: deque altero instantaneae perfectaeque sanationis Arsiliae Altissimi ab ulcerato tumore haemorrhoidali.* — Post prolatum iudicium de heroico virtutum gradu atque de propositis miraculis, unum discutiendum supererai, utrum *tuto* procedi posset ad solemnem eiusdem Venerabilis Servi Dei Beatificationem. Quod dubium resolvendum proposuit praefatus cl. m. Cardinalis Gasquet in generalibus comitiis coram Nobis in Aula Vaticana habitis die vicesima quarta Aprilis

eiusdem anni. Omnes tam Patres Cardinales, quam Patres Consultores, qui interfuerant, etsi unanimi consensu in affirmativam sententiam abiissent, Nos tamen, in. re tanti momenti, mentem Nostram significare distulimus, donec a Patre luminum maius caelestis sapientiae auxilium impetraremus. Quod cum impensis precibus egissemus, tandem die tertia insequentis mensis Maii, salutiferae Sanctae Crucis Inventioni sacra, Eucharistico Sacrificio rite litato, ad Nos arcessitis praefatis Cardinalibus Vico et Gasquet, nec non SS. Rituum Secretario et Fidei Promotore generali, solemniter ediximus: *tuto procedi posse ad solemnem Venerabilis Famuli Bei Roberti fi. R. F. Gardinalis Bellarmino Beatificationem.* In Patriarchali vero Vaticana Basilica huiusmodi solemnia Beatificationis, adstante frequenti clero et populo, splendidissime peracta fuerunt die tertia decima mensis Maii eiusdem anni. — Paulo post, die videlicet vicesima prima Iunii, angelico S. Aloisio Gonzagae dicata, Nobis libentissime adprobantibus, sacrae Beati Roberti Cardinalis Bellarmino exuviae e SS. Nominis Iesu templo, universa Urbe in laetitiam effusa, magnificentissima pompa, ad aedem S. Ignatii deductae fuere. Ita piissimo Beati Roberti desiderio, ut prope sepulcrum Sancti Aloisii Gonzagae eius lipsana deposita manerent, satisfactum est; quae quidem in arca affabre exstructa, christifidelium venerationi assidue subiiciuntur. Quot autem et quanta beneficia eiusdem Beati intercessioni referantur accepta, diserte eruitur e plurimis tabellis votivis ad eius aream, in gratiarum actionem appositis. Sed etiam extra Urbem et extra Italiam Beati Cardinalis Bellarmino nomen et cultum benignissimus Deus magnis beneficiis et quibusdam quoque miraculis augere dignatus est, adeo ut plurimorum desideria excitarentur ad eius canonizationem quantocius obtinendam, et nonnulli praestantissimi viri postulatoris ad hoc litteras Nobis porrigerent.— Quapropter piae mem. Aurelianus Faiella, Societatis Ignatianae Postulator generalis, in, cuius locum dilectus filius Noster Carolus Miccinelli, eiusdem Societatis modo Postulator vigilantissimi!» suffectus est, a Nobis enixis precibus postulavit, ut reassumptionis huius Causae Commissionem signare dignaremur. Cuius reassumptionis decretum, die vicesima quinta mensis Novembris anno sacro millesimo nongentesimo vigesimo quinto a Nobis signatum est. Concessis autem remissorialibus litteris ad. venerabiles fratres Archiepiscopum Colocensem et Episcopum Barcinonensem, sequenti anno Processus Apostolici de duobus miraculis, quae, Beato Bellarmino deprecatore, asserebantur a Deo patrata, confecti sunt, et ad SS. Rituum Congregationem rite delati. — Ex his duobus miraculi primi historia haec est: Raymundus Agras, Raymundi et Antoniae filius, in oppido *Alcover* in provincia Tarraconensi ortus, usque ad annum millesimum nongentesimum vicesimum quintum valida et bona usus est vale-

tudine, quamvis ventris doloribus quandoque augeretur. Primis vero huius anni mensibus dolores vehementiores evasere. Die secunda Augusti Barcinone profectus, in oppidum *Garaips* in montibus Illerdae, quo die sexta pervenit, cuiusdam excursionis causa se contulit. Hinc ea ipsa die sanctuarium Beatae Mariae Virginis a Nuria adire voluit. Sed in itinere tam gravibus captus est doloribus in ventre, ut in lectulo se recipere prorsus deberet. Biduo post arcessitus medicus Raymundum peritonitide acuta generali laborare affirmavit et suae artis remedia aegroto ministravit. Morbus vero magis ingravescebat, quin ullum solamen adhibita medicamenta infirmo procurare potuerint, immo gravitas eo usque processerat, ut medicus a cura et omnes qui apud aegrotum erant quamlibet sanitatis spem abiicerent. Qua quidem spe omnino amissa, tum infirmus, tum omnes qui adstabant férvidas Beato Bellarmino preces admoverunt, quas benigne excipere Deus dignatus est. Die namque duodecima Augusti, ultimis Ecclesiae Sacramentis morienti administratis, dum fervidiores Beato preces extollebantur, graviora symptomata morbi immediate disparuerunt, ita ut medicus illico iam salvum declarare potuerit. *M.ox* dolores omnes ac ventris turgor evanuerunt ac Raymundus plenae, integrae constantique sanitati restitutus est. — Alterum miraculum ita evenit: Albinus Benz, Othonis et Helenae Csäki filius, in urbe Cassovia in Hungaria natus, studiorum causa anno aetatis suae decimo collegium in urbe Colocza ingressus est a Societatis Iesu Patribus rectum. Minus firma valetudine ipse frui videbatur, quippe qui e familia procedens a tubereulari morbo non immuni et ipse plurimis morbis usque a prima aetate obnoxius. Mense Iunio anno millesimo nongentesimo quinto gravi morbo Albinus affectus est, quem medicus a curatione morbillum esse declaravit. Ab huiusmodi morbo nondum convaluerat, quum nova et gravissima infirmitate ille afficitur, qua brevi temporis spatio in mortis periculum adducitur. Novum hunc morbum phthisim miliarem esse veram et propriam absque dubio arcessiti medici declaraverunt. Aliquot post dies gravitas morbi eo usque processerat et morbus ipse talis natura erat, ut non modo medici, sed ii omnes qui infirmitatis vicissitudines noverant, quamlibet sanationis spem abiecerint; et mater ipsa pueri omnia ad funebria persolvenda disposuerit, et schedulam, quoque funerariam redegerit et parocho tradiderit, qua nuncium de filii morte suis et amicis daret. Praeses vero Collegii, morbi natura et gravitate vix cognita, novendiales preces Beato Bellarmino admovendas sategit; quae die vicesimo primo Iunii in praefato Collegio, Albini matre etiam adstante, inchoatae sunt. Quarta autem die, idest vicesimaquinta Tumi, tam melius se habere coepit aegrotus, et omnia morbi phaenomena sequentibus diebus ita evanuerunt, ut die vicesimanona infirmi pulmones omni

morbi symptomate prorsus liberi inventi sint et ad perfectam constantemque sanitatem brevi puer sit restitutus. — Super quibus miraculis cum ad severas iuris normas non semel disceptatum sit, denique in generalibus SS. Rituum Congregationis comitiis die undetrigesima mensis Aprilis huius anni coram Nobis coactis, dilectus filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, loco. et vice dilecti pariter filii Nostri Caietan! Cardinalis Bisleti, qui cl. m. Aidano Cardinali Gasquet, Causae Relatori seu Ponenti, vita functo, suffectus est, dubium proposuit: « An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur »; atque adstantes Patres Cardinales et Consultores eiusdem Sacrae Congregationis de utroque proposito miraculo suum protulerunt suffragium. Nos vero iudicium Nostrum proferre distulimus ut in re tam gravi ab omnipotenti Deo maioris luminis gratiam impetrare possemus. Die autem quarta Maii praefatos Cardinales Laurenti, SS. Rituum Congregationis Praefectum, et Bisleti, Causae Relatorem, necnon dilectos filios Alfonsum Carinci, eiusdem Congregationis a Secretis, et Carolum Salotti, S. Fidei Promotorem generalem, ad Nos arcessiri iussimus, et, Sacro devotissime litato, nobiliorem Vaticanam Aulam ingressi, et pontificio solio assidentes, solemni decreto constare ediximus de utroque proposito miraculo, videlicet: *de instantánea perfectaque sanatione Baymundi Agras a peritonitide acuta diffusa; et de instantánea perfectaque sanatione Albini Benz a laesione pulmonari anatomica insanabili.* Quod quidem decretum publici iuris fieri et in acta SS. Rituum Congregationis referri mandavimus. Item, praefata servata forma, die decima octava mensis Maii, iisdem coram Nobis adstantibus memoratis dilectis filiis Nostris, *tuto procedi posse ad solemnem Beati Roberti S. R. .E. Cardinalis Bellarmino CanonizaUonemsolem.rn.teT* pronunciavimus. — Verum ut in tanto negotio iuris ordo servaretur, quem Decessores Nostri iam pridem constituerunt, primum venerabiles fratres Nostros S. R. E. Cardinales in consistorio secreto die decima nona superioris mensis Maii habito eorum sententiam rogaturi, Nobis adesse iussimus, qui, Beati eiusdem Roberti vitae, virtutum ac miraculorum compendiosa narratione facta per dilectum filium Nostrum Camillum Cardinalem Laurenti, SS. Rituum Congregationi Praepositum, Nos ad Causae huius legitimam definitionem sunt uno ore cohortari; et ipso consistorio felici successu peracto, continenter habitum est consistorium publicum, in quo dilectus filius Franciscus Pacelli, Consistorialis Aulae Advocatus, pro eiusdem Beati solemni Canonizatione de more institit. — Interea curavimus ut venerabiles fratres Patriarchae, .Archiepiscopi et Episcopi, non viciniores tantum, sed etiam remotissimi quique de tanta solemnitate per litteras admonerentur, et, si eis esset facultas, sententiam suam ipsi quoque dicturi, Nobis adessent. Eorum non pauci ad

Urbem convenerunt, qui, causa plene cognita ex actis SS. Rituum Congregationis, quorum singulis exemplar tradi voluimus, in consistorio semipublico coram Nobis die vicesima secunda mensis Maii coacto, in eamdem, in quam Patres Cardinales, sententiam iverunt. Cuius rei publica instrumenta a dilectis filiis Sedis Apostolicae Notariis confecta, in tabularium SS. Rituum Congregationis relata sunt. Huic vero Canonizationi celebrandae hanc praefixirnus diem vicesimam nonam Iunii; et fideles universos amus etiam atque etiam hortati, ut preces, iis praesertim in aedibus inge- ^linarent, in quibus publica augustissimi Sacramenti esset adoratio, quo uberiorem et ipsi fructum e tanta solemnitate percipere possent, et Nobis in illa absolvenda Spiritus Paraclitus adesset. — Cum ergo praesignata a Nobis dies advenerit, omnes tum saecularis, tum regularis cleri ordines, singuli Romanae Curiae Praesules et Officiales, cuncti denique venerabiles fratres Nostri S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates in Vaticanam Basilicam magnificentissime ornatam convenerunt; quibus solemni supplicatione praeeuntibus, in eam et Nos ingressi sumus. Tunc dilectus filius Noster Cardinalis Camillus Laurenti, SS. Rituum Congregationis Praefectus et Canonizationi huic procurandae praepositus, perorante dilecto filio Augusto Milani, Nostrae Consistorialis Aulae Advocato, vota Nobis precesque detulit sacrorum Antistitum, Ordinis Minorum S. Francisci et Societatis Iesu, ut una cum Beatis Ioanne de Brébeuf, Isaaco Jogues et Sociis, Martyribus, et Beato Theophilo a Curte Confessore, Beatum Robertum Cardinalem Bellarmino, Episcopum Confessorem, in Sanctorum numerum referremus. — Cum vero iterum ac tertio memorati Cardinalis et Consistorialis Aulae Advocatus precibus institissent, Nos, superno lumine iterum ferventiusque implorato, haec solemniter ediximus: ***Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum, in urbe existentium consilio, Beatum Ioannem de Brébeuf et Socios Martyres Gabrielem Lalemant, Antonium Daniel, Carolum Garnier, Natalem Chabanel, Isaacum Jogues, Renatum Goupil, Ioannem, de la Landre; et Beatos Robertum Cardinalem Bellarmino, atque Theophilum a Curte Sanctos esse decernimus et definimus ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali eorum memoriam quolibet anno, die eorum natali, nempe Ioannem de Brébeuf et socios Martyres die vigesima sexta Septembris, Robertum Cardinalem Bellarmino Episcopum Confessorem, die decima septima Septembris, et Theophilum a Curte Confessorem, die decima***

nona Maii pia devotione recoli debere. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. **— Gratias denique de tanto beneficio Deo Optimo Maximo ex corde egimus, et Sacrum solemne litavimus. Post Evangelium dein adstantes allocuti sumus, hortantes ut non modo Apostolorum Principes, qui hodie in universo christiano orbe, ubicumque christifideles degunt, et prae^ cipue in Alma hac Urbe, solemniter commemorantur, sed etiam novensiles Sanctos, quorum consecratio hodiernam solemnitatem novo quodam splendore non tam augere videtur, quam reapse condecorat, sibi, Ecclesiae, societati hominum universae propitius mererentur. Atque in Sanctis ipsis mirabilia omnibus proposuimus ad imitandum et sanctitatis et apostolatus exempla, ex quibus quidem alios alii, pro sua cuiusque condicione vitae, pro suis cuiusque officiis, ad meliora exardescendo, intuerentur. Plenariam tandem indulgentiam cunctis praesentibus peramanter impertiti sumus atque Decretales has Litteras expediri mandavimus. — Benedictio igitur et claritas et gratiarum actio sit Christo, humani generis Restitutori, qui tales tantosque patronos et deprecatores in aeternis caeli sedibus Ecclesiae suae dare dignatus est. A novensilibus vero hisce Sanctis christianae vitae perfectionem discant fideles omnes; et in Robertum Bellarmino, qui eximiae pietati felici conubio praeclaram coniunxit doctrinam, intueantur potissimum quotquot immaculatam Christi Sponsam ab hostium insidiis tueri contendunt. Praecipua siquidem haec est gloria. Sancti Roberti, quem hodie non sine providentissime Dei consilio sanctorum Caelitum honoribus decoravimus, brevi temporis spatio vix elapso a Petri Canisii, Ecclesiae Doctoris, canonizatione, qui eiusdem inditae Societatis Iesu et ipse sodalis, pari animo parique doctrina catholicam veritatem, in Petri sede ut in angulari lapide firmatam, a novatorum saeculi decimisexti erroribus strenue vindicavit. Ex quo iure fovenda est spes fore ut, Roberti Bellarmino apud Deum intercessione, erroris tenebris devictis, veritatis lux universis mentibus affulgeat et caritas Christi omnium cordibus effundatur, atque exspectata dies tandem adveniat, in qua divina promissio adimpleatur:** ***Fiat unum ovile et unus pastor.***

Omnibus itaque quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia et apostolicae potestatis plenitudine, omnia singula praedicta confirmamus, roboramus atque iterum statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus; mandantes ut earumdem praesentium transumptis sive exemplis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae hisce Nostris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero has Decretales Litteras Nostras definitionis, mandati, relaxationis et voluntatis infringere vel ausu temerario contraire aut attentare praesumpserit, indi-

gnationem Omnipotentis Dei et Sanctorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo ac trigesimo, die vigesima nona mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno nono.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£8 **Ego IANUARIUS Episcopus Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE.**

£8 **Ego BASILIUS Episcopus Veliternus Cardinalis POMPILJ.**

£8 **Ego MICHAEL Episcopus Tusculanus Cardinalis LEGA.**

£8 **Ego DONATUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis SBARRETTI.**

£8 **Ego THOMAS Prus Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis BOGGIANI.**

£8 **Ego PETRUS tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis GASPARRI.**

£8 **Ego CAIETANUS tituli S. Agathae Presbyter Cardinalis BISLETI.**

£8 **Ego GULIELMUS tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis VAN R OSSUM.**

£8 **Ego Fr. ANDREAS tituli S. Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis FRÜHWIRTH.**

£8 **Ego RAPHAEL tituli S. Hieronymi Illyricorum Presbyter Cardinalis SCAPINELLI.**

£8 **Ego FRANCISCUS tituli S. Marcelli Presbyter Cardinalis RAGONESI.**

£8 **Ego ACHILLES tituli S. Bernardi ad Thermas Presbyter Cardinalis LOCATELLI.**

£8 **Ego ALOISIUS tituli S. Georgii ad Velabrum Presbyter Cardinalis SINCERO.**

£8 **Ego BONAVENTURA tituli S. Caeciliae Presbyter Cardinalis CERRETTI.**

£8 **Ego HENRICUS tituli S. Bartholomaei in Insula Presbyter Cardinalis GASPARRI.**

£8 **Ego ALOISIUS tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis CAPOTOSTI.**

£8 **Ego LAURENTIUS tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis LAURI, Maior Poenitentiarius.**

£8 **Ego Er. ALEXIUS HENRICUS tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis LEPICIER.**

£8 **Ego EUGENIUS tituli Ss. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis PAGELLI, a Secretis Status.**

£8 **Ego CAMILLUS S. Mariae Scalaris Protodiaconus Cardinalis LAURENTI.**

£8 **Ego IOSEPH S. Mcolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis MORI.**

£8 **Ego FRANCISCUS S. Caesarei in Palatio Diaconus Cardinalis EHRLE.**

£8 **Ego ALEXANDER S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis VERDE.**

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *Cancellarius S. B. E.*

CAMILLUS CARD. LAURENTI, *S. B. C. Praefectus.*

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*

Georgius Stara Tedde, *Canc. Apost. Adiutor a studiis.*

EXPEDITA

, die vigesima octava mensis Octobris, anno nono

ALFRIDUS MARINI, *Plumbator.*

Reg. in Canc. Ap., vol. XLIII, n. 17. - M. Riggi.

NOTANDUM

In superiore fasciculo **n.** *13, p. 565, lin. 1-2, sententia fortasse magis perspicua evadet, si loco* «eorum» *legatur* **«reorum»** *et loco* «licebit, scilicet» *legatur* «sed».

I

INDEX GENERALIS ACTORUM

(AN. XXII — VOL. XXII)

L - ACTA PII PP. XI

il. - ACTA SS. CONGREGATIONUM

HI. - ACTA TRIBUNALIUM

II

INDEX DOCUMENTORUM

CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

I. - ACTA PII PP. XI

I. - LITTERAE ENCYCLICAE

II. - LITTERAE DECRETALES

III. - MOTU PROPRIO

IV. - CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

V. - LITTERAE APOSTOLICAE

i

VI. - CHIEOGRAPHI

VII. - EPISTOLAE

VIII. - SACRUM CONSISTORIUM

IX. - HOMILIAE

X. - SERMO ^

II. - ACTA SS. CONGREGATIONUM

I. - SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

II. - S. C. CONSISTORIALIS

III. - S. CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

IV. - S. CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

V. - S. CONGREGATIO CONCILII

VI. - S. CONGREGATIO DE EELIGIOSIS

VII. - S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

VIII. - S. CONGREGATIO RITUUM

IX. - S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

III. - ACTA TRIBUNALIUM

I. - S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

(officium de indulgentiis)

IL-S. ROMANA ROTA

IV. - ACTA OFFICIORUM

I. - DATARIA APOSTOLICA

II. - PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

III. - PONTIFICIA COMMISSIO PRO RUSSIA

III

INDICES NOMINUM

I. - INDEX NOMINUM PERSONARUM

(NB. -, *Omittuntur nomina actis subscripta)*

C

D

E

F

n. - INDEX NOMINUM DIOECESIUM VICARIATUUM, ETC.

III. - INDEX NOMINUM RELIGIONUM

IV

INDEX RERUM ANALYTICUS

D

E

N

0

P

Quaedam corrigenda in vol. XXII (1930) Commentarii *Acta Apostolicae Sedis:*

Pag. 313, lin. 1, *loco eius quod est:* **Ceach,** *legendum:* **Leach**

» 327, » 7*n.* **» ». » » Praedicatorum,** *legendum:* **Minorum**

» 481, » 13-14, ita restituantur: *eiusdem fluminis cursum, dein fluminis* **Tina** *cursum usque ad limites districtus de* **Mount-Pletclier,** *lirnites orientales eiusdem districtus ad flumen* **Kenira, etc.**

VIGESIMUM SECUNDUM VOLUMEN

COMMENTARII OFFICIALIS *Acta Apostolicae Sedis*

ABSOLVITUR DIE 20 IANUARII 1931

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS